CHRISTOPHORI CRUSII JC.

TRACTATUS

DE INDICIIS OMNIS GENERIS FURTORUM, EX JURE

publico & privato,

NEC NON

SELECTISSIMIS JURISCONSULTORUM, POLITICORUM ET HISTORICORUM EGREGIORUM libris & monumentis deprompti & concinna digestione elaborati,

TAM STUDIOSIS LEGUM QUAM PRACTICIS causarum criminalium scitu necessarii & lectu jucundi.

PARS TERTIA.



M. DC. XXXVI.

MARPURGI,
Typis & Sumptibus NICOLAI HAMPELII, *Acad. Typogr.*

ILLUSTRISSIMO ET CELSISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO

GEORGIO,

DUCI BRUNSVICENSIUM ET LUNEBURGENSIUM, NEC NON MILITIÆ CIRculi inferioris Saxoniæ designato GENERALI,

Domino meo Clementissimo.

INTER alia quæ Deus concessit munera mortalibus, Illustrissime Celsissime Princeps, non postremum obtinet locum literarum cognitio, cujus beneficio non tam artes & disciplinæ primum traditæ, sed & ab ipso inventionum suarum initio ad hæc usq; secula sunt cõservatæ. Et licet dubitandum non sit, laudem præcipuam ingeniis tribuendam eorum, qui solertia & sedulitate in hoc operã navarunt strenuam, ut si qua ab aliis cœpta perperam vel haud absolutè expedita, colophonem adderent fœcundum & felicem, communi bono, cui boni quiq; sese natos credant, conferentes, vel quæ de novo excogitarunt, consecrarent posteritati. Interea non gloriam promerentur inferiorem, qui semel inventa & literis librisq; tradita vindicant vel ab interitu, vel injuria hominũ. Ita enim comparatum est, ut cum primis reprehendant improbi & ignavi homines quorũ calumnia pedissequa sequitur recta facta. Menedemo Eretriensi Philosopho Athenis ob ingentis virtutis ac doctrinæ meritum, quod rarò aliis cõtingit, positæ fuerunt statuæ, in quo major virtutis quam natalium est habita ratio, patre enim

ortus erat, qui mechanicum opus cōſuendis tentoriis conficiebat, Fulg. in l. 3. c. 4.

Sic Junio Ruſtico Philoſopho ſtatuam erexit Marcus Anton. Imperator. Capitol: in vita ejus. Phavorinus Philoſophus ſtatuam meruit. Phileſtr. Hermodei Epheſii interpretis legum decemviraliū Romæ in comitiis ſtatua erecta eſt, Plin. lib. 3. 4. c. 5. Sic Polybius ſtatuâ donatus, ob inſignem ejus eruditionem à Megalopolitanis Pauſan. in Arcad. Verrius Flaccus libertus, Verrii Flacci, juris Pontificii peritiſſimus, ſtatuam meruit, quę ei erecta eſt præneſte. Tranquil. de clar. Gram. Chryſip. diſcipulus & familiaris Ariſtocreon ſtatuæ æneæ, quam erexit elogium hoc inſcripſit:

Τόν δε νέον Χρύσιππον Αρισόκρεων ἀνέθηκε,
Τῶν Ακαδημιακῶν σραγγαλίδων κοπίδα.

Cæterùm aliàs remedium præbituri Magnates incommodo utrique (1.) ne temporis injuria interirent ſcripta egregia. (2.) nec calumniâ ſupprimerentur ipſi authores. Illi proviſum, nam Regum ac Principum hæc fuit jam olim cura imò gloria, ut extructis ampliſſimis bibliothecis optimos quosq; generis ſcriptores & autores undecunq; ex longiſſimis etiam regionibus ſumptibus ampliſſimis conquiſitos, in iiſdem ſalvos retinerent. Sic Ptolomeus Philadel. Alexandriæ bibliothecam, quæ ſeptingenta millia librorum. Sic Eumenes Attali filius Pergami bibliothecam (ex loco poſteà pergamenam dictam) ſupra ducēta millia. Sic Domitianus licet ſtudia liberalia in initio imperii neglexiſſet, bibliothecas tamen incendio abſumptas impenſiſſimè reparari curavit, exemplaribus undique petitis, immenſo precio, miſſis Alexandriam, qui deſcriberent, & emendarent, *Sueton. in vit. ejus.* Sic Imperator Gordius Romæ bibliothecam, quæ ſexaginta duo millia. Sic deniq; (ut taceam de cæteris tam veteribus, quam recentioribus, quorum alioquin magnus erat futurus Catalogus) Imperatores Conſtantinopolitani ibidem, in Baſilica S. Hilarii & templo S. Sophiæ ultra centum viginti millia librorum in ſeparatis Bibliothecis recondita habuêre: illiq; omnes ea re nomen atque laudem æternam ſunt conſecuti. Neſcio autem quî factum ſit, ut quod Regum atque Principum virorum (ut ſupra dixi) munus olim fuit ab iiſdem neglectum,

poſteà

posteà ad monasteria, deniq; nostra tempestate ad privatos etiam, literarum artiumq; amatores pervenerit. Sed quorsum hæc fortè, tam altè longeq; repetita, tendunt; Eò nimirum Celsissime Illustrissime Princeps, ut ostenderem, non satis esse, multos extare præclaros scriptores & auctores si non sint etiam, qui eosdem perpetua quasi revirescentia (ut ita loquar) conservent. Hæc est enim omnium rerum humanarum conditio, seu miseria potius, ut tempore labefactata occasum atq; interitum deniq; spectent. Præterea ne injuria vel calumniâ malignantium supprimerentur autores ipsi, viri illustres ultrò patroni esse voluerunt eorum, qui non obliqua sed recta ratione ad eruditionis penetralia conscendisset, quemadmodum Anton. Pius Imperator contra calumniatores non tam suscepit in tutelam Frontonem Philosophum, quam à senatu Romano, ut statua ei perennis erigeretur, impetravit. *Volat. lib. 23. Plutarch. verò in lib.* quem de silentio Pythiæ oraculo inscribit, statuarum ejusmodi radicibus, serpentes & ranas, quo typo benè agentium obtrectatores & hostes virtutum, quos quasi comites invitos omnes boni coguntur juxtà se pati, insculptas & expressas fuisse testatur.

Hæc & alia considerantem subit memoria superiorum nimirum, quod præmia ejusmodi rarò vel nunquã ab ignavis vel ignaris regibus virtuti fuerint tributa, ut enim artes & studia arcano quodam lentoq; affectionis vinculo conglutinant, hos qui in patili literarum navigio versati sunt, vel adhuc versantur, nam ut *Paling.* ait *in Zodiac. vita lib. 4.*

——— Vetus authorum sententia: mores,
Quod similes simile & studium sunt fomes amoris.

Sic viri etiam illustriores, quò prudentiores eò proniores sedulò faverunt literis humaniotibus. *Plutarch. in Catone. Plin. lib. 6. cap. 22.* tempore Alexandri nullus fuit Philosophus, Poëta, Orator præclarus, quem ille non videret, alloqueretur, honoraret, & ditaret atque adeò nonnullis statuas publicè erigi curabat, ut refert *Spina. de tranquill. anim. lib. 4. pag. mihi 86.* quò magis, & quanti faceret virtutem, declararet, & aliorũ animos ad eos imitandos accende-

ret, difficilè sit dijudicare cujus in eos magis esset prodigus, an animi sui, ad amandos, an linguæ & eloquentiæ ad laudandos, an divitiarum ad remunerandos. aliis decem talenta, aliis quinquaginta, aliis centum, aliis mille largiebatur, hæc Spinæ. Sic Ludovicus ut audierat Jasonem, Papiam profectus est, quo tempore Studiosi omnes collegio abesse coacti sunt, & solus Rex cum nobilibus audivit lectiones aliquot ex Jasone, *Ioh. Wolff. Tom. 2. lect. mem. pag. 5.* *Alexander. Severus* viros literatos audire & cognoscere suæ partem felicitatis esse prędicabat, qui aliquando apud plures exterarum nationum legatos gloriatus est, raros esse in orbe viros eruditos, quos non esset allocutus, quiq; ad ipsum non scripsissent. Sanè digna principibus & quam hereditariam illis propriamq; esse decet, quâ nullum illustrius eorum nobilitatis insigne, nulla canorior tuba ad laudes ipsorum celebrandas. Porrò meam tenuitatem & conatum addiscendi Princeps Illustriss. Cels. non in istum colloco nedum famulorum, qui tantam promereutur Principum gratiam, locum aut gradum. Longè minus me comparabo viris illis excellentioribus, qui tanta præstitêre Reipublicæ officia, adeoq; inclaruêre per monumenta & signa, xenia, munera, & palam & publicè iis tributa, collata, privatim assignata, data. Absit quoq; longius deme, me in turba egregiorum annumeratum iri velle viris Principibus, vel ad minimum illis, qui tantâ principum gratia, familiaritate & libertate sunt dignati. Jehova altissimus Cels. Vest. & dono prudentiæ solertissimæ subditos togatos probè & decenter gubernandi, & ut pater patriæ de salute singulorum juxtà prospiciendi clementer ditavit, quam scientiæ militaris solidissimæ, ut facta ingentia & plusquam heroica & victoriæ tot, super hostibus triumphales sat superq; demonstrant.

Vero verius est neq; bellum sine disciplina constare perdiu posse, nisi bella mera latrocinia dixeris, multo minus rempublicā pacatam sine justitia, quapropter Cels. Vestra ut utrique & belli & pacis tempori consuleret, non tam Martis quàm artis alumnos, amatores, cultores, clementi prosequitur favore, amore, gratia, quod viri illi Serenissimi & Illustrissimi subintelligentes etiam inter tela volantia non immemores præteritæ vel rediturae aliquando pacis,

do pacis, quæ omnes in hoc orbe Gazas & thesauros superat, viros literis claros continuò sibi habuerunt commendatissimos, literatorum libros relegerunt etiam in castris, hinc Minerva antiquitus armata depicta extat, *Ioh. de Pined. in Iob. cap. 18. vers. 26.* & ut perbellè ait Guevara Comes prosapiâ, uti testatur *in lib. epist. aurear. pag. 24.* Episcopus, pag. 87. & pag. 100, Monachus, pag. 38. Theologus, pag. 138. Cæsaris Car. V. concionator, inquisitor & consiliarius, d. pag. 100. Chronista Cæsareus. pag. 5. & versatus in aula imperatoria annos 38. pag. 26. in epistol. aure. part. 1. pag. mihi 81.

Es stehet einem Ritter vnd Edelmann eben so wol an / ein Buch vnterm Polster / als daß er das Schwert vnter den Kopff leget / Julius Cæsar trug mitten im Feldläger seine Bücher im Busen / die Lantzen in der lincken / vnd die Feder in der rechten Hand / vnnd die gantze Zeit / wann er nicht stritte / verwendete er im lesen vnnd schreiben. Alexander Magnus führete sein Schwert allezeit an der Seiten aber mit dem Iliade Homeri legte er sich schlaffen. Ut colophonem addam rei præsenti, hîc meæ orationis scopus est princeps clementissime, ut fretus gratia V. C. erga bonos literatosq; viros, hosce meos labores inscribam augustissimo nomini vestro, devotè & humiliter rogans, ut V. C. hocce opus chartaceum benignâ & serena fronte aspicere, suscipere, ac mihi clementia & gratia propensum esse velit. Quod si videro immensum me studiorum meorum fructum decerpsisse arbitrabor. Interea quod superest Princeps Illustriss. & Clementiss. æternus & misericors Deus pro sua in genus humanum φιλανθρωπία V. C. & inclytam domum & familiam incolumem diutissimè fortunet, & augeat ad sui nominis sacratissimi gloriam & subditorum utilitatem, consiliarios ejus S. suo spiritu regat & custodiat, & consilia V. C. dirigat omnia ad religionis, legum, judiciorum, disciplinæ, & tranquillitatis conservationem. Dabantur Hannoveræ, die 30. Jan. Anno 1636.

V. C.

Devotissimus

CHRISTOPHORUS CRUSIUS D.

AMPLIS-

AMPLISSIME ET CLARISSIME
VIR, AMICE COLENDE.

IN humana vita & historiarum lectione revolutiones & vicissitudines mundi, continuos & inopinatos eventus discimus & miramur, ut dicere cogamur, quem res tandem exitum est sortitura, etiamsi omnes partes diligenter in consilium vocemus, non possumus comprehendere quæ secutura sint, ergo frigidissimum illud non possumus repetere: scilicet non putassem: inprimis in militia, in qua non licet bis peccare, & ut ut eveniant, & quomodo eveniant, ex Dei providentia certissima & dispositione divina rationem poscere non debemus, cum viæ nostræ & Dei longissimè distent, & cogitationes nostræ à Dei constitutione non sint metiendæ, quamobrem de Dei consilio & decreto quærere nihil aliud esse dicebat Gregor. quam contra Deum superbire & gubernare velle, cum Dei incomprehensibilia sint judicia ac immutabilia, quod & ego sæpius expertus sum in tota mea vita & actionibus, inprimis dum hæreo hic magnis sumptibus in hac civitate bella fugiens & bellica consilia & infinitos errores considerans:

Ludit in humanis divina potentia rebus.

Divitias, opes in republica tenentibus & in aula magnorum Principum versantibus dicas:

Si sapis alta fuge, aut timidè utere luce potentum,
Concidit in puncto gratia longa brevi.
Lubrica namque via est magni cecidère cadentq;
Quiq; mihi est hodie cras tibi casus erit.

Ego memoriam bonæ fidei & judicium laus Deo, in summa ætate retinens, nihil foro, nihil campo, nihil curiæ debeo, Cancellos non adoro, nullos Canales adoro, subsellia non contundo, jura non conturbo, causas non elatro, non judico, non milito, non regno, secessi de populo, & quidem sponte, & omnibus creaturis renuncio & abnegationi studeo, libros Juridicos abjicio, ut verius quàm alii dicam, me non putasse, me tamdiu in hoc mundo immundo victurum, & librum tuum tertium de Indiciis lecturum, legi tamen Deo ita volente contra meum votum, & reperi tuum laborem cum admiratione, & te non impeditum contemptu variorum jus Romanum exagitantium & affirmantium tria præcepta juris, scilicet honestè vivere,

vere, neminem lædere, suum unicuiq; tribuere, non esse sana nec laudanda, cùm Romanorum sententia sic illum honestè vivere, qui concubinam alit, neminem alium lædere, qui aliquem in societate humana vel contractu decipit & circumscribit, dummodo non fiat ultra dimidium justi precii, unicuiq; suum tribuere licet æquum non tribuat, utputa, si patris consensum in nuptiis tantum requirat, non etiam matris: Hæc vera sunt de Jure humano & Romano non etiam de Jure Divino, odium itaq; & contemptum quem multi magni viri Juri Civili afscribunt, valdè errant, quibus annumeramus Caligulam, referente Connano, annumeramus etiam inter veteres & recentiores, Petrum Ramum & Johannem Bodinum & infinitos alios, quibus missis & omissis, tu Amplissime & Clarissime Vir, perge, ac ut benefecisti, tuo libro Colophonem imponas, & non necessaria ad actiones civiles ut quoq; non necessaria ad salutem æternam abjice, & simpliciter crede, quia Deus ipse noluit in arcana divina inquiri. Mosi quærenti qui esset? respondit: Ego sum qui sum, & Moyses qui est, misit me ad vos, de non necessariis rectè dicitur, turpe est difficiles habere nugas & stultus labor ineptiarum, sic magnus eris in cœlo & in mundo.

Anno quingentesimo vicesimo tertio in Concilio Uticensi Episcopus fuit cujus nomen, quod vult Deus, Fuit & alius ejusdem nominis Carthaginensis Pontifex vir sanctissimus, qui unà cum Clero à Genserico Rege Ariano fractis navibus absq; remigiis & velis, præter omnem spem Neapolin appulit, ibiq; exul sanctè finiit, Christianissimum & elegantissimum est nomen sive prænomen, quod parentes liberis sive latine, quod vult Deus, sive Germanicè was Gott will/ *cum nec operosa nec ardua jubentur, ille fert omne punctum qui cum paupertas urget, cum morbus exercet, cum ignominia premit, cum mors vocat, nihilominus mente liberrima pronunciat, quod vult Deus si opes, si valetudinem, si famam, si & vitam velit eripi, quod vult Deus, hoc fiat, nec disputat, cur jam, cur hoc loco, cur hoc morbi genere sibi moriendum sit, sed paratissimus ad omnia hoc unum assiduè ingeminat, quod vult Deus, Hoc nomen, quod vult Deus, extat quoq; in Jure Canonico* in Decret. c. 1. de Judiciis, *& majoris efficaciæ quam nomina brevia vel longa, uti refert Camerarius* in vita Philip. Melancht. *de quodam inepto homine, qui putavit longius nomen habentem vinci ab illo non posse, qui brevius habeat, benè vero nomen quod vult Deus pronunciare potest, qui vocatur vivens rectè* oder Leberecht/ *uti curavit Princeps Augustus Anhaltinus filiolum vocari, quem è sacro fonte cum aliorum Electorum & Principum legatis loco Ducis Brunsvicensis Friderici Uldarici p. m. ego ablegatus suscepi. Illustrissimus pater putabat efficaciorem fere cotidianam interpellationem quam testamentariam etiam severam admonitionem, quum evanescere bonorum apprehensione facta constat.* Dann die Kinder wenig nach Väterlicher Vermahnung fragen / wann sie die Güter hinweg haben. *Alias de nominibus hominum propriis, vide Zvvinger.* in Theat. hum. vitæ 3. lib. 3. pag. 603. *& Joh. de Pined.* de nom. signif. & imposit. in præfat. in Job. c. 1. p. 4. n. 9.

b *Atq;*

Atq; hæc sunt Vir Amplissime & Clarissime mi amice Domine Crusi, quæ cum pervidissem partem tertiam tuarum lucubrationum de indiciis, tibi denuo adscribere & congratulationis vice præmittere volui. Faxit Deus ut brevi quoq; partem quartam de indiciis, ubi praxin doces & usum rectum tuorum librorum demonstras, videamus. Dabantur Hannoveræ die 1. Martii, Anno 1636.

Eberhard von Weihe/ hæreditarius in Bohme/ Sonssenstein/ Rhode vnd Bruchoff.

CON-

CONSULTISSIMO VIRO,
DN. CHRISTOPHORO CRVSIO, I. V. D.
amico suo honorando.

Judicis urna boni & juris sublime tribunal
Metiri rectè sincerè & puriter acta
Debet: res cautè spectans ut nemo secundùm
Ausit ceu dubias iteratæ appendere lanci,
Exclamans: Judex est cæculus ære vel auro
Emptus, & ad trutinam cognoscit crimina falsam
Corruptusq; fori exercet crepitacula bruti,
Insontes premit, excusat cum fraude reatus,
Cedite rectigradi, Judex nummarius est heic
Qui relevat culpam sceleroſis: Unde sequuntur
Agmina causidicæ pretio venalia linguæ
Cerberei rabulæ blaterantes ore trifauci
Spermologi, falsi testes, dentesque maligni
Elongant qui processum ut sub judice causas
Suspensas teneant, & avaro gutture hiantes
Exquatiant loculos, dum semilatina screantes
Judicii opprobramentum labemq; bilingues
Quærunt: Chrysophagi qui res & jura clientum
Prostituunt & contemerant sub lemmate recti
Mangones & vulturii pestesque forenses:
Sic sæpè insontes damnantur labe carentes
Et contrà: pœnis relevatur turba κακῦργος
Quæ meritò noxas deberet morte piare.
Et quis dinumeret monstra & vim juris iniqui?
Quàm felix igitur sit Commissarius iste
Officium cujus pacatas reddere partes
Conciliare animos & rectos ense tueri
Litibus eripere implicitos & dicere jura,
Sontibus aut etiam miscere tonantia verba
Terrificare minis, latebroso carceris antro
Egelido obscuro aut horrendo immanibus umbris,
Vincula cum pedicis monstrare, catasta, catenas
Rabduchos & carnifices torquere paratos
Flagris & scuticis vel duris cædere loris
Pellere in exilia & patriis proscribere terris
Abtruncare caput, gabali suspendere ligno,
Infames palos, uncos, cauteria, stigma,
Vulsuras, laqueos, furcas, culeumque minari,
Dismembrare rotâ, ustrinâ incendere, bigis
Tractim per scopulos & saxa agitare supinos:
Hæic, inquam, judex fortunatissimus ille est
Casum qui dubium inquirit, servare clientes
Qui studet innocuos, qui librat pondera causæ,

Audit

Audit qui testes prudenter: Vana repellit
Rumoris famæve malæ mendacia, vulgi
Murmura, quæ pennata solent volitare per urbem
Mendoso sermone (malo quo haut terrius ullum)
Et perfusa per ora hominum sunt fumus inanis
Cocytini Sycophantarum vel somnia tandem:
Sed secreta magis rimatur, & omnia certis
Ponderat INDICIIS & inaudit singula, donec
INDICE non fallente resciverit, & manifesta
Incertis præfert: Hoc INDICE vindice judex
Librabit rectè totum me judice, casum,
Decidetque piè manifestâ in luce repostum;
Exequitur pariter tuto molimine leges,
Et sacros Canones: ubi suspicione repressâ
Judicis arbitrium procedit vindice sanum
INDICE, qui liquidas obscura eduxit in auras:
INDEX est talis vindex & jurium amussis.
Omnia quæ CRUSIUS recitat præsente libello
Fusius, Eunomies jubar & sublime tribunal.
Justitiæ prælustre decus veneranter habendum:
Insignem hanc Cathedram custodem & juris Athletam
Hoc commendat opus: sed & alti ad sydera cœli
Subvectat bijugis argentea fama quadrigis:
Hinc CRUSIUS fulget Phœbeæ lampadis instar
Ante sacerdotes Astrææ & juris alumnos.
Quantum inter reliquos albentia lilia flores
Teutona quod Tellus testatur cive superba
Tantos qui Hybléo patriam ceu Tullius olim
Eloquio Ausoniam direxerit & Pietate
Pompilius Numa, cordatus sive ore Metellus
Scipiades forti nisu, placida indole Brutus
Seneca Consiliis, Cato dexteritate, plusque
Justitia Grachus, gravitatis nomine Crassus
In patrios Fabius castissimo amore penates
Unus præstiterit nobis hæc omnia nostro
Tempore: Consilio, CRUSIUS, gravitate & amore
In patriam casto, rationem dexteritate,
Robore virtutum, eloquii vi judicióq;,
Gestat enim tot virtutum sub pectore gemmas
Olim quæ multos vix ornavere togatos
Ausonios: hinc dignus erit quem Regia cœli
Remige sublimi excipiat, numeroq; virorum
Divorum adnumeret, qui quondam numine dextro
Auspice Cæsareas leges & tradita juris
Motibus excoluere piis, Themidosq; columnis
Addixere suas operas oleum atq; labores.

M. Davides Meyerus Poëta Cæsarius, perscripsit Hannoveræ Anno 1635. die 10. Octob. ætat. 64.

CAPUT

CAPUT PRIMUM
DE FURTI DEFINITIONE
ejusq; speciebus & Pœnis.

SUMMARIA.

1. *Peculatus quid sit?*
2. *An genus sua natura speciebus sit prius?*
3. *Traditur furti definitio.*
4. *An furtum turpe sit naturâ.*
5. *An Deus mutare possit præcepta moralia?*
6. *Athenienses furta, Wandali piraticam concesserunt.*
7. *Hodie quibusdam in locis piratica toleratur.*
8. *Apud Colchos quoq; furta modo manent impunita, aliosq; populos.*
9. *Quomodo & qua de causa sæpe à regulis juris naturalis vel gentium recedatur.*
10. *Dispensatio quid & cur facienda?*
11. *Deus propter scelera hominum pervertit eorum sensus, ut pessimum non nisi bonum agnoscant.*
12. *Refutatur Soti opinio nec non eorum, qui verba definitionis corrumpunt contra mentem Triboniani.*
13. *Tribonianus persuasit Iustiniano, quod foret Deus.*
14. *Hodiernis seculis fures suspenduntur.*
15. *Furtum levissimum quod dicatur?*
16. *Furti levissimi pœna est restitutio dupli.*
17. *Si fur duplum præstare nequit, carceris coërcitionem subeat.*
18. *Et nonnunquam ad triremes & opus publicum damnabitur, si expensas carceris sustinere nequeat propter inopiam.*
19. *Non mitigãda pœna propter paupertatẽ.*
20. *De mendicis validis eorumq; liberis educandis.*
21. *Quale furtum dicatur manifestum?*
22. *Cur pro furtiva re exigua severior statuatur pœna?*
23. *Fures egregioris familiæ cur levius puniendi?*
24. *Argumentum à contrario sensu quando pot[i]ssimum valeat?*
25. *Quid si fur infra quinq; solidos quoad secundum furtum furetur?*
26. *Constitutiones non agnoscunt distinctionem furti manifesti & non manifesti in foro Saxonico.*
27. *Fur effringens vel tela secum portans indistincte strangulandus est.*
28. *Fur mulier aqua suffocabitur.*
29. *Quomodo fur effringens nec quicquam contrectans sit puniendus?*
30. *Quid si fur prima vice ultra quinque solidos furetur, an strangulandus?*
31. *Constitutio Friderici de strangulandis furibus, ubivis explicanda est ex constitutione Carolina.*
32. *Quid si fur secunda vice furetur sine effractura, ne excedente furto quinq; solidos?*
33. *Fur famosus & consuetus quis dicatur?*
34. *Crescente malo, crescere debent supplicia.*
35. *Quid si fur committat tria distincta furta modicæ quantitatis.*
36. *An tria distincta furta hic dicantur, quoties*

A

quoties fur una eademq; nocte ter furatur in uno vel diverso loco?

37. *Utrum sub tribus furtis contineantur ea furta, pro quibus antea mulctatus est reus.*

38. *An reatus per gratiam principis remissus vel abolitus hic consideretur? disputatur.*

39. *Effectuum cōditiones explicandæ sunt secundum conditiones principiorum motivorum.*

40. *Non pedibus calcanda est principis gratia.*

41. *Optimi judicis est remissorum oblivisci.*

42. *Aliquot referuntur axiomata de clementia principis nunquam obliteranda.*

43. *Tanto atrocius censetur facinus, quanto à pluribus est consummatum.*

44. *Quid juris, siquidem plures furtum commiserunt sive magnum sive parvum?*

45. *Quid sit furtum magnum?*

46. *Solidus quid sit?*

47. *Totum jus est quasi lex unica.*

48. *Quibus rationibus potissimum Theologi, Politici, & nonnulli JCti oppugnant pœnam furti usitatam.*

49. *Fur facile degenerat in latronem.*

50. *Fur latroni similis.*

51. *Omne vitium recens facile corrigitur.*

52. *Cur fures conquerantur se non posse acquiescere, quin furentur?*

53. *Iure sacro furti pœna aliquoties est exasperata.*

54. *Qui vim juris non intelligunt, male de eo sentiunt.*

55. *Multi in hac quæstione laborāt lethargo.*

56. *Inscitia in qua laboras, parum distat à belluis.*

57. *An fur rupto laqueo denuò sit suspendendus, & quæ indicia ex ruptura laquei depromenda?*

58. *In causa criminali post sententiam nova admittenda sunt probationes.*

59. *De protestatione rei ante suspensionem fatalem.*

60. *Fur in terram decidens pœna extraordinaria erit plectendus, nisi unus latrocinii sit convictus, vel constet lictorem dolose remisisse funiculum.*

61. *Fama perdita, homines peccare habent pro nihilo.*

62. *Sententia Lipsii hac de re.*

63. *Lipsium explodit Erasmus, &c.*

DE septima judiciorum publicorum specie, quæ est lex Julia peculatus, dicturus, invocato divini spiritus auxilio, ordinem, quem hactenus observavi, prosequar, nec dubitabo; quin lector candidus, labores meos æqui boniq; sit habiturus, definitur itaque peculatus furtum pecuniæ reive publicæ, sacræ,
1 vel religiosæ factum. *l. 1. ubi DD. ff. ad l. Jul.* † *peculatus. §. 10. Inst. h. t.* sed quia
genus speciebus suis naturâ prius, ac quasi *einai*, utiloquuntur, ejusdem existit,
non obstante, quod genus regulariter de speciebus, tanquam subjectis prædicetur, ut videantur subsistere species † genere priores, *Eberh. in top. in loc. à*
2 *genere ad spec.* ordinem naturæ imitari, vestibulum furti ipsius dispiciemus,
quod est fraudulosa contrectatio, lucri faciendi causâ, vel ipsius rei alienæ, vel
usus, possessionisvè. *l. 1. ff. de furt.* jure naturali prohibita. §. 2. *Inst. de furt.* Posteriora hæc definitionis † verba à nonnullis cavillantur, furtum naturâ haud
3 turpe nec prohibitum esse, adeoq; non rigorosè admodum in fures animadvertendum, contendentibus, pro quâ assertione adducunt, 1. locum *Exodi*
11. ubi Deus furta Hebræis permittit. Proinde (ajunt) si furta turpia sunt,
nec non legibus naturæ contraria, Deus qui naturam, nec jus morale unquā
destruxit, non eadem permisisset. † At prius verum. Ergo & posterius ve-
4 rum est. Adde quod Jehova immutabilis præcepta juris gentium primarii vel

jus

jus morale decalogi nolit nec etiam possit, † salva justitia divinâ, subvertere, 5
mutare, ut quod hodie malum, cras bonum, virtus vicium fit, & vice versâ,
vide prolixè *Ferd. Vasq. 1. illust. contr. 27.* 2. allegant † Lacedæmoniensium 6
mores, quibus furta permissa fuisse constat, *Plutarch. in vit. Licurgi. Gell. 11. noct. Att. cap. fin. Alex. ab Alexand. 6 genit. dier. cap. 19.* Sic Wandali piraticam, quæ summo in honore penes eos fuit, concesserunt. *Albert. Crantz. in Wandal. c. 7.* & hodie † piratica eadem quibusdam in locis passibusq; maris, 7
toleratur, uti refert *Lier. in navigat. indic. in proœm. Busbequius* quoque in
epist. 3. pag. 155. scribit, penes Colchos † Turcicæ jam gentis furandi solertiam 8
summâ haberi in laude, vel ut verba authoris sonant, qui dextro Mercurio furatur magnus censetur, qui nescit, ut stipes & truncus despicitur. Theodor. Aristippus, uti refert Laërt. furta nec non adulteria naturâ haud turpia esse novissimè (quoad furta) *Alciat. in l. 42. ff. de verb. signif.* existimavit. *Scipio Gentil. 1. parerg. 21.* (quoad adulteria) *Pet. Berexas. in caus. 30. quæst. 1.* modo palam presbyter non scortetur, vel sic cohabitet adulteræ, ut facinus perveniat in notitiam populi, quo casu presbyterum puniendum esse evincitur. *d. c. 30. vide Joan. Wolff. tom. 2. pag. 970.* Porrò apud Persas rapto vivere, est honestum, ubi Cardaces vocantur furto viventes: Quippe Cardà virile ac bellicosum sonat. *auctore Strab. lib. 15. ad fin.* Sparta furto æquè ac armis à primis annis pueros exercet imò & jubet furari. *Plut. in Lacon. Joan. de Pined. in Jobum, cap. 19. vers. 12. num. 5. Joh. Wolff. 2. lect. mem. pag. 970.*

Ad 1. Resp. Etsi natura vel jus morale immutabile est respectu ideæ vel
εἶναι sui, *§. 1. Inst. de I. N. G. & civil.* proinde tamen minimè sequitur, quin mens
hominis lubrica † & perversa deviare queat à principiis illis naturæ vel rectæ 9
rationis, uti revera apparet, quandocunque gentes nonnullas à tramite ductuq; naturæ recessisse scribitur, impegisse easdem in principia jurisgentiũ, neque inde omninò exculpandas. Prout sæpenumero quoque evenit, ut ratione rectâ suadente jus illud gentium per circumstantias factiq; contingentia limitetur, in gyrum ducatur, quæ limitatio vel recessus vulgò † dispensa- 10
tio, etiam in divinis permissa, dicitur, id est, lege in genere ejusq; ratione manente, in particulari verò certis personis, certâ & honestâ de causâ relaxatio, uti dispensationem definit *Thom. de Aquin. lib. 2. de just. & jur q. 3. art. 8.* congruam legis interpretationem eandem appellitans, *ibi.* sic Jehova permisit Abrahamo, ut immolaret filium Samsoni, ut Philistæos occideret. *Jud. cap. 10. 1. Maccab. 6. & 1. c. 2.* Cum Maccabæis, quoad sabbathum, fuit dispensatum. *ibi.* omnis qui venerit die sabbatorum ad nos in bello pugnemus adversus eum, quo pertinent facta Hebræorum. *Thom. de Aquin. d. loc.* & juxta Romanenses, delicta & deliria pontificum nefanda, sodomia plerisq; visa divinitus concessa. *Vasq. d. loc. n. 7.* qua de re *p. 2. de sodom.* vide *Victorin. Strigel. in Exod. c. 11.* ibi. Cum Ægyptii immanitate ea fuerint & asperitate naturæ, ut

 nullam

nullam mercedem populo Israëlitarum persolverint pro laboribus 80. annorum dici non potest sine compensatione Israëlitas abstulisse κειμήλια Ægypti: Si quis verò objicit neminem debere sine judicis decreto mercedem debitam domino eripere, facilis responsio est, Deus & lex magis sunt domini facultatum nostrarũ quam nos ipsi, hæc ille. Deinde: An Deus naturam pervertere possit, ne opinetur credatve malũ esse, quod reverà malum est, adeoq; præcepta moralia in homine obliterare, quæstio temeraria & partim impia est & à scholasticis ociosis profecta, quam latè examinat *Vasq. d. loc.* quò remitto lectorem.

Ad 3. Resp. non quid fiat, sed quid fieri conveniat, attendendum esse. Humana natura sic depravata est, ut nisi arduus civilium ll. custos, decalogi utriusq; Canones, nec non juris naturæ tramites frenis inter mortales cohi-
11 beat, omne præceps in ruinam sit facilè collapsurum, nonnunquam evenit, ut propter peccata hominum, † malum bonum & vice versâ videatur, *juxta illud Sophoclis:* Malum videtur bonum, cui Deus mentem impellit ad exitium, *in Antigon. pag. mihi* 207. Lycurgus in oratione contra Leocratem citat versiculos sequentes ex antiquo poëmate, eosq; ait habere vim oraculi, uti refert *Victor. Strigel. in Exod. cap.* 14. *ibi.*

Iratus ad pœnam si quos Deus trahit,
Aufferre mentem prius talibus solet
Caliginemq; offundit, ut ruant suas
Furenter in clades. sibi quas noxiis
Accersierunt ultrò consiliis mali.

Proinde inscriptio tumuli Sennacherib: *ἐς ἐμὲ ὁρέων εὐσεβὴς ἔστω, Herodot. lib.* 2. Falsa est ergo Scoti opinio, nedum Jehovam pervertere eo posse sensus hu-
12 manos, ut creatorem odisse incipiat, existimâris. *Vasq. dict. loco. n.* 12. ecquid multis? furtum naturâ turpe, plures gentes, quam quæ † id tolerarunt, statuisse quoque in comperto est, in quarum numero Scytas repertos constet alias feros & barbaros, nullum delictum furto gravius coërcentes: & Dirana Atheniensis furtum olusculi morte dignum edixit. *Mynsing. ad §. furtum. num.* 9. *Inst. de obl. quæ ex delict. nasc. Gregor. Tholosan. in Syntag. lib.* 37. *cap.* 1. ubi multa
13 hac de re congessit, quò remitto lectorem. *Farin. de furt. pag.* 2. Malè autem *glossa in d. §. furtum. Farinac. pluresq; DD,* † exponunt vocem, *lege naturali,* id est, *divinâ,* prohibitum. Quanquam enim jus divinum furta seriò prohibeat, *Exod.* 20. *Levit. cap.* 18. *& ad Ephes.* 4. eò tamen non respexisse Tribonianum verisimile est. Utrum hîc Triboniani sententia non sit labilis & fallax? neque obstat *l.* 53. *de furt.* etenim qui injuriandi causâ, causam dat furto utilitatem vindictæ in mente destinavit in causis criminationum quoque non tam factum, quã causa facti, id est utilitas lucrumq; est ponderandum *Pineda d. loc.* quinimo ut plurimum animus perversitate æstuans pluris vindictæ dul-

cedinem

cedinem æstimat, quam externũ lucrum. *hinc illud Gallorum*: La vengiance est une chose plus dulce & savoreuse que le miel, ni que le soucre, &c.

Verba definitionis (lucrifaciendi causa) subjiciuntur differentiæ ergò. Qui enim injuriæ januam fregit *ait Paul. in l. 5. 3. ff. h. t.* quamvis inde per alios res amotæ sint, non tenetur furti, nam voluntas & propositum distinguunt maleficia. Quinimo non fur solum, sed & maleficus omnis ita est plerumq; comparatus, ut non nisi lucri studio malum faciat. *Cic. pro Rosc. h, ibi*: Sic vita hominum est, ut ad scelus nemo sine spe conetur atq; emolumento accedere.

——— *cui prodest scelus*.

Is fecit: — ait *Senec. in Med. act. 3.* numquid est ullus hominum ex Salviano lib. ad Eccl. ait *Joan. de Pined. in Job. cap. 25. vers. 6. n. 7.* qui non omnia quæ fecit, utilitatis gratia faciat? Nemo, opinor; omnes enim ad affectum atque appetitum utilitatis suæ, naturæ ipsius magisterio atq; impulsione ducuntur. Considerandum autem est hoc in loco, cum affectus lucrifaciendi in delicta passim & generaliter influat. De rebus, in quas factum committitur, & quæ personæ furti actione teneantur, dixi & tractavi *in meo Colleg. instit. disput. fin.* quò remitto lectorem.

Furti hujus coërcendi causâ comparata est actio furti manifesti & non manifesti, *§. fin. Instit. de furt.* nec non accusatio, *l. fin. ff. de priv. delict. constit. Friderici de pac. tenend. in usibus feudor. & const. crim. Carol. V. art. 159. 160. 162.* cujus vigore, & receptâ consuetudine per † totam pene Europam fures 14 diurni sive nocturni, manifesti vel non manifesti laqueo ultore suffocantur, & in sublime patibuli lignum suspenduntur. Quò in re ne quid durius molliúsve, quam jus admittit, statuatur, sequentia accuratè attendantur, pensiculatè observentur. Judicia quippe Jehovæ sunt non hominum, quibus Deus præsidet, *l. 13. C. de jud.*

1. Sese offert furtum levissimum & non manifestum, scilicet ubi fur super re contrectatâ non acclamatur, vel deprehenditur, antequam ad locum destinatum, eam deferret: † levissimum dicitur, quod infra quinq; solidos 15 sese in quantitate vel æstimatione extendit, & quando sub furto non fregit vel corrupit, cujus furti pœna est restitutio dupli præter rem furtivam, ut si fur surripuisset solidos quatuor, restituat 12. &c. *prædicta const. crim. art. 157.* non secus, ac jure communi † idem constitutum apparet, *§. 5. Inst. h. t.* quod 16 si fur mulctam luere haud possit ob inopiam, re solummodo furtivâ Domino restitutâ carceris coërcitionem subeat, *d. art. 157.* per tritum ac vulgare brocardicum: Qui non † habet in ære, luat in corpore, *l. 1. ff. de pœn. l. fin. ff.* 17 *de in jus voc. l. 3. §. 3. ff. de jurisd.* ac ne incarceratio Domino fiscove sit onerosa, alimenta & expensas carceris ipse sustinebit fur, ubi si paupertas denuò occurrat, ut furi impossibile sit ejusmodi præstare, mittatur ad triremes vel in opus publicum † ad tempus judicis arbitrio definiendum, ne paupertatis 18

A 3 præsidio

præsidio delicti impunitatem speret, legesq; habeat pro nauci, *Bald. in l. 6. ff. de off. præsid. Guid. Pap. decis.* 436. nec n. paupertas mitigandi pœnas causa erit, sed exasperandi, magis easdem, scilicet eâ pauperis mentem memo-
19 riamq; fricante sententiâ. Fortunę iniquitatem patientiâ, virtute † & labore superandam, non calamitatem calamitate augendam. Planè paupertati hactenus succurrũt jura, quatenus innocentia eam tueatur. *Quintil. Mandos. de monitor. q. 37. Joh. Thil. de Benign. p. 1. const. crim. p. 1. c. 137.* Vide *infra in cap. 18. de furto necessitat. causa commisso.* insigniora de privilegiis & incommodis pau-
20 pertatis, quo lectorem mitto, *num. 23. ejusdem capitis.* Nihil hic † de mendicantibus validis dicam, quos constitutiones imperii omniaq; jura odio magis quã favore prosequuntur, *l. 1. C. de valid. mendic. lib. 11. ord. polit. de anno 577. tit.* von Bettlern vnd Müssiggängern/ parentibus, quibus naturâ luxuriante proles nascitur, nempe ea ut auferatur genitori, ne vestigia ejus perversa sequatur, tradaturq; officinis mechanicis, ut quos sumptus tenera requisivit ætas, grandæva vel media, ubi fortunata fuerit, restituat magistratui senectus. Cum enim leges non sinant parentem sustentare filiumfam. qui ex industria vivere possit, sibiq; victum quærere, *l. 5. §. 7. ff. de lib. agnosc.* Quantò minus ferendi sunt, qui corpore menteq; valeant, inertia torpescant, & damno aliorum pinguescant. *Vide in part. 1, cap. 15. & 21.* ridicula est *Damhouderii historia de medicante valido, cap. 140.* adde quæ de mendicis alendis scribit *Wolff. p. 1. cent. 15. lect. memb. pag. 808. Camerar. 1. meditat. hist. c. 16.*

Secundum furtum est, cum quis infra quinq; solidos primum committit furtum, sub actu furti nihil effringens vel corrumpens, at in crimine flagranti vel post, cum furtum abduceret, à Domino aliove deprehensus, acclamatus, *§. furtum. Inst. h. t. l. 3. & l. 34. ff. eod. Gell. 2 noct. Attic. c. fin.* quã nota furtum hoc manifestum dicitur, *d. §. furtum. Cujac. 13. observ.* 38. *Vult. & Dd. in §.*
21 *1. Inst. eod.* ubi uno quasi ore astruunt, non aliter pro † furto manifesto habẽdum hoc flagitium, nisi fur fuerit acclamatus rem alienam contrectans vel deportans, *Clar. in § fin. vers. 1. quæst.* 82. atq; hoc furtum paulatim aggravat augetq; pœnam sic, ut fur pro numellis sistatur publicè, virgis cædatur & relegetur, re furtivâ cumprimis restitutâ, vel æstimatione ejus Domino insuper si solvendo fur est, *d. art. 157. solutâ, ibi:* Vnnd vor allen Dingen den beschedigten/ ꝛc. & licet sub re furtivâ exigua, uti quidem apparet vulgariter, & pœna hac famosâ, nulla prorsus detur proportio, non tamen haud immeritò
22 † ita statuisse visum legislatori arbitrabimur, cum tanto arguatur pravus, qui ob rem minorem fruendam turpiter sese dare non erubuit, & à motivo minori incitatus publicè deliquit, *Alphons. Tostat. in Matthæ. tom.* 4. ut præstet quoque puniri publicè eundem, quia timor major est per pœnam incussus, quam pravitas ad peccandum causata. *Idem Tostat. in Matth. tom.* 2. ne eventus prosper fures reddat elatos, & ad facinora longè atrociora cordatos.

Idem

Idem Alphonſ. Toſt. d. loc. tom. 4. num. 137. Pœna hujus furti coërcendi, quoad perſonarum objecta, ſeſe habet paulò remiſſior. Si fures † à parentibus 23
honeſtioris famæ ſint progeniti, ſpesq; fulgeat emendationis, ne ſcilicet tota maculetur familia unius depravati lapſu & infamiâ, *d. ordin. art.* 158. *verſ. wehre aber der Dieb/ꝛc.* Furtum itaq; hoc intuitu mulcta quadrupli expietur vel ſi quadruplum inferre nequeat, vel ejus cognati penſitare nolint, cum reſtitutione ſimpli, rei ablatæ, & incarceratione abſolvatur, *d. art.* 158. *in fine ibi: Und ſonſt allenthalben.* Quod ſi verò furis agnati pœnâ ordinariâ magis punitum velint neq; ſpes ſit frugi vitæ, quam hac gratia & pœnæ remiſſione, fiat juſtitia ne inviro fiat gratia, nec correctio conſtitutionis inducatur, inducto à contrario ſenſu hic † argumento, unâ ſaltem ſtatuti ratione ſtringen- 24
te, ſcilicet ſi ſpes emendationis non appareat, unde nec ſtatutum vel argumentum inductum claudicare dicitur, *Petr. Rebuff. in tract. concord. pag. mihi* 214. & 428. *Eberh. in top. in loc. à ceſſ. rat. leg.* nonnulli quoq; nec inconvenienter ulterius hic diſtingunt quoad quantitatis objecta, ut ſi fur infra quinque ſolidos † furetur, ita ut partem dimidiam ſolidorũ excedat furtum quoad 25
ſolidum dimidiatum, reus fuſtigetur & exilio perpetuò plectatur, *Weſenbec. de furt. num.* 15. *an parat. Coler. deciſ. Germ.* 144. Sin dimidiam quinq; ſolidorum partem non excurrat, fur carcere vel relegatione temporali coërceatur, *Novell. Elect. Auguſt. p.* 4. *conſt.* 32. §. 3. quam diſtinctionem quoq; extra ditiones Electorales receptam eſſe uſu, adſerit *Berlich. part.* 5. *concl.* 43. *nu.* 65. additq; in foro Saxonico non attendi diſtinctionem furti † manifeſti & non manifeſti 26
quoad hunc, ni fallor, articulum, *ibid. n.* 68.

Tertium furtum eſt, cum fur fores † arcamve effringens aut in domũ 27
quavis ratione inſolitâ aſcendens, rem invito Domino contrectavit, vel ſi cum telo, ut furetur ſeq; pro re natâ defendat, ædes alienas noctu diuve ingreditur, non conſideratâ nec perſonarum nec quantitatis rei furtivæ conditione & modulo, imò nedum reiterationis & frequentati furti circumſtantia fur iſtiuſmodi laqueo puniatur, *d. conſt. articul.* 159. mulier hoc caſu vel aqua † 28
ſuffocetur, vel alia corporis afflictiva pœnâ coërceatur, *d. loc.*

Ex quibus conſequitur, ut ſiquidem fur conſcendens vel effringens ædes alienas nihil fuerit machinatus, nondum contrectâ rit rem domini, pœnâ hac prædictâ non plectatur, *l.* 22. *ff. de furt. Ludov. à Peguer. deciſ.* 26. *ubi ait:* in conſilio regio † Cathaloniæ deprehenſum ita hominem ad ſervitia re- 29
galia per 10. annos fuiſſe condemnatum. Idem negat poſſe torqueri furem rei minoris tanquam ob indicium ad indaganda furta forſan majora, *deciſ.* 16. *p.* 1. Sed de hac re alibi prolixius. Ad triremes quoq; damnari ſolitos, ait, ejuſmodi reos. *Idem ſuperiori loco.* Prout aliæ citra mortem pœnæ poſſunt eſſe haud vulgares, ut cum reus pueris tradatur verberatum publicè, vel religatis poſt terga manibus, injectove cervicibus funiculo, veſte diſciſsâ ſeminudus

nudus in forum trahatur, atq; etiam mento mucrone gladio subjecto, ut visendam præbeat faciem, neve submittat, &c. *Francis. Polet. in histor. for. Rom. lib. 5. pag. mihi* 811.

Quartum furtum seu furti species est, quoties fur vice prima furatur ultra solidos quinq;, circumstātiis prædictis omninò cessantibus, ubi *constitutio*
30 jubet *art.* 160. judicem examinare debere singulas † factorum personarumque qualitates, ne temerè ac sine peritiorum judicio reum laqueo constringat. Non pauci ex nostris scribunt non suspendendum hunc furem, licet mille solidos furatus fuerit, *Harprecht. ad Inst. §. 6. h. t. Fach. 9. contr. 91.* cui tamen reclamat *constit. Friderici de pac. tenend. & Bald. in Auth. sed novo. Cod. de serv. fugit. arg. l. 31. §. fin. ff. de excusat.* vel quod in atrocioribus jura transgredi fas est, *l. 1 C. de precib. Imp. offerend. l. 6. §. 2. ff. de injust. rupt.* Respond. quantum constitutionem Friderici attinet, eam meritò explicandam esse per re-
31 cessus recentiores, uti † Carolina sanctio, ubivis derogat juri civili in expressis & determinatis casibus, & alias nedum crudè acceptanda esset vel judaicè Friderici constitutio, scilicet non accedente reiteratione, vel fracturâ, aut acclamatione præcedente, quæ requisita quoad pœnas ordinarias vel mulctas inferendas, ipsæ leges ff. desiderarunt, non verò voluit Cæsar ille pœnam exasperans furti, una tollere media ad suppliciū ordinata, qui unum dicit, alterum non excludit. Et odiosa est extensio omnis in odiosis, *c. odia. de R. J. in 6.* Deinde non reluctatur Baldi argumētum à tutelis depromptum, scilicet propter rationis diversitatem, cum in non symbolisantibus nullus detur transitus, *Petr. Rebuff. in tr. concord. pag. mihi* 628. neq; hoc: atrociora mereri atroces pœnas, &c. Siquidem requisita & circumstantiæ, quas lex uti formam specificam requirit, desiderantur, *Salycet. Fulgos. & Castrens. in d. authent. Jure, C. de serv. fugit. Rol. à Valle lib. 1. consil. 51.*

32 Quinta furti species est, cum fur † vice secunda furatur absque effractione & insidiis armorum furtis illis solidos quinq; nō excedentibus, quem reum saltem ad numellas publicè sistendum & relegandum sancit, *dicta const. art.* 161. Secus si furta majora fecisset, neq; enim bis peccantibus est parcendum, *arg. l. 22. C. de agric. & censit.* cum geminatio enixam præ se ferat voluntatem & habitum furandi indesinentem importet, *Blanc. de indic. num.* 244.
33 ut exinde fur talis dicatur vulgò fur † consuetus, consuetudinarius, & famosus, *Damhoud. in pr. crim. cap* 110. *num.* 30. adeò ut siquidem per statuta pro delicto imponatur pœna pecuniaria & civilis, eadem augeatur, si reiteratio subsequatur, *Joan. de Platea in l. 1. C. de super exact.* Verum enim verò est
34 ait *Polet. d. loc. lib 5. pag.* 801. quod crescentibus † malis, exaggerari quoq; pœnæ debeant, &c. Neque refert, ut ad priora redeamus, quoad bina furta modica coërcenda, sive fur acclamatus sit, nec ne? *d. art.* 161. existimo quoque hoc casu restituendas esse res furtivas domino, Doctoribus licet hic tacentibus.

bus. Cum eadem hic subsit restitutionis causa & ratio, quæ supra consulebat commodo dominorum, infirmitas est intellectus legem quærere, ubi dominatur eadem causa & ratio dispositionis, *Conrad. Lag. p. 1. jur. civ. c. 13. Ferd. Vasq. 1. illust. qq. & controv. c. 21. n. 32.*

Sexta furti species est, quando fur † tria distincta committit furta; 35 quem suspendendum vel strangulandum quoque jubet constitutio, *art. 162.* Sed si parva sunt hæc furta tria, quæ non excedunt quinq; solidos, mitior sententia placuit Doctoribus, saltem fustigationis pœnâ cum perpetua relegatione fures esse coërcendos, sin exæquat vel paulo superet solidos illos, laqueo suffocandos, atque sic Lipsienses & Jenenses pronunciasse attestatur, *Berlich. d. conclus. 43. n. 95.* Atq; hæc furta tria ut committantur, ad infligendam pœnam, necesse est, diversis vicibus, ac temporibus. Nam qui fur † uno 36 eademq; noctis crepusculo, ædes trium patrumfamilias invasit, non dicetur inde tria patrasse eum furta, & sic Veronæ pronunciatum refert *Capoll. in d. auth. sed novo, C. de serv. fugit. num. 105. Boer. Burdegalens.* ita judicatum fuisse ait *decis. 219. Berlich.* contrarium anno 608. judicatum in Germania recenset dicens: opilionem, qui unâ eademq; nocte ex diversis & distinctis ovilibus abegerat pecora, strangulatum fuisse, cujus sententiæ potissimum adhærendum per rationes ibidem allatas, *num. 102. 103. & seqq.* Cæterum inter tria hæc furta quoque connumerantur ea delicta, pro quibus † antehac 37 mulctatus erat reus. Sic enim in ducatu Mediolanensi id observari docet *Clar. lib. 5. sentent. §. furtum, n. 12.* imò furta in diversis territoriis commissa huc spectant. *Bald. in d. auth. sed novo jure, C. de serv. fugit. num. 6. Bart. in l. 7. §. cum sacrileg. ff. de accusat. in fine.* atq; sic de consuetudine servari dicit, *Coler. decis. 144. Menoch. 2. arb. qq. cent. 3. quæst. 295.* nec non per gratiam Principis vel aliam abolitionem sopita furta, *Clar. 5. sent. §. furtum, n. 13. Covar. 2. res. variar. cap. 10. Angel. in tr. malef. verb. etiam testem. num. 24.* † Quod duriusculum 38 sonat si ἀπλῶς dicatur, inhumanum, venena per vomitus reddentem, eadem visceribus ruptis denuò haurire cogendum, inquit *Joan. de Pineda in Job. cap. 20. lib. 1. vers. 14. volum. 1. Bald. consil. 348. vol. 5.* ubi hanc sententiam oppugnat. Ecquid abolitionis causa, quoniam effectus ejusdem in una tollatur cum effectuum conditiones regulentur juxta conditiones principiorum motivorum, † ut destructâ causalitate, quoq; de effectis nihil remaneat inte- 39 grorum, *Alphons. Tostat. in Gen. 21. & in Matth. tom. 5. & Levitic. 304.* Ad quid confert gratia vel criminum remissio, siquidem ea prodesse non sufficiat? *Vide p. 1. de judic. gener. cap. 91.* reponis: Atqui gratia invitare non debebat reum ad similia vel graviora delinquenda, non pedibus conculcanda Principis clementia. † Esto: Sed numquid reo inde strangulato, non tam ob furtum sim- 40 plex nulla capitali pœnâ dignum, quam reatum remissum occiditur? Absurdum verò est prius, incivile, & constitutioni Carolinæ contrarium, ne scilicet

ob unum solummodò, pœna inferatur ordinaria, maleficium, sed demum cóncurrente delicti frequentiâ, per modo dicta. Ergò & posterius. Hinc est & jure accidit, quod pro evitanda absurditate restringenda sit quælibet dispositio, *text. in l. 2. C. de nox. act. l. ut gradatim, §. 1. ff. de muner. Everhard. in top. in loc. ab*
41 *absurdo.* Spectant huc tritæ at notandæ maximæ: † Optimi judicis esse remissa oblivisci, & quærendas potiùs ignoscendi quam puniendi causas, *Joan. de Pined in Job. cap. 29. vers. 17. num. 1. tom. 1.* Cum Theodosius tempore paschali juberet dimitti vinctos, dixit: utinam mihi liceret defunctos revocare atq; in vitam reducere, *Chrysost. in hom. 20. ad Pop. Antioch. inde Ethnicus Poëta 1. de Ponto:*

Est piger ad pœnas princeps, ad præmia velox
Atq; dolet quoties cogitur esse ferox.

42 *Fulgent. Ruspens. Episcop. de verit. prædest. & gratia.* Clemens † imperator (*ait*) non adeò est vas misericordiæ præparatum in gloria, quia terreni principatus apicem accepit, sed si in imperiali culmine, rectâ fide vivat, & veræ cordis humilitate præditus culmen regiæ dignitatis sanctæ religioni subjiciat, si magis in timore Dei servire, quam in terrore dominari populo delectetur, si in eo lenitas iracundiam mitiget, ornet benignitas potestatem, si se magis diligendum quam metuendum cunctis exhibeat, si subjectis salubriter consulat, si justitiam sic teneat, ut misericordiam non derelinquat, &c. *Cam. 3. med. c. 22.* Et *Seneca Tragicus in Octavia*

Consulere patriæ, parcere civibus,
Fera cade abstinere, mores regere,
Reddere orbi quietem, seculo pacem suo,
Hæc summa virtus, petiturq; hac cœlum viâ.

Petr. Frider. Mindan. de mandat. lib. 2. cap. 12. num. 19.

Septima furti species est, cum fur socios habuerit perpetrari facinoris, contra quos si agatur criminaliter ob furta magna & atrocia, suspendentur omnes, *l. 7. & seq. ff. de jurisd. Tessaur. decis. Pedemont. 164.* cum tantò atrocius
43 judicetur delictum, quanto à pluribus fuit admissum, *l. 34. ff. de injur.* Sin furti modici vertatur quæstio, judicis arbitrio plectendi sunt singuli. Cæterùm cum plures furtum quidem commiserunt magnum, quinque solidos nempe excedens, parvum verò efficitur per divisionem, cum singuli reci-
44 piunt suas † portiones solidorum quinque non constantium, non omnes laqueo occiduntur, sed vel fustigatione & relegatione perpetua coërceantur, secus erit, si omnes in effractione ædium occupati fuissent, omnes & singuli acclamati, ac retrò furta particularia patrassent, quo casu omnes suspendan-
45 tur, *arg. d. art. 159.* † Furtum magnum in usu juris jam dicitur, quoad sanctionem Carolinam, quod excedit, ut diximus, quinque solidos, *art. 160.* alii arbitrio

triojudicis determinandum committunt, quale furtum magnum vel par-
vum dicatur. *Ludov. à Peguer dec. [illegible] 27. Menoch. 2. arb. jud. quæst. cent. 2. caf.*
295. Caſſanæ. in conſuetud. Burgund. rub. 1. §. 5. verbo pro prima vi. c. num. 15.
† Solidi verò dicuntur aurei Ungarici licet Carol. V. [illegible] dicat vor fünff 46
Gülden. *Moller. in ſemeſt. 1. cap. 37.* conſtitutio Friderici ſolidorum facit men-
tionem, unde hæc renovata conſtitutio quaſi deprompta videtur, Ergo ex ea-
dem quoque explicanda. † Cum totum jus quaſi lex unica ſit, ut ſub intelli- 47
gatur, ſiquidem uno in loco nonnihil occurrat obſcuritatis, id de planiori &
clariori textu dilucidetur, non ſecus uti lumen obſcurum & caliginoſum
ſolemus accenſis lucernis illuſtrare, atque ſi ſunt ſolidi, quorum 72. conſti-
tuunt libram auri *l. 5. C. de ſuſcept. præp. ſ. Andr. Gail. 2. obſerv. 39.* Et quanquam
videatur inhumanum propter quinque ſolidos ſanguinem hominis tam a-
trociter vel effundere, vel vitam homini eripere laqueo, reum quaſi maledi-
ctum affigere ligno arido. Quapropter *Alciatus in l. 1[illegible] ff. de V. S.* legumla-
tores (ait) recentiores ab antiquis ſuperati, quod nunc paſſim quoslibet ma-
leficos ultimo ſupplicio afficiunt, qui ſi in opus publicum damnarentur, utiles
Reip. eſſent atque perpetuam pœnam ſubirent. Quod mihi (*inquit Fran-
ciſc. Pollet. in hiſtor. fori Romani lib. 5. pag. 809.*) quidem dignum ſemper ob-
ſervatu viſum † eſt erga fures, quod nunc paſſim veluti rediviva Draconis le- 48
ge ex conſuetudine in crucem aguntur, obtinente medius fidius M. Catonis
dicterio: fures privatorum furtorum in nervo atque compedibus ætate a-
gunt, fures publici in auro atque purpura. *hæc ille.* Theologi quidam obmor-
dentes ſanctionem Carolinam, ſcribunt, non licuiſſe Cæſari reſcribere con-
tra leges divinas, furem quadrupli vel quintupli reſtitutione ſaltem coërcen-
tes. *Exod. 22.* politici clamitant Cæſares poſteriores in evidentem prolapſos
tyrannidem, dum de venatione & furti duriores tulerint leges, quæ & alia
trita utcunque ſeſe habent, ac à JCtis adeò confutata, ut qui addere iiſdem
nonnulla geſtiret, ſolem facibus illuſtrare videretur.

Reſpondeo, non decere JCtum ſanctiones pragmaticas in dubium vo-
care, poſtquam enim lex condita eſt atq; recepta uſu, judicandum eſt ſecun-
dum ipſam, non de ipſa. *Anton. Bull. ad conſt. crim. art. 159.* quinimo legislator
non tam reſpexit, quod reatus præ ſe fert culpæ, quam ex reatu ſubotiturum
malum, uti prudentiorē, ſolertiam ejuſmodi callere oportet *diſt. 5. q. 4.* equidē
enim parum vel nihil abeſt, quin fur meticuloſus, qui palam graſſari, latro-
cinari, ac denique tranquillitatem publicam turbare nondum ſit auſus, furtis
aliquoties commiſſis, eoq; delinquendi habitu tandem † evadat truculentior 49
& temporis tractu publicè graſſari conetur. hinc *Juvenalis Satyr. 13.*

Quiſnam hominum eſt, quem tu contentum videris uno flagitio? &c.

Adeò ut fur latroni & graſſatori publico ſæpenumero † æquiparetur. 50
d. conſt. art. 162.

Cum verò optimi magistratus est officium, non minus ipsam prævaricandi occasionem & prima peccandi principia quam delictum ipsum compescere. *l.6.ff.de off.præsid.l.13.ff.de usuf.l. denunciamus. C.de his qui ad Eccles. confug.* Omne vicium enim, quod cito cognoscitur, facilè curari potest, quod verò temporis diuturnitate est roboratum, prope insanabile efficitur, diuturnus mos & consuetudo inveterata quodammodo natura ipsa firmior est, &
51 leviora peccata si non prohibeas subinde nascuntur, & † maximum acquirunt incrementum, sic ut habitus in naturam mutetur. *Camer.3. medit. histor. cap. 44.* hinc experientia & prudentum ac stultorum magistra attestante, ut
52 plurimum ex misellis furibus expiscamur, quod † conquerantur se non posse intermittere quin furentur, naturale sibi videri atque hereditarium vicium furandi. Certè profectò nullus non videt graviores & legales constitutionis & Friderici & Caroli V. causas προκαταρκτικῆς, non tyrannicos & immoderatiores motus. Prout jure sacro quoque furti pœna propter frequentiam delinquentium fuit ab ipso Jehova aucta, ut quæ quadrupli prima fuit mulcta, tandem in septuplum, & omnem domus fortunam fuerit extensa. *Proverb.6.*
53 *vers.31.* in servitutis † exitium. *Exod.22.* & pœnas quoque capitales, *2.Sam.12 Exod.22. Jos.8. vers.29. Covar.2.res.9. Menoch.de A. I. Q. q.69. Farin.de delict. & pœn. lib.1. tit.3. q.17. n.7.8. & seqq. Helf. Ulr. Hunn præses aliquando, & amicus meus in colleg. crim. diss.1. concl.* [illegible] 4. Cæter[illegible] quæ obg[illegible]nniuntur, nullius quoque sunt momenti & ponderis quibus ἁπλῶς reponendum erit ex *Do-*
54 *nell.1. comment.1.* qui vim juris non intelligunt, tāquam rem † partim non necessariam reipublicæ partim etiā perniciosam, velut litium fomitē rejiciunt;
55 verum laborant illi [illegible] lethargo, ut ait *Rebuff. in tr. concordat. pag.600.* & ut Ulysses, cum procul ab [illegible]ntro Cyclopis abesset, veheretúrq; alto & indomito mari, demum male dicunt Cyclopi, *Victorin. Strigel. in Exod. cap. 22.* suamq; inscitiam, quæ omnium morbus est maximus quo qui laborat, parum distat
56 † à beluis *Poggius Florent. lib. Epistol. pag. 125.* Exemplum, de jure venandi privatis ad[illegible]to, est familiare ac triviale, cui infra de furto ferar. bestiarum, sat superq; est replicatum.

Vari[illegible]e vulgares subnecti hic solent quæstiones. Utrum fur vivus in terr[illegible] s laqueo rupto vicissim debeat suspendi & quidem confestim,
58 vel re[illegible]ucendus ad carceres. quo † indicia & probationes omnes denuò revolvantur, aut ut uno verbo dicam, hic casus pariat judicium innocentiæ, utpote divinæ vel fatali causa adscribendus? Posterius non pauci exastruunt, cum sæpenumero acciderit, innocentes fuisse repertos restis ruptura indicatos, *vide Bald. in c. venerabili. de testib. Clar. §. fin. q.98. num. 9. §. sent. Alciat. de præs. reg. 3. præs. 44. Harprecht. in tract. crim. §. 4. num. 61. Wesenbec. in parat. ff. h. t. nu. 9 Virgil Pingiz. in decis. Jenens. decis. 7. Arum. exerc. Inst. 1[illegible] thesi 18. Anton. Bull. in constit. crim. art. 159. Trentl. 2. diss. 3[illegible]. thesi 38. Just. Lips. de*

virgin.

virgin. Hallens. cap. 17. cap. 22. & cap. 31. Qui dicunt non statim repetendum supplicium, moveatur inde: Quod causis emergentibus novis, quoq; in causa civili rescindantur actorum conclusiones, adpellationes contra sententiam admittantur, quæ enim de novo constant, novo indigent auxilio.

Quidni tanto magis in causa, ubi non de glande legenda non de oleo, vino, aut tritico legato agitur, sed de vita & famâ hominis, ibi si erratur jactura est exigua, hic major esse nequit, quæ suspenso homine, per appellationes non potest redintegrari? adeò ut post sententiam criminalis causæ novæ admittantur † probationes & indicia reum sublevantia, *Hypp. Marsil. in pract. crim. §. occurrunt n. 3. Wes. in paratit. ff. de prob. n. 9.* At hæc si non probatio saltem præsumptio momenti non exigui erit pro reo Dei potius omnipotentis, quam voluntate judicis, servato, *arg. l. 32. ff. ad L. Jul. de adult.* Nonnulli existimant, tum demum stringere hoc indicium pro reo, siquidem ante suspensionem de innocentia sua sit protestatus, quam † opinionem irridet, *Pingizer. d. loc.* scilicet in tantis angustiis constitutum & quasi jam semimortuum facilè oblivisci protestationis, ut protestatio post casum & lapsum demum sit necessaria. Sed utrumq; non est tutè expeditum: ante suspensionem haud potest reus dici immemor defensionis, qui communi stylo, utitur suo defensore ac procuratore jurato, & quorsum protestatio, quam ilicò subsequitur condemnatio, vel condemnationem pœna subitanea: in tantum ut quoque interdicatur defensori reum de revocandis confessionibus, attestationibus legitimè receptis, contradicendis, qua de re suo loco prolixius dicetur. Post suspensionem ratio Pingitzeri magis magisq; stringit, cum experientiâ dictitante constet, tum demum sensus ac rationis usu carere reos, spirituum obstructione & ex lapsu factos semimortuos, & quorsum similiter protestatio, causis cur absolvatur reus, non apparentibus? *Muscorn. de jurisd. num. 93. vers. sed me quidem indicio. Harprecht. d. loc.* quam sententiam veram ipse tradit, *Jacob. de Bellovis.* licet judex simpliciter condemnaverit reum ad furcam neque addiderit sententiæ, quod ibidem moriatur, *in pr. crimin. lib. 2. cap. 14.* multis hic reclamantibus, quos recenset *Berlich. p. 5. pr. concl. conclus. 45. n. 36.* Sed ut ut sit, non detestamur † humanitatis sententiam eamque viam mediam, quâ placuit pœna extraordinaria afficiendum furem, mortis faucibus sic dilapsum, uti observatum fuit, ni fallor, Gelnhusi civitatis imperialis in Wetteravia in anno 1616, modo fur non sit unà grassator & latro publicus, quo sine scandalo & reipublicæ damno nô possit cautione præstita, virgis cæsus vel relegatus dimitti, cum famâ perditâ homines † peccare habeant pro nihilo, ut ait *Alphons. Tostat. in Matth. tom. 5.* nec culpa lictoris hic possit aliqua in parte accusari, ut qui funem infirmum usurparit firmû non fideliter traxerit, strinxerit, genibusq; super furê nixis non depressit fortius, omnia, quæ morti accelerandæ essent, non præstitit integrè, uti officium carnificis

 hac

hac in re describit, *Lips. d. loc.* existimans purè absolvendos eos, quos gratia
62 Dioæ Virginis absolvit *cap. 22. & cap 31.* † ibi: lictor abducit, cruciq; sistit, tollit inde carnifex, adstringit & devolvit, ille duplici à fune dependebat, alter rumpere, alterq; idem minari, miraculum visum omnibus, clamantque mitti innoxium, non mittit, imò carnifex magis premit manu genuq;, donec unus militum conscendit & funem alterum gladio secat, sic liber à gabalo Joannes tunc abit, &c. Lipsii hujus stultitiam sic confutat *Erasmus de laude stultitiæ, pag. mihi 38.* Alius in crucem subactus, favore divi cujuspiam furibus amici decidit, ut nonnullos etiam malè divitiis onustos, pergeret exonerare, *& idem pag. 37.* Sunt qui singuli pluribus in rebus valeant (ait) præcipuè
63 deipara Virgo, cui vulgus hominum, plus propè tribuit † quam filio, verum ab his divis, quid tandem petunt homines, nisi quod ad stultitiam attinet. *Hæc ille.*

CAPUT II.

DE INDICIIS FVRTI.

SUMMARIA.

1. *Fur suspectus quis dicatur?*

2. *Furti indicio sese aggravat, qui adserit emisse se rem, cum non possit demonstrare venditorem.*

3. *An possessor titulum probare teneatur?*

4. *Possessio rei furtivæ quemvis possessorem aggravat.*

5. *Vir bonæ famæ & existimationis non fur præsumendus.*

6. *Clericus venator irregularis efficitur.*

7. *Actus indifferens in bonam partem explicandus est.*

8. *Indicia indiciis subvertuntur.*

9. *Nemo in præjudicium alterius præsumendus est bonus.*

10. *Papa vir optimus dicitur, qui adulterii non potest accusari, licet adultera merito condemnatur.*

11. *Brevis de Gregorio 7. narratio.*

12. *Quid si per demonstrationem saltem possessor rei furtivæ nominet authorem?*

13. *Quid si quis prætendat inventionem?*

14. *Qui rem allegat emtionem rei furtivæ, probare etiam tenetur hunc titulum.*

15. *Qui rem furto affectam abscondit, tamen furti præsumitur.*

16. *Qui sciens prudens rem furtivam emit, furti indicio laborat.*

17. *An idem obtineat in donatario & creditore, qui rem furtivam pignoris vice possidet?*

18. *Quæ emtio venditio suspecta dicatur?*

19. *Qui rem emtam infitiatur vel celat, furti se astringit.*

20. *Si caupo tenet libros emtos, censentur conspirare cum furibus librorum.*

21. *Qui à pueris & famulis emunt res preciosas, indiciis obnoxii sunt.*

22. *Qui in gratiam Domini rem à predone vel fure redimit fur non est, nec indiciis premitur.*

23. *Quid si res consumpta sit ab emtore rei furtivæ?*

24. *De instrumentis, quibus furta quandoque effractionem perficiuntur, penes aliquem repertis.*

25. *De indicio ex vestigiis formicis, pedum desumpto.*

26. *Historia brevi declaratur indicium.*

27. *Si quis visus sit in loco patrati furti, vel nonnihil portare de suo loco?*

28. *Qui*

28. *Qui per latebras & ambages per agros, villas, deambulat, furtis suspicione laborat.*

29. *Præsumptio boni vel mali colligitur ex antecedenti vita hominis.*

30. *Si quis post furta magna commissa ditior dehinc videatur, qualiter fur præsumatur?*

31. *Furtum magnum quid? ejusq; declaratio?*

32. *Qui more insolito in expendendis nummis est liberalis, qualiter contra eum formentur indicia?*

33. *Quale indicium ex similitudine specierum furto perditarum.*

34. *Argumentum à communiter accidentibus, transfert onus probandi in adversarium.*

35. *Dec ctio bonorum furto non absimilis.*

36. *In pejus semper ruit malitiosus.*

37. *Quando præsumitur furtum à vicinis patratum.*

38. *Vicinus aufugiens furti indiciis gravatur.*

39. *Quæ requisita hujus indicii?*

40. *De fuga famulorum, qui furti suspicione laborant.*

41. *Quomodo hoc indicium purgetur?*

42. *Consuetudo furandi indicia præbet.*

43. *Natura semel corrupta ad malum prona est.*

44. *Perjuro nunquam juramentum deferendum.*

45. *Si in rixa homo periit, autor cædis is præsumitur, qui antehac homicida factus est.*

46. *Quid sit per lancem & licium indagare furtum?*

47. *Controversia hac de re mota luculenter enodatur.*

48. *Quomodo per Magiam olim furta manifestata?*

49. *Quid de indiciis ejusmodi, ubi ariolus per crystallum furta indicavit?*

50. *Utrumne hodie liceat visitare etiam ædes virorum honestorum ad furta perquirenda?*

51. *Fures noctu vigilant & dormiunt interdiu.*

52. *Nocturni actus suspecti sunt.*

53. *Noctis definitio traditur, & quid propriè dicatur noctu factum.*

54. *Quid testes de gestis nocturnis deponentes, probare debeant?*

55. *De indiciis, ubi quis astute domo evocatur, quo furtum fecit facilius.*

56. *Facti error excusat virum bonum, & propter hominis integritatem à dispositione juris receditur.*

57. *De iis, qui juvant fures, quo dilabantur.*

58. *Indiciis scatent, qui domo mensave receptant fures, qui tabularios, mercatores explorant, quo spolientur in viis.*

59. *Damnatus rerum amotarum sententia, dehinc indiciis premitur.*

60. *Species sub genere contentæ, habent laudas colligatas.*

61. *Quando ob furta domestica modica detur actio in fures, & quæ hinc indicia ad furta majora struantur?*

62. *Non boni appellandi sunt, qui malis sunt similes.*

63. *Iudex rerum amotarum convictos criminaliter prosequi potest ex officio.*

64. *De indiciis adversus custodes rerum furto amissarum.*

67. *Qui custodes furti præsumuntur rei?*

68. *Indicia directò dolum inferre debent.*

69. *Quam serio vetustas animadverteret in malos depositi custodes.*

70. *Contra honestatis speciem clam gesta dolos mille arguunt.*

71. *Quænam indicia contra reum stringant in ædibus alicujus sese abdentem?*

72. *Memorabilia de ordine Fraticellorum & Beghinarum, in locis abditis sacra sua ministrantium.*

73. *Si fur in genere fatetur maleficium, qualia inde exoriantur indicia?*

74. *Confessio nuda & indifferens non nocet reo ad condemnationem.*

75. *Quale judicis officium hac in re.*

76. *Quæ furti indicia tabellarium constringant asserentem, quod sit spoliatus nummis.*

77. *Tabellarius & nuncius quomodo differant in hoc juris objecto.*

78. *Nuncii dicuntur picæ & organa dominorum.*

79. *An distinctio Doctorum subsistere jure possit.*

possit, quæ adfertur quoad pœnam ordinariam vel extraord. furti, tabe [illegible] furi inferre idam.

80. *Tabellarius revera spoliatus, nec furti nec damni tenetur, modo ne ei dolus vel culpa possit imputari.*

81. *Quale indicium nominatio sociorum præ se ferat?*

82. *Depositio informata parum præstat.*

83. *Fama est quoddam multitudinis testimonium.*

84. *[illegible] inconvenientia sæpe ex hoc indicio dependant.*

85. *[illegible]mulata corporis infirmitas & mendicitas indicia furti.*

86. *Mendices validi egenis panem subtrahentes, fures dicuntur.*

87. *Mendices validi uti falsarii puniantur.*

88. *Mendicantes validi rigorosè de delictis, concurrentibus indiciis examinari debent.*

89. *De indiciis ex pravo nomine quædam notabiliora.*

90. *Bonum nomen causa bona est.*

91. *Qui turpe nomen præ se fert similis ei, qui malâ physiognomiâ laborat.*

92. *Indicium furti oritur ex retentione rei inventæ nec restitutæ.*

93. *Qui sine mandato à debitoribus aliorum quicquam exigit furti indiciis constringitur.*

94. *Qui attentavit furari indiciis premitur.*

95. *Quæ pœna eorum, qui rem inventam non restituunt domino.*

96. *Delictum parit delicta.*

97. *De indiciis quæ ex astris desumuntur. Vide specialiora.*

98. *Iucundis indicia hæc declarantur exemplis.*

99. *Dies diem vincit fele i[illegible]e.*

100. *Veteres sub plenilunio n[illegible] auspicabantur bella.*

[illegible]1. *De ecclypsibus prænunciavit vetustas admiranda.*

102. *Astra ut plurimum informant corpora hominum.*

[illegible] *Delicta præterita pariunt indicia futurorum.*

1[illegible]4. *Delicta parentum indicia generant quoad liberos.*

105. *Qui patrem habuit furem, ipse fur præsumitur.*

106. *Potator pater filium plerunque gignit bibulum.*

107. *Educatio prava, patriaq; obscura nonnunquam indicia pariunt, vel indicia exaggerant.*

108. *Ingenia hominum fiunt meliora vel deteriora sæpe ex aëris dispositione.*

109. *Homo nativa sua indole non secus ac ferrum, gravitate sua in pejus deorsum ruit.*

110. *Quænam indicia resultent ex intercessione suspectorum pro captivis.*

111. *Indicia generalia non producunt quæstionem.*

112. *Quomodo conjungenda indicia specialia cum generalibus.*

113. *Non omnis furis confessioni credendum est contra seipsum.*

114. *Fur crimen sub quæstione commissum potest purgare.*

115. *Summa suadet pietas in convictos demum severius animadvertere.*

116. *Impunitas delicti incentivum est delinquendi.*

117. *Quomodo claves adulterinæ & ferramenta arguant furem?*

118. *Signa & stigmata sunt nota Dominii.*

119. *Locus ex Bartolo de falcone, cum signis à rustico, capto.*

120. *Res præsumuntur esse eorum, quorum signaculo sunt notata.*

121. *Non sine furti vitio signa aliena imprimuntur rebus propriis.*

122. *Merces præsumuntur esse ejus, cujus signatum sunt notata.*

123. *Iuramentum suppletorium cessat, ubi præsumptio juris militat contra actorem.*

124. *Servi pileati qui?*

125. *Ius de servis pileatis.*

126. *Quid sit sub corona venire.*

127. *Tonsura in Clericis cur corona dicatur?*

128. *Stigma faciei indici[illegible]*

129. *Incisio auricularum, digitorum, ruptura membrorum quanta ferat indicia*

130. *An faciei hominis inurenda sit stigma*

te, & quibus in casibus id sit permissum?

131. *Quid propriè imago Dei in homine dicatur?*

132. *Quid si fur pro furtis modicis retrò mulctatus sit, & quid indicia hinc deprompta operentur?*

133. *Pravus arguitur, quià minori motivò est incitatus.*

134. *Quomodo capienda sit illa maxima, furem ob furta modica patrata, non torqueri posse ad furta majora dicenda, sine indiciis specialibus.*

135. *Unum indicium nunquam quaestionem parit.*

136. *Sine causalitate nullum existit signum.*

137. *Quantum probationes distent à signis?*

138. *Qualiter mendacia furti indicia producat?*

INDICIA furti sunt ex constit. Carol. V. *art.* 42. quae latino idiomate sic reddidit, *Gobler. ad constit. crim. d. loc.* 1. Si furtum ipsum penes suspectum hominem deprehensum vel conspicatum fuerit, illudq; totum vel partem retinuerit, vendiderit, tradiderit aut alienaverit, *d. art.* 42. (suspectum) ait constit.
id est consuetum † furari, hominem levioris notae & famae despectae, *Gan-* 1
din. de fur. & latron. num. 5. *Blanc. de indic. n.* 417. *Alciat. de praes. reg.* 3. *praes.* 29. *Gomez. de delict. cap.* 13. *rubr. de tort. reor. Brun. de indic. p.* 1. *cap.* 3. *n.* 5. *Salyc. & Dd. in l.* 5. *C. de furt. Decianus consil.* 92. *lib.* 2. *num.* 85. explosâ eorum sententiâ, opinantium, non exoriri indicium etiam contra hominem famosum, penes quem res furtiva reperiatur, quâ de re *Blanc. d. loc. Decian. latè & eleganter citato loco.*

Secundum indicium est, quoties res furtiva inventa fuerit penes reum,
hactenus haud suspectum, qui authorem vel venditorem, siquidem † emisse 2
se jactitat, nominare nolit nec possit, *l.* 1. §. *sola, ff. h. t.* hinc *Cicero in Verrem.* Verres quod furatus est, dicit se emisse, non secus, uti praedo à JCto haud immeritò dicitur, quaesitus cur possideat? responderit, quia possideo.

Quanquam vero titulum possessionis demonstrare nullus teneatur, *l. fin. C. de R. V. l. cogi. de pet. hered. Daniel Moller.* 4. *semest. cap.* 38. *n.* 10. cum praesumptionem pro se habeat † quivis possessor eò, quod possideat, unde pro- 3
bandi onus in adversarium cadit, *Coler p.* 2. *cap.* 2. *num.* 36. *Menoch.* 6. *praes.* 68. adeò, ut qui rem detinet, possidere praesumatur. *Idem d. loc.* dubium tamen est, quin furti quaestione agitatâ, possessor rei furtivae non tam de honestate, quam necessitate venditorem vel auctorem prodere, atq; sic titulum suae possessionis qualemcunq; explicare teneatur, *Bald. in l. civile est, C. de furt. jus Saxon. lib.* 2. *art.* 36. adeò ut † possessio rei furtivae etiam possessorem aggravet; 4
eumque concurrente famâ, quaestioni exponat; *Hyppol. de Mars. in l. qui falsam, ff. ad l. Cornel. de fals. Blanc. de indic. in l. fin. ff. de qq. num.* 416. *Salyc. in l. fin. C. de qq.* Limitat autem indicium hoc notanter, *Tiraquell. de poen. caus.* 51. *n.* 131. ita, ut si res furtiva apud virum bonum & honestum reperiatur, omnis furti suspicio tunc acquiescat, † cumprimis authorem suum confestim nominan- 5
tem, *Angel. Aretin. in tr. malef. in verb. & vestem coelestem abstulit, &c. col.* 10. Proinde idem infert *Angel. in l.* 8. *C. de qq.* quod si (inquiens) è domo ex quâ

dicitur subtracta pecunia, visus est exire vir quispiam bonæ famæ, vitæq; notabilis aliquid deferens sub chlamyde, in eamq; rem sint duo testes, non erit ob id quæstioni subjiciendus, quia qualitas præcedentis vitæ excludit præsumptionem aut indicium aliàs ad torturam sufficiens, *c. cum in juventute*
6 *ext. de præs. Tiraquell. d. loc. num.* 130. † Sic licet clericus venationi dans operam, irregularitatem incurrat, *c.* 11. *dist.* 86. *ibi*: Esau Venator erat, quia peccator erat. Non invenimus in scripturis sanctum aliquem Venatorem, piscatores invenimus sanctos, &c. Vulgariter tamen, modo ne supina & inmoderata sit clerici rerum prophanarum usurpatio, venandi studium in bonam capietur partem, scilicet quod animi gratia solummodò spaciatus sit ad nemus, ad campum: *Felin. in c. cum dilecti. extr. de accusat. Alciat. de præs. reg.* 3. *n.* 6. *p.* 242. juxta illud. Quod actus indifferens, qui in delictum sonat, præsumatur po-
7 tius bonus quam malus, † *Curt. sen. consil.* 20. vel quoties certo loco & tempore actus potuit esse licitus, alio respectu illicitus, lex gestum præsumat in casu licito, *c. auditis. de præsc. Bart. in l.* 8. *§.* 5. *ff. de nov. oper. nunc.*

Eadem consequentiæ ratio dictitat, ne clericus, qui cum muliere collo-
8 quitur, pudicitiam ejus attrectasse dicatur, † modo ne temporis & loci circumstantiæ aliud suggerant, quoniam indicia indiciis subvertantur, *l. Divus.*
9 *ff de rest. in integ.* nemoq; in præjudicium alterius bonus præsumatur, † *gloss. in c. statutum, §. cum vero. vers. ab aliquo. ext. de rescript. & gloss. in c. si quis. in fin. dist.* 50. quæ dicit, quod quoque bono viro facilè credendum non sit, *Alciat. d. reg.* 3. *præs.* 1. *num.* 2. modo ne optimus dicatur. *Idem d. l. p.* 247. *num.* 10. uti
10 Papa vir optimus dicitur, licet bonus † non sit *in c gaudemus. de divort.* qui idcircò adulterii accusari non potest, licet mulier compressa, jure postuletur, *Boër. decis.* 72. De Gregorio 7. scribit *Busdrag.* quem *Joh. Wolff. citat. lect. memor. cent.* 1. *pag.* 15. quod adulterii accusatus, à pluribus Episcopis excusatus fuerit, persuaderi sibi nolentibus, tantum apicem errare posse, non obstante
11 quod cum Mathilda (comitissa) nonnihil jocatus esset, † cum existimandum jure sit, Papam id pro curalitate, vel recreatione, in tentationibus, ut alii faciunt clerici, admisisse. *adde Luther. tom.* 5. *pag.* 292. *&* 293. Sed hæc obiter pro re natâ.

3. Indicium est, siquidem nominet rei furtivæ detentor authorem per
12 † demonstrationem non individuum, ut si adserat à transeunte & ignoto se rem coëmisse, *l.* 5. *C. de furt.* civile est *(ait Alexand.)* quod à te adversarius tuus exigit, ut rei, quam apud te fuisse fateris, exhibeas venditorem, nam tè à transeunte & ignoto emisse non convenit, volenti evitare alienam bono viro su-
13 spicionem, perinde esse contendit *Farinac.* ut † si quis prætendat invenisse se res furtivas. *de furt.* 177. *p.* 2. quod indicium secundum nonnullos solam inquisitionem generare dicitur. *Fulgos. in d. l.* 5. *Alexand. consil.* 105. *lib.* 6. ubi statuit, non nominationem sed probationem authoris demum liberare inquisitum,

quiſitum, cum nominatus inficiari poſſit venditionem, cujus negatio plus
proficit, quam affirmatio nominantis, fortè inimici, nominati, † *c. qui cum* 14
fure. ext. de furt. gloſſ. ibidem in verb. indicat. cujus vis eſt ſufficienter proba-
tum extare, *arg. l. indicaſſe. ff. de V. S.* & alibi deciſum apparet, non relatione
criminis ſed innocentiæ probatione purgationes eſſe faciendas, *c. neganda. &*
c. 3. q. 11. † Cumprimis ſi pravus rei furtivæ poſſeſſor, rem litigioſam in ab- 15
ſcondito habuerit juxta illud: Qui male operatur lucem fugit, unde novum
quoddam emergit indicium. *Alberic. de Roſat. in d. l. 5.*

4. Indicium eſt, cum quis ſciens prudens emit rem furatam. † *gloſſ.* 16
in l. 52. §. 10. ff. de furt. Damhoud. c. 14. de far. emt. num. 3. Alciat. de præſ. reg. 3.
præſ. 29. Roland. à Valle conſil. 45. lib. 1. quam ſententiam non pauci ad donata-
rium rei furtivæ extendunt. *Hoſtienſ. in ſumma de furt. num. 4. Farinac. d. loc.*
q. 177. p. 2. num. 18. nec non ad creditorem, loco pignoris vel depoſiti rem
furtivam acceptantem. *l. ſi ſervus. ff. de cond. indeb. Bald. in l. eos. C. de furt. Oſage.*
deciſ. Pedemont. 40. num. 1. Cardin. Tuſch. pr. concl. in verb furtum. concl. 563.
num. 3. Theod. Reink. de regim. ſecul. 2. claſſ. 3. c. 3. num. 19. ibi: hi, qui Judæos re-
ceperunt, curare debent, ne cum furibus colludant & furtorum receptatores
exiſtant, aut temerè res furtivas coëmant, &c.

Arguitur autem furti ſcientia, [1] quoties precio exiguo res ſit empta,
Joan. de Plateja in §. conceptum. Inſt. de furt. ubi † in genere tradit, quod ex 17
modicitate precii fraudis participatio colligatur. *gloſſ. & Bart. in d. l. 5. C. de*
furt. Menoch. de præſ. lib. 5. præſ. 29. num. 12. [2] ſi clam emtio venditio fuerit † 18
peracta. *Salyc. in d. l. 5. num. 5. Plateja d. loc.* cum clam facta quoque excludant
prætenſam ignorantiam vel ſimplicitatem, quia parum vel nihil à dolo rece-
dunt. *l. fin. ff. de rit. nupt. Tiraq. de pœ. 1. cauſ. 11. num. 11.* quò ſpectat locus *Fab. 5.*
inſt. orat. cap. 10. ibi: tropon interdum ad conjecturas pertinet, ut ſi dicam
bona mente factum, ideo palam, malâ, ideoq; ex inſidiis, noctu, in ſolitudi-
ne, in abditis, & à conſpectu hominum. *gloſſ. & Bart. in l. 2. C. de his qui ex publ.*
rat. lib. 10. Farinac. de furt. d. loc. num. 25. ubi nihil intereſſe putat, emat quis
palam † vel rem celaverit, nec in apricum proferre voluerit emtam. *Roland. à* 19
Valle conſil. 45. lib. 1. num. 25. [3] Si res emtæ non conveniunt profeſſioni ne-
gotiationi vel uſui emtoris, ut ſi caupo emat libros, veſtes † ſericas, aut lan- 20
ces argenteas. *Bonifac. in tr. de furt. allegat. à Farinac. d. loc. num. 26.* vel ſi res
quidem neceſſarias ſibi comparat, emit autem tales à paupere famulo, fatuo,
puero, vagabundo, & † vili homine, *Contard. de mom. poſſ. ampl. 10. num. 87.* 21
ibi: ſi quis pignori accepit à paupere famulo vaſa argentea, & magni valo-
ris, &c. [4] Si tempore belli, miles vel prædo res vicio affectas vilioris ven-
diderit, de ſpoliis juſtè quæſitis & divenditis nulla eſt in præſentiarum quæ-
ſtio. *Caſſan. in catal. glor. mundi. p. 5. pag. 123.* hactenus itaque aggravatur em-
tor, dummodò lucri faciendi gratia res à milite minoris emerit. *l. 2. C. de furt.*

§.1. Inst. de furt. secus autem constitutum jure apparet, quoties in gratiam Do-
22 mini, cui res † ablata est, rem redimat, emat. *l.6.ff. de capt. & postlim. revers.*
qua in re utilem in factum, vel negotiorum gestorum actionem dandam esse
placuit adversus dominum, modo ne fur ipse sit solvendo. *Paul. de Castr. in d.*
l.2. C. de furt. aliâs re furtivâ ab emtore consumptâ, succedit æstimatio rei ju-
23 xta arbitrium boni viri, & prout possessor locupletior factus est inde. † *Co-*
var. in reg. peccatum. p.2. §. 12. Farinac. d. loc. quæ distinctio quoque stringit,
quandocunque emtor distraxit rem, unde conditionem suam meliorem fe-
cerit, quanquam paulò aliter hæc exaudiat *Bajard. ad Clar. in §. furtum.*
num. 128.

5. Indicium est, si furtum iisdem instrumentis armisve, quibus rem
24 aliquam effringimus, patratum fuerit, & suspectus † quispiam eo loci talibus
instrumentis, quibus furtum efficitur patraturq;, usus esset. *const. crim. Car.*
V. d. art. 42. Justin. Gebler. ibidem. Ecce indicium merè genericum, & rapi-
næ, raptui personarum, nec non homicidio respectivè non minus, quam fur-
to conveniens? haud speciale & proprium solius furti, quod constit. crimi-
nalis meritò desiderabat. Sed utut sit, relinquamus in medio qualemcunque
hanc animadversionem. Affine autem huic indicio est, ut cum reus instru-
menta quibus effregit, pileum, pallium, scalas, quibus loca ascendit altiora,
reliquit, eaq; in loco furti patrati reperiantur. *Blanc. de ind. num.* 427. *Me-*
noch. 5. præs. 31. num. 13. Mascard. de prob. 2. concl. 830. num. 10. sed quia indi-
cium hoc generale, *p. 1. de indic. generalib. cap. 7.* luculentissimè est explica-
tum, hic pedem figo, ne crambem coctam reposuisse videar.

25 6. Indicium est, & depromitur ex vestigiis formisq; pedum (quod †
familiare est quoque indicio jam antecedenti) nivi, luto, arenæ impresso-
rum. *Blanc. d. loc. num. 426. Farinac. d. loc. q. 176. p. 3. num. 77. Bald. consil. 427.*
vol. 5. ubi ait, quod uti pedum vestigia recentia luporum ac vulpium arguunt
præsentiam, sic deambulationes malorum produnt referuntq; vestigia. *Me-*
noch. 1. præsumpt. 89. num. 157. ibi: indicium est contra eum, qui de furto fuit
accusatus, si apparet formam ejus pedis convenire illi, quæ terræ humidæ
infixa est, & simile quando sotulares furis reperti sunt in domo, ubi com-
missum fuit furtum, hæc ille. Sic Propheta Daniele cinere per templum di-
sperso illusit idolum Bel, detexitq; imposturas sacrificulorum Babylonico-
rum. *in fragment. ex Daniel. c. penult.* Sic Einhardus Capellanus Caroli Ma-
gni gener, ne quando visitasset Caroli filiam, pedum formâ dignosceretur,
fecit ut ipse ab amasia per nivem humeris transportaretur, cui jam Einhardo
26 desponsatæ parens dixit: Cave tibi de hinc per nivem portare clericos. † *Jo-*
han. Wolff. 1. lect. memor. pag. 210. vide de hoc indicio *Cason. de indic. cap. 5.*
Alber. de Rosat. in l. indicia. col. 2. C. de rei vindic. ubi ait: Quod si reus ad lo-
cum ducitur, in quo pedum vestigia luto vel pulvere impressa conspiciuntur,

sive

five cum ipfius rei pede judex convenire deprehendet, indicium hoc ad condemnandum accommodatum eft. Et *Mafcard. de prob. 1. q. 8. num. 21.* exemplum memorabile de fure ruftico, qui ex convenientia & comparatione fpacii olentium & intervalla corticis peponum furto ablatorum, furtum commififfe deprehenfus fuit.

7. Indicium fuperioribus etiam familiare eft, ut fiquidem quis vifus fit frequentare locum, ubi delictum eft patratum, quod indicium perinde eft generale, raptui, rapinæ, homicidio & adulterio conveniens. Si vifus exiri de domo † clam vel noctu, poftico, per feneftras tranfcendere, fcalas portare 27
noctu, excubias agere furti commiffi tempore, tranfire feftinanter cum fardello, vel re aliqua fub brachio vel pallio, *Brun. de ind. p. 1. q. 3. rub. de qq. §. 9. Plot. de in lit. jurand. n. 889. Menoch. de præf. 5. pr. 31. Brun. à Sole in confil. crimin. num. 128.* accedit & corroborat hæc indicia, quoties reus habeat notitiam domus, nec eo momento, quo delictum commiffum proponitur à vicinis, non ab inquilinis prope domum vifus vel exire obfervatus fuit, *Parif. de Put. in tr. Synd. in verbo tortura. illat. 2. cap. 3. Brun. de indic. p. 1. q. 3. Blanc. n. 412. Boff. de ind. num. 52. Gomez. de delict. 13. rub. de tort. reor. num. 13. Mafcard. de prob. 2. concl. 831. & 1. concl. 451.* Porrò fi conftat non habuiffe inquifitum caufam aliquam probabilem exeundi vel intrandi ædes alienas, *Farinac. de furt. d. q. 177. num. 66.* Si per latebras, ambages, villam, vineam, fundum, alterius ingreditur, † fepes, faltus, dumeta tranfcendens. *Idem d. loc.* hinc ipfius Chrifti te- 28
ftimonium, qui rectam portam non ingreditur ad ovile, fur & latro eft, *Matth. 10.* Papa Joann. XVIII. ut fur & latro non per oftiũ in ovile intraverat, ideoque poft 10. menfem, tanquam fur & latro ignominiosè periit, ait *Johan. Wolff. tom. 2. lect. memb. cent. 16.* Stringunt autem indicia hujufmodi potiffimum, quandocunque inquifitus talis eft, de quo judex furtum fufpicari poffit; *conftit. crim. Carol. V. art. 42.* Vel ut alii contendunt, furari foleat *Guid. à Suzar. de indic. & tort. num. 33. ibi:* indagabit judex, cujus (inculpatus) pridem vitæ fuerit, & an talia vel fimilia de quibus ad præfens diffamatur, facere confuevit, nam de unoquoque bonum vel malum præfumimus, confideratis primò actitatis ab illo, *l. 3. §. 12.* ibi: infpecto vitæ ejus antecedentis actu venia ei dabitur, &c. † Item confiderandum eft, ait, an fit talis, qui confue- 29
verit (furari) & poffe habuerit talia committendi, *l. famofi, ff. ad l. Jul. Majeft.* tempus enim videt omnia ac difpenfat, nam alia mala rurfum cumulat æther tonans, ait *Sophocles in Oedip. Colon. pag. mihi 493.*

8. Indicium eft *in conft. crimin. d. art. 42.* ut fi quod ingens atq; infigne furtum patratum fuerit, ac quifpiam † eâ fufpicione laborans poft fcelus di- 30
tior, quam ante furtum factum appareat, nec tantum, extra furtum, facultatum poffideret, neq; fufpectus ille homo aliquas juftas rationes, unde aut quomodo fibi fufpectas illas facultates comparaffet, demonftrare valeret,

Johan. Spinæ. de tranquillit. anim. cap. 2. pag. 75. vide infra cap. 4. n. 26. Similiter à Carol. V. indicium genericum proponitur, de quo prolixius, *vide p. 1. cap. 21.* ubi hoc indicium satis superque declaratum extat, addo saltem hæc, (ingens & magnum furtum ait constit.) cujusmodi est, quod describit *Sabellicus in histor. Venet. decad. 3. lib. 6. ibi*: Stamatus quidam Græci sanguinis homo, dum forte Venetiis esset, ostenderenturque Borsio ostensi publici the-
51 sauri, qui in parte aureæ † ædis asservantur, ita accidit, ut quasi unus ex illius domesticis ignotus Græculus sit sacrarium ingressus. Tum verò ille ad stupendum rerum aspectum non solum non animum remisit, sed ad nobilissimum furtum confestim animum adjecit. Est Divi Marci ædes, quam ab initio aureã, quia pene tota purissimo fulget auro, appellavimus, intus extraq; circa imum marmoreis tabulis compacta. En igitur templi parte, quæ puerorum ara sita est, marmoream tabulam fur ingeniosus exemit, inde nocturno opere defunctus (quia non tam citò murus penetrari potuit) applicata suo loco tabula, circumductoq; tectorio, ita ut nullum fracturæ vestigium appareret, exhaustam inde materiam ante lucem asportabat, atq; hoc modo plures noctes operatus, ad intimum conclave pervenit: tum inde eximere cœpit thesauros amplissimos, ad quos videndos cum Friderici Imp. legato admissus olim, non sine stupore spectavi. Nam præter ingentem gemmarum vim aliis operibus insertam, duodecim aureas coronas vidi ac thoraces totidem inmensa gemmarum multitudine munitos, quarum fulgor non minus mentem quam oculorum perstringebat aciem: lebetes ad hæc ex preciosissimis lapidibus, quorum tesserulæ annulis insertæ magno soleant precio æstimari, tabernacula, candelabra, & alia plura sacrorum instrumenta, in quibus materia, quæ aurea erat, ob reliquum apparatum, qui diversis gemmarum coloribus micabat, pene sordescere videbatur. Transeo Monocerotis cornu, immensi, ut ajunt, precii, Principis infulam, atq; alia opera, & multa & eximia, quæ ferè omnia illa per ocium sustulerat. Verum neq; furtum (ut dicitur) neq; adulterium ullum diu in occulto fuit, quia alia ratione tam citò scelus deprehendi non poterat, ita sanè accidit, ut ipse suo indicio sit proditus. Erat illi compater Zacharias quidam Grio, Cretensis & ipse, ac patricii sanguinis, homo vel hoc uno exemplo miræ innocentiæ, huic sacræ aræ adhibito rem omnem Stamatus ordine enarrat: inde in angustissimum domicilium, quod Græculus incolebat, adductum immensum illi furtum retexit: ad cujus conspectum quum probæ vir naturæ ac minimè facinorosæ, obstupuisset, scelerisq; atrocitate pavitans, vix satis suo cõsisteret vestigio, ferunt sacrilego homini in animo fuisse, eum obtruncare, addidissetq; omninò scelus sceleri, nisi ille ita occurrisset, ut diceret, se præ nimia lætitia, quod ex insperato videret, se ad tantas divitias perductum pene desipere. Quibus verbis confirmatus ille cæde abstinuit. Acceperat interim Grio dono preciosissimum ab eo lapidem, atq; ob id

ob id notissimum ferunt eum fuisse, qui priore parte Ducariæ infulæ hodie conspicitur. Per speciem igitur expediendi negocii à fure digressus, se in curiam proripuit: inde ad Principis conspectum admissus, atrocissimum retegit facinus, celeritate opus esse dicens, ne ille (quem vix multo ambitu verborum fefellisset) mutato repentè consilio se aliquò bonâ cum parte furti illatebraret: & ne fides rei tantæ deesset, gemmam dono acceptam sinu deprompsit. Qua conspecta missi sunt, qui hominem comprehenderent, atque ita cum eo in potestatem redacto, omnia quæ sustulerat, sunt recepta. Furti author ad geminas columnas laqueo est necatus. De hujusmodi magnis & stupendis furtis multa collegit, *Camerar. 1. hor. succ. cap. 64.*

9 Affine est antecedenti indicium, ut sive magnum sive exile sit quicquam † furto ablatum, modo inquisitus observari fuerit expendere nummorum quantitates, non sine suspicione & more insolito, *Brun. de indic. p. 1. q. 3. num. 5. Blanc. de ind. num. 421. Gomez, de delict. c. 13. rub. de tort. reor. num. 15. Menoch. 5. præs. 31. Mascard. de probat. 2. concl.* 831. ubi nonnulli requirunt ad fundandum hoc indicium, considerandum esse, quâ formâ, materiavè expendantur nummi, pone nummos amisisse accusantem, *Paris. consil. 116 n. 37. lib. 4. ibi:* aliud etiam indicium urgens viget contra Hieron. nam post dictum furtum expendit monetam similem illi, quæ fuit furto subtracta, † & sic ejusdem qualitatis & formæ, *Bart. in l. fin. de qq. Angel. de Aret. in l. milites, C. eod.* cumprimis autem meminisse oportet, ne sine subjecto prædicatum fiat, id est, ne indicio hoc aggravetur persona, de qua flagitium hoc expectari non possit nec debeat, *d. constit. crimin. art. 41.* Undè *Blanc. de ind. n.* 420. non obscure scriptum reliquit, scilicet ne solum hoc indicium dominari faciamus subsilentibus aliis indiciis, & *Brun. de ind. p. 1. quæst. 3. n. 4.* ait: Quod indicium hoc non premat mercatores negotiatores, qui possidere præsumuntur monetarum quantitates ejusdem formæ de eadem stampa & cuneo, ut loquuntur, *Angel. in d. l. milites, C. de qq. Menoch. d. lib. 5. præs. 31.* ex insuetis demum non regularibus promanat mali suspicio, refert *Bald. in l. cum de consuet. ff. de ll. Paris. d. consil. 156. num. 24.* & argumentum à communiter accidentibus transfert † onus probandi in adversarium. *Alciat. de præs. reg. 1. præs. 44. num. 2.* nisi mercator paupertate & rationum falsificatarum suspicione, sordere cœperit, cujus exitus est decoctio furto non † absimilis. *Benev. Strach. de assec. gloss. 33. pag. 134. & in tr. de decoct. p. 2. pag. 291.* ubi memorabile citat exemplum vis & furti à fallito mercatore patrari, & *ego supra de indic. gener. p. 1. c. 55.* Ita naturâ comparata sunt hominum ingenia, ut quæ semel ad malitiam dilapsa sint; unâ ad improbè agendum viâ præclusâ, aliam facile reperient, quia in pejus semper ruit malitiosus. † *Pet. de Suav. in hist. Concil. Trid. lib. 1. pag. 95.*

10. In-

10. Indicium est ex vicinitate, vicinus enim, qui informatus præsu-
37 mitur de rebus in domo existentibus, furti † commissi indiciis aggravatur,
& ideò facilius torquebitur quam alii, *ait Farinac. d.q.176. nu. 56. Boss. de ind.
num.52. Menoch.5.præs.31.Gomez. de delict.c.13.de tort.reorum,nu.13.*aspersâ
hac salis micâ, nempe si alia stringant contra vicinum indicia, ut furandi con-
suetudo, mala fama, & quæ cætera, &c. *Brun. de ind. p.1. q.3. Blanc. num.* 413.
quod indicium furtis domesticis plusquam est familiare, ut si furto in ædibus
38 patrato inquilini vel famuli aufugiant, † *Boss. de furt. num.2. vers.& de ind.
num.53. Brun. de indic. p.1. quæst.3. Paris. d. consil.* 156. ubi notanda sunt: 1.
An de furto commisso omninò constet, neq; enim soli adsertioni quam facit
Dominus, credendum, *Blanc. de ind. numer.* 424. quo spectat brocardicum:
39 Non credimus referenti, nisi de † relato constat *authent. si quis, C. de edend.
Johan. Gœd. de contr. & committ. stipul. pag.* 34. 2. Utrum famulus peregrè
profectus auffugerit, an in civitate adhuc degat? *Natta consil.* 407. 3. An
in fuga existens visus sit nonnihil portare, & per loca deserta, invia, & amba-
40 ges commeare, *Paris. d. consil. 156. volum.* 4. † Exinde infero, si furtum no-
torium est, famulus sine licentia auffugit, per portas civitatis, si per ambages
abivit, sine indiciis aliis meritò quæstioni tradatur, neq; enim sola famuli fu-
ga, quæstionem producit, *Farinac. d.q* 177. *num.* 70. *de furt. & consil.*19.*nu.*6.
cumprimis inquisitione jam formatâ, accusatione factâ, cum satius sit extra
custodiam, causam suam dicere, quam incarceratum dubiæ processus aleæ se-
se committere, *Hyppol. de Mars. in sing sing.*115.*Boër. decis.*215.*Gail.*2.*obs.*109.
quia nemo tenetur se periculo exponere, *c.* 1. *de Cler. non resident.* quanquam
Gail. & Dd. hoc theorema de fuga famuli haud intellectum velint. *Idem d. loc.
num.*9 *Viv. in sing. in verbo fuga. nu.* 19. alias fuga pûrgatur per reditum *Boër.*
41 *d. decis.*215. & jusjurandum fugientis, † *Hypp. d. sing.* 115. nec non si liti se of-
fert, si citationem reus ex l. diffamari impetrat, si salvum conductum acce-
pit, defensionales quamprimum producens. *Vide Boër. d. decis.*215.

42 11. Indicium maximè urgens est, furandi prava consuetudo, † *Brun. d. ind.
p.1. q.3. n.2. Blanc. de ind. n.*410. *Mascard. de probat. l.2. concl.*831.*n.*10. hinc tritû:
semel malus est, &c. *c. semel. de R. J. in* 6. ex malo enim malû nascitur, & ex uno
inconvenienti sequuntur plura. Qui manum semel ad malum porrexerunt,
& jugum ejus, virtute neglectâ, susceperunt, non aliter posthac insidias stru-
unt, quam leo venationi studet, *Eccles. c.*27. hinc Chrysostomus *in d. loc.* natu-
43 ra semel corrupta, & ad malum prolapsa, immersa malis † aliis, sine ulla cura,
in malum omne ruit, quod ubi semel hæsit, difficile est in totum rejicere, &
anima semel malignitate capta, omnes insaniæ numeros explicare consuevit:
Proinde vel hirci Æsopici casu admoniti, priusquam in peccati puteum de-
scendamus, cogitare debemus, non perinde facilem esse reditum, &c.

Facilis descensus ad orcum.

Sed

Sed revocare gradum &c.
Hic labor hoc opus est. *Virgil.6.Æneid.*

Sicut imperator ipse, naturâ hominis non tam ex seipsa, quam facto proprio
ad vicia properare, multas vias lubricas quærere, utpote viciorũ, quæ semel
radices in malitia egerunt, imitatricem, conqueratur. *in Novell. de Monach.*
ubi Cujac. in exp. §. si vero. & Novell. de nupt. §. tutiores. Plane tanti est hu-
jus indicii vis & ἐνέργεια, ut alio in contrarium non adducto vel probato, ha-
beatur pro ipsa veritate, quæ liquidissima dicitur probatio. *Bald. ad rub. C. de*
probat. Dd. in l. 74. ff. de leg. 1. Petr. Pec. ad d. reg. Semel malus. de reg. jur. num. 6.
Semel perjuro, mendaci facto, dehinc non creditur, licet per omnes Deos ju-
ret. *c. parvuli. 22. q. 5* hinc quanquam juramento alicujus credatur super quã-
titate & æstimatione rerum suarum, si ei sarcina vel cista per vim auferatur,
idq; in odium vim inferentis, qui ipse causam præbuit, ne de rebus subtractis
† aliter haberi fides possit *l. si quando. C. unde vi.* non tamen perjuro vel men- 44
daci ejusmodi juramentum deferendũ. *Hypp. in sing. 74.* Sic ex pluribus in ri-
xa, ubi homo periit, incerto adhuc authore, is † inculpabitur, & quæstioni 45
primus tradetur, qui antehac cædem commisit. *Salic. in l. fin. C. de qq.* & quæ
exempla alia. Etenim monente Lucano Poëta:

— nullus semel ore receptus
Pollutus patitur sanguis mansuescere fauces. &c.

12. Indicium est, res furtiva per lancem & licium (ne antiquitates
prætereamus) † quæsita & inventa, qua de re *Gell. 11. cap. 18.* ea quoque furta, 46
inquit, quæ per lancem & licium concepta essent, perinde ac si manifesta fo-
rent, vindicarunt. Ubi quidam pro (concepta) comperta legunt, pro lance,
larva, uti annotavit *Oldend. in comm. super ll. 12. tabul.* quasi personati fuerint
ingressi inquisitores in domum furis, prætensi veris larvis, nõ factis lancibus,
prout refert *Tat. Alpin. in Epist. ad Hung. adde Theophil. in §. patria. Inst. quib.*
mod. pat. potest. solvit. lancem pro staterâ explicans, conceptionem, quasi e-
mancipationis emptionem, quæ διὰ χαλκοῦ καὶ ζυγοῦ committebatur. E. licet
strenue contradicat *Alpin. d. loco*, quoad conceptionem sic dictam furti ad-
eoq; emancipationem, ne videatur domini consensum tacitum vel expressum
hic includi, quam illationem irridet is *citato loc.* † considerandum tamen est, 47
ut si qua hic perhiberi debeat conceptio vel conceptus, is restringi haud in-
convenienter possit ad tacitam pœnæ consequentiam, cui se delinquendo
reus susq; deq; obnoxium sontemq; facit. *Interpp. ad princ. Inst. de obligat. quæ*
ex malefic. vel delict. nascunt. Porrò licii vocem alii pro concilio usurpant, ut
non nisi deliberatione præmissâ hæc inquisitio fiat, quam explanationem
quoque illudit *Alpin. d. loc.* nec non quasi licii usus in veneficiis celebratus
huc spectet: quâ de re *Virgil. Ecclog. 8. ibi:*

Licia circundo, terq; hæc altaria circum
E[illegible]giem duco, numero Deus impare gaudet. &c.

Et *Cardan. lib. 4. de sapient.* testatur, plerosq; furtorum inquirendorũ modos
48 ritusq; esse, non sine magiæ indicio & suspicione † receptos per licia, lec[illegible]nomantiam, aquâ in pelvim effusâ, batanom[illegible]ntiam inscriptis salviæ fol[illegible], vel alias, ut gallinaceo sub æneo vase tecto, &c. Receptior est *Festi sententi[illegible] lib. 10.* ibi: Lance & licio dicebatur apud antiquos, quia qui furtum ib[illegible]t quærere, licio cincti intrabant, lancemq; ante oculos tenebant, propter matrum-fam. aut virginum præsentiam, non injuria, cum viri nudi aspec[illegible]s, quamvis licio tecti, ruborem verecundis & pudicis mulieribus adferat.

Nihil h[illegible] de cæteris, furti per sortilegia indiciis, re[illegible]m, ut cum fures per Aetites deprehenderentur in pane con[illegible]tus. Fur enim (ait *H[illegible]toman. §. 4. de furt.*) mansum devorare non poterit, quin etiam con[illegible]ctus furem coarguit, quippe decoctâ cum eo, devorare non poterit. Ejus autem rei rationem opinabar esse, quod cum metu affectis fauces co[illegible]gustarentur, tum etiam pultis Aetitis devorandi facultatem adfert. *hec Hotteman. d. lo.* Sciens etiam prætereo, quid de amuletis vel characteribus ad furta demonstranda
49 sentiat vulgus superstitiosus, ut ni † pani [illegible] f[illegible]stum certis literis [illegible] incantatoriis ab infamato diglutiatur, furti indicium inde emer[illegible]t sufficiens, vel si ariolus consultus adferat [illegible] cristallis vel speculis ab hoc vel isto furtum patratum, cujusmodi indicium repudi[illegible] *constit. crim. art. 21. ibi:* Item es soll auch auff der an[illegible]en/ d[illegible] auß Zauberey oder anderer Künsten/ wahrzusagen sich ann[illegible]ssen [illegible] ann[illegible] in Gefängnuß oder peynlichen Frage an[illegible]nommen werden/ [illegible] quorum consultoribus *Jul. Paul. 5. sentent:* Qui de [illegible]lute principis (ai[illegible] vel de summa reipublicæ mathematicos, ariolos, a[illegible]uspicem vatic[illegible] [illegible]sulit, cum eo qui responderit, capite punietur. *Gobler. ad d. constit. art. [illegible]*

E[illegible] indicium hujusmodi obsoletum hodie videatur, dubium tamen non [illegible] in [illegible] f[illegible]ivam in ædibus alienis perquirere si[illegible] permi[illegible], qua[illegible] d[illegible] nonnulla subinde stringunt, *Cassan. in tr. de gl. [illegible] p. 12. Cu[illegible] 2 sent. 31. Thol [illegible]. 37. syntagm. p. 3. cap. 1. num. 1[illegible]. Cl[illegible] q[illegible]. 5. § furtum Carmol. ad l. 104. ff. de R. J.* ubi statuunt, quod publica utilitate [illegible]
[illegible] pe[illegible]lom [illegible]nte etiam sine indiciis, perlustratio † æ[illegible]ium viri boni à Principe decerni mandariq; posset, *[illegible]han. Coppen. in d[illegible] c[illegible]. 8. Johan. de P[illegible] lib. cap. 20. v[illegible] 16* ibi: In furto perquirend[illegible] [illegible]bilis [illegible] dil[illegible]en[illegible]a, [illegible]iam cum lucernis & periodo[illegible]do parietes fieret. E[illegible] *Plin. lib. 29.* [illegible], per parietes agitur, & [illegible] judicetur [illegible] ædibus colomnisq, Herculi [illegible] Idem *Petron. arbit. [illegible]* non servus publicus tam [illegible] sed [illegible]ptam [illegible] mittit, omnibusq; foraminibus [illegible]tatur. Hinc ll. Platonis præceptum est, ut [illegible] obsignata

minuti[illegible]

minutissima quæq. perscrutetur & excutiat, ne furtum latere possit. Sic supremus iudex (*inquit Pineda l. lo.*) minatur se scrutaturum Jerusalem in lucernis, *Sophon.* 1. qui quoque præcipit *Ezechieli cap.* 1. ut munus judicis obeat, perfodiatq; parietem, ibi: Fili hominis fode parietem, &c.

13. Indicium est, quoties noctu quis perambulat villas, vicos, ædesve alienas *gl. & Paul. de Castr. in l. inter. ff. comm. præd.* neq; hic valet vel relevat prætextu [illegible], ut siquidem servitutem, eundi per domum, villam alienam, vel aquam hauriendi allegaret, quarum exercitia noctu silescere passim tradunt DD. *Bart. in d. l. inter. Roman. sing. 819. Menoch. de retin. poss. remed. 8. num. 16.* hinc † fores vulgariter [illegible], quod interdiu dormiant, noctu vigilent. Sic enim *Hesiod. in oper. ac dieb.* 51

Μήποτε ἡμερόκοιτος ἀνὴρ ἀπὸ χρήμαθ' ἕληται.
Ne solstitus dormire d. tua tollere possit,
——— Nox fraudibus apta.
Ut jugulent homines, surgunt de nocte latrones.
Nox ——— nihil moderabile suadet.

canunt Poëtæ.

Nocturni actus, deambulationes, simulationes, in genere suspectæ & fraudis † plenissimæ arguuntur, *l. 6. § 1. ff. de his, qui effud. gl. in l. 8. ff. de ser. Bald. in l. 19. Cod. de usur. Salyc. in l. 20. C. de transact. Alexand. consil. 10. vol. 1.* Nox autem dicitur non crepusculum, quod est diei noctisque privatio, *Bart. in l. aut facta, §. tempus. ff. de pœn. Eberb. in top. in loc. a contr. med:* sed quando sol † est supra terram, *l. 124. ff. de V. S. ubi Johan. Gœd.* quæ privatio lucis propriè dicitur, *c. consideratur. ext. de off. deleg. ac. Gandin. de malef. de pœn. reor. num. 42.* in bello vel castris, excubiis factis, nach besatzter Nacht/ nox dicitur, in quibusdam rebuspublicis pulsata campana, vnd was dar geschicht/ mag gerichtet werden/ als daß bey Nachtschlaffender Zeit geschehen / *Reiger in thes. jur. pag. 268. in voce nox.* 52 53

Testes de hoc indicio deponentes, rationem dictorum reddere omnino tenentur, id est visus, vel alloquii, *Alexand. consil. 4. vol. 6. Plot. de in lit. jurand. §. 51. n. 17. Mascard. de probat. 2. concl. 8. 4.* (visus, ut quia luna erat clara, erat plenilunium, lumina accensa, faces ignitæ † lucebant, *Gomez. 3. resol 12. rubr. de probat. delict. num 10. Viv. in comm. opin. in verbo testis deponens de nocte fall. 2.* Circumstantia loci hic quoque considerari debet, cum enim testis de remotioribus deponit, nedum adminiculantibus lucernis, ei fides habebitur, quandoquidem nox fallat etiam laterna accensâ, *Plot. d. loc. Mascard. lib. 2. concl. 1109.* qua in parte plurimum discreti judicis arbitrio relinquitur. Locus propinquus à quibusdam dicitur, qui distat minus, quam per unam balestratem, uti loquitur, *Farinac. 2. de test. q. 62. num. 42.* (Alloquii) clamoris vel vocis, ut quia testis deponit novisse se hominem sub obscura nocte ad vo- 54

cem, clamorem, colloquium sociorum, *Bald. in l. si non. Sichard. ibid. Cod. de test.* modò testis sit homo omni exceptione major, extra quem casum, nedum ad inquisitionem præstare testimonium refert, *Farinac. d. loc.*

Porrò præter lunæ vel vocis accidentia, non pauci adserunt sufficere, nivis splendorem, sæpe plus, quam luna splendet, valentem, nec non aeris tenuitatem ac reflexionem, parietum alborum propinquitatem, vestium colorem & quæ alia, *Plot. d. loc. Corrad. in pract. § 3. de off. prætor. in caus. crim. rub. de negat. crim. n. 25.*

Simile est huic indicio, quoties vir diffamatus noctu domo abest, cum furtum patraretur, vel a vigilibus visus esset in plateis præter consuetum, insolita quippe fraudem arguunt, & res suspicione haud vocat, nocte vagari per civitatem sine causâ urgenti, *Paul. de Castro in d. l. inter, ff. comm. præd.*

14. Indicium est, ut cum diffamatus blandis sive etiam seriis verbis
55 aliquem extra domum pellexit, quam socii ejus interea ingrediuntur, res † & bona furto aufferentes, *Natta consil. 151. lib. 1.* Item si vicino persuadeas, pannos siccandos noctu in hortis relinquat, quos Titius fur surripit, *l. 50. §. ope. ff. de furt.* Porrò si potus somnolentus à te fuerit datus ei, cui furtum factum est, *gloss. in l. dolum, ff. de dolo mal.* cujusmodi potum Marcellus frater minorem, exhibuit monacho, cujus vestimento indutus effugit de carcere, *Crantz. in Saxon. 10. cap. 14.* Cum enim societatis occultæ scrupulo vix caret, qui manifesto desinit obviare facinori, *caus. 23. quæst. 3. c. 8.* imò qui scandalum impedire potest, neque restitit perversis hominum conatibus, facientis culpam procul dubio habet, *extr. 1. tit. 5. ne sed. vacant. 1. instit. jur. Canon. tit. 12.* quanto magis ille indiciis furti tenebitur, qui nedum dissuasit delinquenti propositum, sed ut patraretur maleficium, reo fores viasq; aperuit, *caus. 11. q. 3. cap. 12.* adeò ut Dd. non vulgares statuerint persuasorem ejusmodi, quanquam aliam opem vel consilium non præstiterit socio, pœna ordinaria furti plectendum, *Bart. in l. infecti, ff. de furt. Farin. in pr. crim. p. 3. tit. 15. q. 1[illegible] num. 2[illegible].* non secus, ac si quis scalam vel instrumenta alia ad furtum faciendum alicui accommodasset, *§. interdum. Instit. h. t. l. 54. §. 4. ff. de furt. Bocr. decis. [illegible]. Gomez. de delict. c. 5. rub. de homicid. num. 48.* modò ne inscius instrumenta quis ubi dederit furis, *d. l. 54. §. 4. Menoch. 2. arb. qq. 4. cas. 349. num. 6.*
56 *Felin.* † *in c. sicut. ext. de homicid. num. 4.* facti enim error excusat virum bonum, & propter integritatem à dispositione juris communis receditur. Idem *Felin. in c. super his. ext. de accusat.* Est equidem bona fama importantiæ & effectus permagni, ut probatâ eâ, diluantur indicia etiam fortiora, *Sylvan. consil. 94. in fine. lib. 2. Anton. Muret. var. lect. 4. lib. refert:* sancitam fuisse legem apud Persas, nequis apud judices de crimine postulatus quamvis illud non signis conjecturisve, sed oculis manibusque teneretur, eo judicio damnaretur, nisi prius exactissimè in priorem vitam inquisitione habitâ, non tam

multa

multa liqueret, egregiè laudabiliterque gessisse eum, quam constaret turpiter perfidè & flagitiosè commisisse, sin vero virtutum multitudine vitiorum numerus vel minima parte superaretur, sententiis omnium judicium absolveretur, *Anton. Delrio in repetit. l. transigere, C. de transact. in fine.*

15. Indicium est, quoties quis furi, ut aufugiat, equum, currum, navim, & quæ præterea † suppeditat, *Farinac. p. 3. tit. 15. quæst. 132. num. 13.* vel 57
qui viam ei monstrat, ut ex manibus judicis forte persequentis furem, dilabatur, *Alber. de Rosat. in l. qui servo. lect. 2. num. 1. ff. de furt.* vel qui furem celat, occultat, aliove pacto vel modo subducit, ne in manus lictorum transeat, *Menoch 2 arb. qq. cent. 4. cas. 349. num. 21.* item, qui de rebus furtivis participavit, *Andr. de Isern. c. 1. §. si quis quinq. tit. de pac. tenend. in usib. feudor. Zanger. de qq. & tort. cap. 2. num. 188.* quanquam imprudens ignorans, siquidem ratum habuerit furtum ex post facto, cum satius fuisset restituere, neque se immiscere rei ad se non pertinenti, quam cum sciret res ex omni asse spectare ad alios, eam scelere furtivo retinere, *And. de Isern. d. loc. num. 6. vers. per quod patet, Damhoud. in pr. crim. cap. 116.* Cæterùm eodem indicio premuntur, qui cum furibus commessantur, res furtivas dilapidant una cum furibus, qui hospitio, mensa, domo, recipiunt fures, latrones, cum pessimum sit receptatorum genus, *l. 1. ff. de recep. l. 1. Cod. de his, qui latron. l. 13. ff. de off. præsid. Damhoud. d. loc.* Deniq; † qui indicio furandi occasiones præbent, *Salyc. in l. unica, C. de* 58
rapt. virgin. Blanc. in pr. crimin. §. postquam. num. 4. qui mercatores, tabularios peregrinantes explorant, & ad spoliandum produnt, *Novell. Elect. Augusti, p. 4. const. 40.* quos indicatores, si convicti non sint furti directi, virgis cædendos, & relegatione coërcendos esse, Dd. passim tradunt, *Berlich. concl. 56. num. 3. p. 5.* quam pœnam pronunciasse scabinos Lipsenses ait in eum, qui volenti furari indicavit Dominum cum tota familia esse in templo, & sic adesse opportunam furandi occasionem, *num. 5.*

16. Indicium oritur ex judicio rerum amotarum, retrò contra reum agitato, *Bart. in l. 1. ff. de act. rer. amot.* 1. Cùm propter familiaritatem † deli- 59
ctorum, quia species sub eodem genere, quasi causas colligatas habere dicuntur, *gloss. in c. accusatus, §. eum qui. de hær. in 6. Zas. 2. consil. 16. n. 8.* 2. tùm quod furtum † illud leve, nec famosum, prorumpat facilius in deterius, 60
majusq; maleficii nefas, mica nascintilla in maximum exuberat incendium, ait *Anton. Fab. lib. 9. Cod. for. tit. 22.* & pluvia minutula imbrem facit, unde *Plautus* scitè admodum in *Merch.* Nunc in te cadunt folia, pòst cadent arbores: hinc licet ob domesticum furtum modicum non detur actio furti, *l. 11. §. 1. ff. de pœn. Jacob. de Bellovis. in pr. crim. 1. cap. 10. nu. 8.* competit tamen propter pluralitatem delictorum, adeò, ut unum leve furtum domesticum, indicium pariat alterius furti, † sive levioris, sive majoris, *juxta illud:* Quibus 61
mens mala est, eos etiam ad scelera alia instruit, *Sophocl. in Philoct. pag. 411.*

Proinde jure placuit, pluralitatem furtorum exiguorum, aliquoties repetitorum, efficere demum, furtum ut censeatur magnum, *l. nemo, in fine, C. de episc. aud. l. 28. §. grassatores, ff. de pœn. Bald. in l. 21. C. de furt.* Quod notandum esse adserit, *Matth. de Afflict. in c. 1. versic. furtum. de pac. jur. form. num. 9. in usib. feud.* contra Scholarium famulos, furtula committentes, quæ si supputentur, furtum faciunt magnum, ac idcirco laquei pœnam ingerunt.

Prout non obscurum patet, etiam pro furto domestico, parvo & vulgari, pœnam mortis dictari posse, quoties cum effractura furtum committi proponitur, *Cassan. ad consuet. Burg. rub. 1. §. 5 versu nisi num. 37.* quam pœnam non stringere contra famulos, furtim res dominorum subtrahentes, quibus Dominus salaria sua denegat, malè opinatur *Berlich. d. p. 5. concl. 54. num. 10.* profectò scandali plena. *Dd. in l. 1. C. unde vi, [illegible] l. fi. ff. ad L. [illegible] de vi priv[illegible].* sub cujus prætextu, nedum furtis domesticis passim debitur occasio, sed & in corpus vitamq; dominorum, nefanda grassandi licentia, malitiis hominum verò indulgendum non est, cumprimis quod in genere famulorum naturale sit furari, *gloss. in §. fin. auth. de exhib. reis. Felin in c. [illegible] num. 5. de præsumpt.* quæ ut plurimùm legum frænis, pœnarum calcaribus cohibenda, ne

Morbida facta pecus totum corrumpat ovile.

62 non omnes pereant mali, sed qui insidiosè e[illegible], quæ non decent, struxêre, † ait *Sophocl. in Trachin. pag. 322.* neque enim boni appellandi sunt, qui similes sunt malis. Idem *in Antigone pag. mihi 263.* nec vir bonus dicendus frater pœnitentiæ, qui diabolum habet sub Cappa. *Schneid. inst. de act. num. 12. Vent. de Valent. in part. litig. lib. 1. cap. 8. num. [illegible].* Colophonis loco hic notatum esto, quod judex rerum amotarum convictos, pro facti gravitate, etiam crimina-

63 liter persequi possit † ex officio, *Bart. in l. 1 ff. de act. rer. amotar.* nec verò ultimo afficere supplicio. *Johan. Schneid. in §. hi qui in parentum. 12. Inst. de oblig. quæ ex delict. n. [illegible]*

17. Indicium est, si ad custodiendam rem constitutus, eandem furto

64 amovet, † adserens ab extraneo furtum factum, vel si depositum furto subtractum esse dicat, *arg. l. 3. ff. de off. pref. vigil. ubi dicitur:* Quod custodes torqueri possint, ut fures indicent. *Angel. in tr. malef. in verb. etiam vestem. n.*

65 *1[illegible].* † præsuppositis scilicet præsupponendis, ut mala fama, vitæq; levitas vel

66 turpitudo. Indicia enim dolum directo probare & inferre † debent. *l. 6. C. de dol. mal. l. 8. C. de rescind. emt. vend.* Atqui res custodiendi sine dolo potest amitti, cum plerumque culpa vel negligentia res nostræ vel alienæ, ussibus vel custodiæ nostræ concreditæ, perdantur. *§. item si [illegible]. §. quæ de [illegible]. Inst. de oblig. quæ ex delict. nas. Bocer. in tr. de qq. & tort. 3.* extat hac de re locus perelegans *Herodoti, l. 6.* ubi ex ipsa depositi inficiatione indicium furti hauritur, in caput abnegantis pessimè redundans, quod describit *Juvenalis Satyr. 13.*

Spar-

Spartano cuidam respondit Pythia vates,
Haud impunitum quondam fore, quod dubitaret
Depositum retinere, & fraudem jure tueri
Jurando, quaerebat enim, quae numinis esset
Mens & an hoc illi facinus suaderet Apollo?
Reddidit ergo metu, non moribus & tamen omnem
Vocem adyti dignam templo veramq; probavit.
Extinctus tota pariter cum prole, domoq;
Et quamvis longa deductis gente propinquis,
Has patitur poenas peccandi † sola voluntas. &c. 69

18. Indicium est, si homo vilis diu noctuve reperiatur in aedibus alienis sub stramento, foeno, in angulis delitescens *l.39. l.55. ff. de furt.* quoniam contra honestatis speciem clàm gesta, dolos mille arguunt *l.1 C. de interdict. matr. Bald. in l. quicunq. C. de serv. fugitiv.* nisi repertus docere queat; se non furandi, sed adulterandi, invisendi amasiam, in aedes pervenisse; cum voluntas & propositum maleficia distinguant. *l.53. ff. de furt.* vel quod minus, se occultandi causa, clàm intrasse domicilium, ne apprehenderetur a lictoribus, ipsum persequentibus, ne ab hostibus fugatus interciperetur. In genere autem actus & irreptiones intempestivae & clandestinae praesumuntur insidiarum plenae; † unde *Fab. orat. inst. 5. cap.* 10. *ibi*: tropon ad conjecturas 71 pertinet, ut si dicam bonâ mente factum, ideò palàm, malâ, ideoq; ex insidiis, noctu in solitudine. Olim ad sancta Martyrum sepulchra vigilabant nocturno tempore & Monachi & sacrae virgines, sed quid rerum? uti nox fraudibus apta est, infinita subinde patrabantur flagitia, ut sic mos ille sublatus fuerit Concilio Elibertino. *Euseb. 6. hist. Eccles. cap.* 3. Demonax Philosophus, ad sacra Eleusina accedere noluit, quod clanculum & occultè fierent, quoniã si bona essent, ea omninò apertè fieri oporteret, *Lucian. in vit. philosoph. Tiraquell. de poen. caus. 11. num. 13. & caus. 22. num.* 11. quò spectat ordo Fratricellorum seu Beghinarum, à † Bonifacio VIII. Clement V. & Johanne XXII. 72 damnatus. *Platin. in vit. Clem. V. pag.* [illegible]9. ubi frater & monacha nocturnos egerunt conventus, in locis abditis, Sacerdote primum quaedam in laudem Dei cantante, deinde de religione sermones nonnullos faciente, iisq; peractis in promiscuos amplexus mulierum, candelis exstinctis, irruerunt, in cujus autem manibus infans ex illo coitu pridem natus, qui violentis brachiis usque adeo fuit distractus, donec animam exhalaret, is pontifex maximus inter eos creabatur. *Berich. Lunell. lib. 8. Saxon.* ex hisce aliqui Argentinae capti, confessi fuere, in hoc ordine omnia esse communia. W*olf. cent. 13. lect. memor. pag. 540. p.1.* par eademq; religio Gnosticorum fuit, de qua *Sixt. Senens. in bibl. 5. lib. 2. pag.* 1[illegible]4. vide *p.2. cap.3. n.1*[illegible].

19. Indicium est, quandocunq; fur in genere fatetur delictum furti,

sed

sed de re furtivâ, loco & personis, ubi & quibus factum est, non constat, *Ber-*
73 *lich.5.concl.pract.45.num.6.ibi:* † quia hoc in casu saltem sunt præsumptiones, furtum esse factum, &c: ratio est, ne ob confessionem generalem, supplicio confestim tradi debeat reus, sed exinde examinari, solummodò quæstione adhibitâ, dependet eò. Quod confessio nuda & indifferens, in causa cri-
74 minali haud † noceat reo, ut inde condemnari possit, *Hyppol. de Marsil. in pr.crimin.§.postquam.num.20.vers.alium Bald.in auth.Sed novo, Cod.de serv. fugit.n.9.per text.l.1.§.24.ff.ad Syllan.* incumbit autem jus dicenti, enixè ut inquirat in circumstantias rei ipsius, loci, temporis, ne pœnam effugiat confessor talis, cum nemo crimen facilè confiteri credatur, cujus non sit reus, *Hypp. de Marsil.in d.§.postquam.num.5.* nemo suum jactare, vitam, sanguinemq; prostituere velle præsumitur, *Dd.in l.liber homo,ff.ad L. Aquil.* Deficientibus circumstantiis ejusmodi, quæri solet, an fur absolvendus sit, vel denuò torquendus, specialius ut declaret maleficium? Resp. non absolvendum, sed pœnâ extraordinariâ, fustigationis vel exilii, coërcendum reum esse, scribit *Marsil. in d.§.postquam num.5.sub fine.num.6.& num.21. Moller. ad const.Saxon p.4.*
75 *const.33. num.6.* † nec torquendum eundem juris ratio suggerit, cum sine indiciis novis nemo denuò torqueatur per notissima. Interea dubium non est, quin judex repertis circumstantiis, loci, temporis & dominii, rei furtivæ, furem quæstioni subjugare queat, ne delicta maneant impunita, *l.3. Cod.de Episc.audient.* ubi meminisse oportet, ut siquidem fur plura confessus esset delicta, quorum unum atque alterum saltem de circumstantiis verificaretur, reliqua furta illiquida non sint in consideratione, *Gram.decis.48.Clar.5.sent. §.furtum.num.27. Farin.in pr.crimin.lib.1.tit.1.quæst.2 nu.15.* cumprimis, cum minora, æquè ac majora furta, secundum prædicta, demonstrari poterunt, *Farin.d.loc.* per regulam: Quod minima non sint in consideratione, neque sub statutis comprehendantur, *Marsil.in l.furem,num.8.& seqq.ff.ad L. Cornel. de Sicar.*

20. Indicium est quoad tabellarios fures, si peregrè nummos trans-
76 ferre conducti, adferant subreptam sibi pecuniam à prædonibus, † *Paris.consil.55.lib.4 num.24.* latè & nervosè *Menoch.5.de præs.31. Bocer. de qq.& tort. c.3.num.12.* adminiculantibus indiciis, ut vitæ levitate, dilapidationis, lusus, & luxus consuetudine, cum tabellarii plerunq; sint pauperes, leves pede & mente, & in diem vivere soleant, *Daniel.Moller.4.semest.2.num.7.* differentes à nunciis, quorum officium paulò est honestius, propriè sic dictis, *l.prohibi-*
77 *tum.C.de jure fisci*, qui & mandata Principum exequi, † matrimonia contrahere inter absentes, actiones domino acquirere & remittere possunt, id-
78 circò pica & organa dominorum dicta, † *Bald.in l.qui autem,§.fin ff.de constit. pec.* de quibus indicium præsens ἁπλῶς intelligi non debet, *Bald.d.loc.* cum è contrà tabellariorum officium sit prorsus mutum & servile, *Lucas de*

Penna

Penna in l. placet, Cod. de excus. mun. & l. unica, in verbo literis, Cod. de Superind. lib. 10. Beust. in l. admonendi. n. 1050. pag. 500. ibi: ante chartarum & membranarum usum, olim in dolatis ex ligno tabulis scribebatur, unde & portitores epistolarum dicebantur tabellarii, &c.

Sed de hisce tabellariis præterea quæri solet, utrum furto probato, pœnâ ordinariâ plecti debeant? Distinguunt nonnulli inter pecuniam sacculo obsignatam, & non occlusam, sed in quantitate adnumeratam: adeò, ut priori ordinariâ, posteriori casu, extraordinariâ teneatur pœnâ, *Bald. in l. 11. C. de reb. cred. n. 9.* † *Jason. in l. 41. §. quas vero, ff. eod. Moller. 4 semest. 2. Harpr. in §. 12. Inst. de furt. Bart. in d. l. 41. Cravett. consil. 141. volum. 2.* Sed res est plana, remota omni distinctione, quam explodit, *text. l. si is cui, 7. C. de furt.* Si is, *ait textus,* cui te pecuniam ad matrem tuam perferendam dedisse proponas, parvâ quātitate numeratâ, reliquam in suos usus convertit, furtum fecit, *junctâ l. 22. §. 7. ff. mandat. & l. 52. §. 16. ff. de furt. Berlich. d. concl. 58. num. 10.* ubi quoad infligendam pœnam ordinariam vel extraordinariam distinguit, an plusquam florenos 20. in usus suos converterit, an minus; sic ut ob majus illud furtum suspendatur, propter minus, non utiq;. Quæ decisio in foro Saxonico procul dubio obtinebit, vix alibi, ubi jus commune practicatur, usurpatur, repetitâ & translatâ huc constitutione criminali, de qua *cap. anteced.* unde & decisio depromatur. 79

Cæterùm si constat, tabellarium reverà spoliatum esse, nec furti, nec damni † eum teneri, jure est expeditum, *Bald. in l. 26. §. non omnia. ff. mandat.* modo ne dolus vel culpa tabellario possit imputari, atq; luculenter probari, ut quia tabellarius subornavit prædones, ad participandum spolium, viis insolitis & periculosis sese commisit, cum posset transire aliunde, vel in hospitiis, quâ par fidelitate & curâ, res concreditas non custodivit, sese immiscuit sodalitio, epulis, & potationibus ardelionum, quos poterat evitare. *Bald d. loc. Parisi. d. consil. 156.* Porro quoad damnum inde datum, cujusnam sit, creditoris vel debitoris, tabellarium allegantis, latè disputat & examinat, *Berlich. d. loc. n. 23. & seqq.* 80

21. Indicium est furum confessio, in præjudicium furis nondum diffamati facta, quæ licet, inficiante nominato, ad pœnam † nihil præstet, dubium tamen non est, quin indicium pariat præjudiciumq; nominato, *Bald. consil. 497. volum. 1.* quod tanto urgentius erit, siquidem rei diversis in custodiis detenti, unanimes socium nominatint, circumstantiis nonnullis subinde relatis, iisque concordantibus, non secus uti rei plures furtum, hactenus nondum diffamatum, uno ore confitentur, unde pœna meritò augetur, quātumvis de circumstantiis, & factorum qualitatibus ex omni asse non constet, *Angel. in l. 1. C. de confess. Ruin. consil. 80. vol 4.* cum aliâs, uti paulo antè diximus, confessio † informata & generalis non damnet, nec relevet prorsus 81 82

confitentem, multò minus socium. *Modest. Pistor. p. 3. quæst.* 17. modò ne
conjectura probabilis admoneat, instruatq; judicis animum, ut acceptet, vel
acceptare jure teneatur confessionem vel nominationem genericam, quasi
specifica & formata confessio fuisset facta, ut cum fures nominant socium,
vel de seipsis confitentur, in nundinis facta furta. *l.* 16. *ubi Dd. ff. de pœn.* ubi
83 illi visi & cum personis peregrinis & suspectis † conversantes, observati fue-
rint, sic eadem se habet confessio indeterminata de occiso homine, ut cum
plures ajunt se penes amnem in sylva, cui inhabitant, hominem occidisse,
84 ope & auxilio Titii. *Mod. Pist. d. q.* 117. cumprimis loquente famâ, quæ †
est multitudinis quoddam testimonium, ut loquitur *Coth. consil.* 1. *num.* 43.
circumstantiis, tanquam necessariis requisitis, ad infligendam pœnam ordi-
nariam, paulatim apparentibus, unde judex, quò plenam rerum gestarum fi-
dem habeat, & ut de improbis justa feratur sententia, ulterius inquirere, indi-
cia indagare omninò tenetur, juxtà illud: tout vient à poinct, què pout atten-
dre, vel si examen ulterius suspendat, injuria & morte indignâ excarnificetur
innocens, prout refert *Berlich. d. conclus.* 46. *num.* 35. accidisse, ut quidam fu-
85 res † conjurassent societatem inhonestam, ad mortem usque duraturam, ex
quorum numero captus aliquis, furtiq; reus, nominaverit socium innocen-
tem furti patrati, quem furtum confessum fuisse, ait, atque strangulatum,
hæc ille. De nominatione sociorum ejusq; requisitis, vide *sup. de indic. gene-
ral. p.* 1. *cap.* 10

22. Indicium est simulata corporis infirmitas, quam fingere & præ-
tendere solent mendicantes validi. *tot. tit. ubi Dd. C. de valid. mendic. quâ de re
quoq; de ind. gener. c.* 15. *Damhoud. in pr. crim. c.* 110. *num.* 55. ubi, quod plus,
86 mendicantes validos, eo ipso, quod † morbum simulant, & Eleemosynas ve-
ris egenis subtrahunt, furti teneri adstruit, quod tamen *d. tit.* ad pœnam fur-
87 ti extraordinariam extendi † non potest, falsi, non furti, sustineant coërcitio-
nem, quod juri est consentaneum. *d. t. de valid mend.* modò ut dixi, ob falsum
88 ejusmodi, in furt[illegible]quisitio fieri, imò indicium inde ad furta, † aliaq; flagi-
tia deflecti formariq; possit. *recess. August. de anno* 1500. von Betlern/ *ibi*:
nach dem man [illegible]liche Anzeigen hat/ daß die erfahrne Kundschaffer seyn/ *etc.*
& const. August. Elect. de anno 1548. von Betlern/ *ibi*: zu dem werden wir be-
richtet/ daß etliche vnter dem Schein deß bettelns/ sich allerley böser Händel
gebrauchen: ut quoq; pro re natâ in mendicantes, affectu & vicio corporis
89 reverà affectos, concurrente famâ, † & exploratâ nequitiâ, inquiri, iiq;, si
peregrini sint, rigorosè examinari queant. *arg. dd. const.* Sic H. Jul. Dux Brun-
suic. Gröningæ exemplum executionis memorabile statuit contra mendi-
cantem, claudum utroque pede, qui plusquam 50. patrasset homicidia, aliaq;
flagitia nefanda, cui cognomen erat familiare tausent Teuffel/ quod nomen
turpe, & detestandum aliâs in hac juris parte indicium per se parit, & dicitur.

23. Indi-

23. Indicium ex infami turpiq; nomine, de quo *Farinac. in pr. crim.*
d.loc. Ut enim fama bona, bonum nomen indicia extenuat minuitq;, uti
Sylvan. consil. 34. lib. 2. loquitur: ita malum nomen auget eadem, stabilitq; in
reo, cum contrariorum contraria sit regula, ratio, & disciplina. *l. etsi contra. ff.*
de vulg. & pupill. substit. §. 1. Inst. de his, qui sunt sui vel alien. juris. Neque ad
rem † pertinet, nec adversatur huic decisioni, quod apud superstitiosos præ- 90
sumptio vel indicium ejusmodi ut maximè valeat, attestante *Eberh. à Mid-*
delb. in top. in loc. ab etymolog. num. 7. Etenim sciendum est, & penes graves
æquè ac superstitiosos homines indicium hoc cumprimis annotari, nec su-
perstitio sed prudentiæ potius nervus est, non facile credere, sinistram capere
suspicionem ex quovis rei turpis odore. *l. 36. §. 7. ff. ad SCtm Trebell. Joan. Andr.*
in c. cum secundum. de præbend. & c. gravis, extr. de deposit. ait: se didicisse ab u-
xore sua, nomen bonum non turpe tanti esse, ut filio emendum sit à patre,
etiamsi pluris vendatur. *Eberh. d. loc.* Hoc Germaniæ nobiles facere consue-
verunt, *ait Zas. in l. 2. ff. de stat. in princ.* nam scio, refert, Comitem de Zolleren,
qui pro dignitatis cognomine mille florenos dedit. Vix quippe, vel nun-
quam abest, quin nomina turpia ab eventu pravo, *ut ait Eberhard.* vel rebus
pessimè gestis, antiquitùs vel nuper contracta mala formà fuerint suborta,
vide *part. 1. cap. 37.* exitus acta probat & effectus causam denotat, *l. 14. C. de ju-*
dic. Idem *Eberb. in top. in loco ab effect. num. 2. Bald. in d. l. 36. §. 7.* ubi causam
bonam appellat bonum † nomen. *& gloss. ibidem.* Idem *Bald. in l. si cum do-* 91
tem. §. maritus. ff. solut. matrim. adeò ut si sociorum duo pluresve sint quæstio-
ni tradendi, is primum examinetur, qui malum nomen possidet, non secus,
uti præcedendi ordo modusq; servatur similis, quandocunq; bini producun-
tur malefici, quorum alterum natura notavit, vicio visibili, vel malà physio-
gnomià. *Paris. de Puteo in tr. synd. in verbo mandavi, &c. Blanc. de indic. in l.*
fin. de qq. num. 406. † *Zanger. de qq. & tort. cap. 2. Supra, p. 1. cap. 22. de indic. ge-* 92
neral.

24. Indicium exoritur ex retentione rei in via publicâ vel alibi re-
pertæ, nec † spontè domino restitutæ, vel ad rem istam in specie, vel ad furta 93
alia majora, de quibus reus diffamatur. *Dd. in l. 43. §. 11. ff. de furt.* Porrò qui
scienter rem alienam emit, in solutum accipit. *Bajard. ad Clar. 5. sent. §. furtum.*
num. 116. Item qui pignus creditori traditum eidem auffert, & rem aliam pi-
gnoris vice substituit. *Aretin. in tr. malef. in verbo etiam vestem.* qui deposito
abusus est, *l. pignore. ff. h. t.* qui sine mandato nec rato domini, pecuniam † à 94
debitoribus exegit. *l. 14. ff. de condict. caus. dat. l. 43. § falsus. 1. ff. de furt.* denique
qui attentavit furari, nec perfecit furtum. *Angel. in d. §. vestem. num. 41.* Et
quanquam species † ejusmodi per se furta sint, atque pœnis extraordinariis 95
coërceantur, uti *textus allegati evincunt, junct. l. 1. de submersis. C. de nauf. con-*
stit. Saxon. & præjud. Lips. ut rem inventam, vel aliter furti vicio prehensam,

 in du-

in duplo restituit, & pro magnitudine vel atrocitate criminis, quandoq; fu-
96 stigatione † vel relegatione mulctetur, puniatur. *Coler. decis. Germ. decis. 149. Menoch. 2. arb. qq. 3. cas. 297.* vide *Berlich.* Dubium tamen non est, quin de inde ad furta quoque alia, rectissimè inferatur. *Alciat. de præs. reg. 2. præs. 7. num. 3.* ibi: propter magnam connexitatem, quam habent crimina inter sese, &c.
97 Etenim vero verius est, delictum delicto † præbere causam, ut lepra lepram parit, tenebras nox sequitur, auroram dies, aurora rutilat lucis plenę prænuncia, cur de claro die fiduciam deponamus? ait *Contzius in Polit. lib. 21. cap. 22.* vide *p. 1. de indic. general. cap. 91.* ne eadem ad nauseam reponere, veluti *amicus noster Dn. Bull. ad constit. crim. art 14.* loquitur, Batti vestigiis inhærere videar, eadem quidem diversis in locis tradi posse, sed ad memoriam saltem voluit Galen. teferente *Strigel. in Exod. c. 4. pag. 17. ibi*: ne in sequentibus capitibus opus sit crebrâ repetitione. &c.

25. Indicium exoritur, astrologo perito ex astris furem quempiam esse, deponente. *Farinac. de furt. q. 177. p. 2. Harpr. in § non solum. 11. de injur. n. 53. & seqq.* ubi quoque disputat, an astrologus ille injuriarum conveniri pos-
98 sit, à nominato fure ex astris. † *Dn. Bull. ad constit. crim. art. 22. pag. 44.* vide *Joh. Wolff. tom. 1. lect. memorabil. pag. mihi 769. & pag. 945.* aliquot exemplis hoc indicium illustrans, admodum dilucidis, *Ranzov. de ver. prædict. astr. pag. 173.* ibi: Joannes de Lignano, tempore Martini V. Papæ, prævidens ex genitura filium cruci affigendum, volensq; fatali Geneseos dispositioni occurrere, eum sacris initiari ac apprimè erudiri fecit. Sed ne sic quidem evitare vim
99 fati potuit, nam cum eum concives sui ad Papam Martinum ablegassent, † rediens domum propter legationem non fideliter tractatam, de nocte à magistratu Bononiensi suspensus est, quem cum, elucescente die, pater pendentem vidisset, deplorans, inquit, Eheu fili mi, tu infelicissimum fatum, nec humanis literarum adminiculis, nec divinis mysteriis superare potuisti. Sic *Bellant. contr. Pic.* nec unum tacendum (*ait*) videtur, complures sunt Florentiæ testes qui mihi inspectâ Savanorolæ geniturâ, quinque ante ejus jacturam menses, dum florebat adhuc, vitam laqueo terminaturum prædixi, is licet crematus, tamen etiam prius strangulatus fuit. Porrò cum Petrus Remy, administrator regni Gallici, Philippi Valesii tempore, anno 1328. ædificasset patibulum illud celebre, propè Lutetiam, appellatum mont faucon, miro præsagio quidam ignotus insculpsit lapidi illius patibuli rythmum sequentem:

En ce gibbet icy en my
Sera pendu Pierre Remy

Quod vaticinium postquoq; sortitum est effectum, Petro illo propter furta in medium patibuli, ut esset aliis in exemplum suspenso. *Gilles Corrozet. in Chronic.* Vespasiani seculo, astrorum beneficio duo detecti sunt perduellionis rei,

nis rei, qui in caput Titi Vesp. conjurassent, ut refert *Sueton. in Vit. Vespas.* atque hinc *versi ult trist & vulgares:*

Natus es infelix, ita Dii voluere, nec ulla
Commoda nascenti stella levisq; fuit.
Non Venus affulsit, non ulla Juppiter hora, &c.

Etenim *Cicero de divin.* scriptum reliquit, Jovis stellam, aut Veneris conjunctam lunæ, ad ortus puerorum jam nascentium, salutarem esse, Saturni Martisq; contrariam, † adeò ut dies diem felicitate vincat, *Virgil. in Georgic.* ibi: 100

Ipsa dies alio dedit ordine luna
Felices operum. &c.

Hinc veteres ante plenilunium non in bella prodibant, proinde Julium Cæsarem de se ipso loquutum fuisse annales referunt: † 101

Quis fuerim, scriptis monumenta relicta loquuntur,
Quæq; manu gessi, bella legenda dedi,
Nec satis hoc etiam, cœlum scrutabar & astra,
Hinc meum æternus permanet annus opus.

Prodiit tamen in bellum sub novilunio contra Germanos, uti mox dicetur. Agathocles Siciliæ Rex, exposito in Africæ littore exercitu, cum adhortationibus eundem erigeret, visio solis deficientis milites maximè perterruit, cujus rei rationem non minori curâ rex, quam belli redditurus, prædixit: † si priusquam proficiscerentur, factum esset, credi contra profecturos prodigium fore mali eventus, nunc quia egressis & in hostium terram 102 adventantibus accideret, illis, ad quos eatur, protendere, quæ sententia non fefellit tyrannum, nam victoriam à Carthaginensibus interfecto duce eorum Hannone, reportavit *Justin. lib. 22. & lib. 33. ibi:* Pridie, quàm consereretur bellum, luna nocte defecit, triste id ostentum Perseo omnibus præsagientibus, finemque Macedonici regni portendi vaticinantibus. *Hæc Justin.* Mulieres Germanicas vatidicas fuisse olim scribit *Plut. in vit. Cesar.* quæ noluerunt, ut viri sub novâ lunâ præliarentur, id rescifcens Julius Cæsar, in novilunio aggressus est, & devicit Germanos, *Wolff. 2. lect. mem. pag. 12.*

Quamobrem Cornel. Gemma Lovan: quem refert & sequitur *Ranzov. de test. ast. conf. p. 108.* ex astrorum influxu, inquit, plurima præsagiri, quæ ad naturam corporis & † temperamentum pertinent, quæ verò ad propen- 103 siones animorum, ad hæc vel illa studia & vitiorum semina referuntur, significari interdum, sed majori intersitio, præsertim quando immutant amplius parentum indolem, patriam, mores, educationem. Vide *Sixt. Senens. in Biblioth. Sanct. l. 6. p. 113. & infr. i de indic. la: rocinii.*

26. Quæ per sese quoque indicia hic dictitant, *Farin. d. q. 177. Eberhard. in top. in loc. à temp. ad temp. num. 2. pag. 490. ibi:* præsumptio malitiæ ex delicto præterito, † interdum egreditur personam & transit ad filios, quia, 104

qui patrem incontinentem habuit, incontinens præsumitur. Et ergo illegiti-
105 mus sine dispensatione † non promovetur, quia timetur crimen patris in filio. *Hæc ille. per c.1. de fil. presbit. 6. & dist. 56. per tot. c. venerabilem, juncta gl. in*
106 *verbo progenitores. de elect.* Ergo qui patrem † furem habuit, ipse fur præsumitur.

Namq; solet similis filius esse patri,
Et sequitur leviter filia matris iter.

Experimur sæpenumerò, misellos fures confiteri & conqueri, furandi consuetudinem sibi esse hæreditariam, Es sey jhnen das stehlen von jhren Eltern angeerbet, ut à furtis abstinere non potuerint. Vide *p.1. de ind. gener. cap. 24.* ubi prolixiùs hæc explicantur. Hinc *Quint. 5. de argum.* differit, argumenta sæpe numerò à persona & genere esse ducenda, nam similes parentibus ac majoribus suis filii plerunq; creduntur; & nonnunquam, ad honestè turpiterq; vivendum, inde causæ fluunt. Diogen. Cynic. ebrium in foro conspiciens, di-
107 xit: illius pater ebrius fuit. † *Laert. in vita ejus.* & *Martial.* submiratur filiam ebriosi aquam bibere *6. epig.*

Miror quod Bassi filia potat aquam.

Et *Stat. Poet. 1. Sylv.*

——— Duro nec enim ex adamante creati
Sed tua turba sumus
Sic canibus catulos similes, sic matribus hædos.

Virgil. in Bucol. eclog. 1. & Columell. 3. rei rust. nihil dubium, quin ipsa natura sobolem matri similem esse voluerit. Et legitur *cap. 16. Ezech.* Sicut mater, ita & filia ejus, &c. *& Div. Ambros. lib. 3. de virgin.* Quid potuit filia (Herodiades) de adultera matre discere, nisi damnum pudoris. Sic filius calumniatoris, prædonis, præsumitur calumniator, prædo. *l. si cui. ubi Dd. §. 1. ff. de accus. Alber. de Rosat. ibidem. Francisc. Aretin. in l. jubemus. in fine. C. de advoc. divers. jud. Bald. consil. 95. lib. 1. & est apud Stobæ. cap. 88.*

Φεῦ, φεῦ, παλαιὸς αἶνος ὡς καλῶς ἔχει,
Οὐκ ἂν γένοιτο χρηστὸς ἐκ κακοῦ πατρός.
Heu, heu, ut illud dictitant rectè, probum
Patre ab improbo non posse nasci filium.

Vide quoq; *Pet. Peccium de R. J. reg. 8. n. 5.*

108 27. Porrò patria, mores, educatio prava, furti indicia suppeditant, † *Farinac. d. loc.* respectu patriæ, textus est expressus *in l. 31. §. 21. ibi:* plerunque natio servi, aut provocat, aut deterret emtorem, idcirco interest nostra scire nationem, *ff. de ædil. edict. Tiraquell. de ll. conn. gloss. 1. p. 7. lege 7. Supra de indic. gener. p. 1. cap. 23. Münster. 2. cosm. pag. 128. ibi:* invidia Judæorum, perfidia persarum, fallacia Græcorum, rapacitas Normandorum, &c. Unde *Albert. Gandin. in tr. malef. tit. unde & quo loco possit fama procedere, ait,* quod fama

sine

sine quâ inquisitio justa, hæc quæstio legitima formari, decerniq; potest, vel
infamia procedat ex loco potissimum originis, cum quis originetenus præ-
sumatur vel bonus vel malus, *Bald. in c. ut debitus coll. 2. ext. de appellat.* ibi:
ingenia hominum fiunt deteriora vel meliora ex aëris dispositione. † Sic 109
Quintil. uti à personis parentum; sic à natione & patriâ, argumenta bonita-
tis vel pravitatis depromi, adserit, *lib. 5. top.* hoc argumento quoque utitur
Ezech. cap. 16. ubi dicitur: filiorum Herusalem radicem & generationem esse
de terra Canaan. Sic Judæi salvatorem appellitabant Samaritanum, *Johan. 8.*
Nazarenum, *Johan. c. 1.* & legitur *Ezech. 16.* Annon pater noster erat Amor-
rhæus, mater verò Chetæa, hæreditas ab illis relicta, an non est peccatum vel
delictum? *Johan. Spinæ. de tranquill. anim. lib. 2. pag. mihi 79. Ambros. in Luc.
cap. 22.* excusans Petrum Apostolum, negantem Christum, statuit indicium
sinistræ opinionis voluisse eum avertere de se, & Magistro, Galilæis dictis,
ibi: Nescio Galilæum, nescio Nazarenum, quê filium Dei novi, &c. habeant
homines locorum vocabula, Dei filium patria non potest nuncupare, *Sixtin.
Senensis in Bibl. Sanct. lib. 6. annot. 160.* Porrò morum respectu, *textus est in
const. crim. Carol. V. art. 25.* ubi *Ant. Bull.* ibi: & reus probetur malis & impro-
bis moribus, ut delictum commissum verisimiliter ab ipso patratum fuerit,
& si quid ante hujusmodi facinus commiserit vel attentaverit. Et idem alibi:
præsumitur quis, ut vulgò dicatur bonus, nisi in aliquo deliquisse probetur,
consil. 1. decad. q. 10. num. 148. quinimò homo nativa sua indole non secus ac
ferrum, gravitate suâ in pejus deorsum ruit, † *Mach. 1. de rep. 3. Pet. de* 110
Suav. in hist. Concil. Trid. pag. 95. hinc licet rei furtivæ penes aliquem inventio
non ἁπλῶς pariat indicium furti, præsumptionem tamen inducit non ob-
scuram, quoties possessor vel detentor furtivæ rei sit imbutus malis moribus,
Cyn. in l. 5. Cod. de furt. Alex. consil. 5. volum. 1. Deniq; educationis neglectæ vi-
cium, ut causa causæ, id est, malorum morum, hic consideratur, nisi probetur
ad saniorem rediisse mentem, malè educatum hominem, assuetum, cum puer
esset, furtis, vide *Tiraq. de pœn. caus. 7.* ubi tot exempla adolescentiæ emenda-
tæ commemorat. Physiognomiam hîc considerandam non pauci quoq; adse-
runt, *Farinac. d. loc.* ego remitto me ad *cap. 22. p. 1. indic. general.* ubi hæc mate-
ria copiosè tractata extat.

28. Indicium suboritur contra eum, qui pro diffamatis captisq; furi-
bus se sistit † mediatorem, ne suspendantur, si transactionem suadet, dimis- 111
sionemq; maleficorum instanter urget, *Zanger. de qq. & tort. c. 2. numer. 186.
Zieritz. ad const. Car. V. art. 4[illegible]. Bull ad const. eandem art. 39. in fine.* Vide *supra
p. 1. de indic. general. cap.* † Meminisse autem oportet, indicium generale 112
ejusmodi nunquam quæstionem parere sine indiciis specialibus, iisque lucu-
lentissimè probatis, uti toties inculcavimus, imò nedum duo indicia genera-
lia, quæ negotio facili inveniri † astruique possunt, quæstionis viam rectâ 113
pandunt.

pandunt, quin etiam nec fure ipso adstipulante indiciis, & querelæ delatæ. Proinde *Angel. in l. 1. C. de confess.* tu judex (ait) sis benè cautus, ne damnes
114 animam & corpus tuum, quando fur confitetur coram te maria & † montes, ut per nuncium inquiras de veritate, ut appareat, quæ distraxerit, quæ pignoraverit, & quæ penes se vel alium habeat? *Pet. Pecc. de reg. jur. Canon. reg.* 18. *num.* 6. De servo M. Agrii Argentarii, falsum sub quæstione confitentis, refert exemplum memorabile *Valer. Max. lib.* 8. *cap.* 4. & plura exempla recentia *Dn. Bull. ad const. Carolin. art.* 6. adeò ut, si reus ad probandum erro-
115 rem confessionis extrajudicialis, vel spontaneæ † admittatur, multò fortiùs ad purgandum errorem sub quæstione commissum? *Zieritz. ad eand. const. art.* 57. nisi malitiosè errorem prætendat, ad dilatandam litem, & confundendum judicium, subsistentibus indiciis indubitatis, *art.* 184. *const. crim. Car. V.* neq; enim malitiis hominum indulgendum est, sed summa potius suadet
116 pietas, in delinquentes, † indiciis penè convictos, severè etiam animadvertere, ne uni indulgendo, ad prolapsionis, contagium provocemus universos. *c. est inhibend. ext. de coh. cler. & mul.* Etenim impunitas delicti incenti-
117 vum est delinquendi, † *c.* 23. *quæst.* 4. nec facilè secundum desperat effugium, qui laqueum prioris criminis evasit. *Symmach.* 10. *epist.* 44. *Farin. de delict. & pœn. q.* 17. *n.* 3. *Reinking. de reg. sec. p.* 235.

29. Indicium furti pariunt claves adulterinæ penes diffamatum re-
118 pertæ, ferramenta, instrumenta quævis, ad patranda † furta expedita, vulgò Sperrz / Brechzeug / Dietterich / oder falsche Schlüssel / *Zieritz. & Dd. passim ad art.* 159. *const crimin.* quod plus est, rerum fragmenta signis, nominibus, cifris, stigmatibus alienis notata, penes aliquem visa, inventa, cum res
119 præsumatur esse illius, cujus nomen obtinet. † *Bald. in l. gallus. ff. de lib. & posth. Bartol. in l. stigmata. C. de fabricens. lib.* 11. signum equi demonstrare cujus sit equus, adserens. Vide *p.* 2. *indic. special. de ind. falsi. n.* 110. quò alludit locus *Claudiani lib.* 2. ibi:

Quid demens manifesta negas, en pectus inustæ
Deformant maculæ, &c.

Benev. Strach. in tr. de mer. p. 2. *num.* 73. *ibi:* Signum est res præter speciem, quam ingerit sensibus, aliud aliquid faciens ex se in cognitionem venire, &c. *Lucas de Penna in d. l. stigmata. ibi:* nota hic argumentum, si quis agit pro bove vel equo mercato merco gregis sui seu armenti, licet non probet, dominium ejusdem bovis, vel equi suum esse, sufficit tamen probare, quod ille suo merco mercatus sic reperitur. hæc ille. Sic ex signis & appendiculis deprehensum est furtum falconis, cujus meminit *Bart. in consil. & tr. sing. de*
120 *falcone.* quod incipit. † Comes Guido de Blanchardo cum ivisset venatum, amisit falconem, quidam rusticus cœpit eum cum sonalliis & jectis, & ipsum captum posuit sub bancho, dando ei beccare, panem & caseum & rapas, de-

inde

inde occasione mali cibi falco est interemtus, &c. & quod res eorum præsumantur esse, † quorum sunt signacula, furta inde probentur, siquidem sine 111
facto nostro res ad alios pervenerint, tradit *Osasc.decis.40.Beer.decis.105.* adeò ut nedum signum alienum rebus propriis sine furti suspicione imprimere liceat. † *Benev.de Strach.d.p.2.num.*80. modo ne dolus absit, prout sæpenu- 112
merò mercatores certis de causis merces alienis signis notari faciunt. *Idem. d.loc.alia:* & in dubio præsumuntur ejus esse merces, cujus signaturâ sunt notata. † *Strach. d.loc.n.*81. adeò ut, si alius mercator unico teste probarit, res 113
ad se pertinere, atque juramento attestationes supplere gestiret, non inde audiatur, per regulam: Quod juramentum suppletorium cesset, quandocunq; præsumptio juris & de jure contra actorem stringat. † *Bald. in l.fin.ff.quod* 114
met.caus.Alciat.de præs.p.3.num.3. Porrò & hoc incommodum infestat agentem, ut lite pendente, quoties de signo promiscuo agatur, contendatur, signo litigioso uti non possit. Idem *Bald.in L.1.C.ut nem.lic.sin.jud.auct.* nisi adversarius esset decoctor. *Strach.d.num.*82.

Porrò de signis stigmatibusq; unde dignoscerentur, servorum hic dicam nihil, quibus par eademq; erat usurpatio pileorum, proinde *A.Gell.7. noct.att.4.* † Pileatos servos venum solitis ire, scribit, quorum nomine ven- 115
ditor nihil præstaret, cujus rei causa fuit, quod ejusmodi conditionis mancipia, insignia esse in vendendo deberent, ut errores errare & capi non possent, nec lex vendundi aperiendi esset, † sed oculis jam perciperent, quodnam esset 116
mácipiorum genus. Sicuti, inquit, antiquitus mancipia jure belli capta coronis induta veniebant, & idcirco dicebantur sub coronis venire. † nam ut ea 117
corona signum erat captivorum vænalium, sic pileus impositus demonstrabat ejusmodi servos venundari, quorum nomine emtori venditor nihil præstaret. *Bude. in annot. ad ff.pag.35.* quibus non obstat *l.unic.§.sed & qui. C.de lat. libert.tollend.* ubi pileus libertatis concessæ indicium dicitur. qua de re *Benev. de Strach. d.loc.num.*77. non secus ac in Clericis corona (tonsura) capitis præeminentiam † regalem denotat, *caus.12,q.1.c.7.* ibi: in Deo regnum 118
habent, & hoc designat corona in capite. Juxtà Dd. servitutis jugum, potiùs præ se ferens, monachos rasos per omnia servis assimilantium, nisi quod vendi non possint. *Bart.in l.31.ff.de reb.credit. Eberh. à Middelb. in top. in loc. à serv. ad monach. Ego in disp. ad Inst.jur.disp.2.th.3.*

30. Indicium non vulgare oritur ex signis, stigmatibusq; reorum faciei, aliive corporis parti vel membro impressis. † *Farinac. d. loc. de furt. in-* 119
dic. in fine. nec non ex incisione vel amputatione auricularum, digitorum, manus, membrorum, sub quæstionibus antehac † ruptorum, distortorum. Et 130
quanquam non pauci contendant non inurendas hominum facies, quæ ad similitudinem pulcritudinis cœlestis sunt figuratæ, per *l.57.C.de pœn.Barter.in disp. ff. me respondente.disp.2. th.2.* dubium tamen non est, quin jure Canonico,

 Saxoni-

131 † Saxonico, nec non consuetudinibus hæc inustulatio passim admittatur. *Schneid. in §. fin. Inst. de I. N. G. & Civ. & in §. fin Inst. de furt. num. 9. Bart. d. loc.* text. juris Canonici patet, *in c. 3. de crim. fals.* quod falsario characterem imprimendum esse jubet. Jure Saxon. Weichbild habetur, ut furibus, qui virgis cæduntur, una in fronte vel maxilla stigma aliquod imprimatur, quo inter alios dignoscantur. Porrò quod consuetudine tolerari possit ejusmodi ritus, tradit *Angel. de Aretin. in l. si quis. C. de pœn.* & refert *Angel. de malef. in verb. facie.* quod in Gallia, nec non in regno Neapolitano hæc consuetudo, practicà cotidiana observetur. Idem testatur *Clar. lib. 5. sent. §. fin. q. 70. Johan. de Pined. in Job. cap. 1. vers. 2. num. 5.* testatur Hispanos inurere Esclavorum genis duplicem notam S. S. & scribit *Joh. Spina. de tranquill. anim. lib. 7.* furibus inuri solere notam in fronte: equidem fas esse ut extrinsecùs hæreant sceleru & viciorum maculæ. Græci quoque fronti furum notam inurebant, Lycurgus nasum abscindi furibus, Numa Pompilius manum, quâ contrectassent, Gothi aures, & primi fures suspendi decreverunt. *Anton. de Guevar. in epist. aur. germ. pag. 128.* Sic cum Joannes Clericus contra indulgentias Papæ affixisset theses in urbe Meldensi, anno 1523. captus exinde, atque impressa in fronte ignominiosè affectus est. *Henr. Panthaleon. lib. 2. rer. in. Eccles. gestar. Wolff. 2. lect. mem. pag. 917.* Præterea constat, quod stigmatum impressio sine omni infamiæ causa & nota sæpè facta fuerit, qua de re *Anton. de Guevar. in epist. aur. part. 1. pag. 133. ibi:* Die Egyptische Priester hatten auch im Gebrauch / wann jhnen jhr Hober-Priester wie Todt abgieng / daß sie alßdann sich selbsten mit einem heißglüenden Eysen ein Zeichen in der Hand / am Arm / oder an der Brust / brenneten / damit sie / als offt sie solches Zeichen ansahen / darüber weineten / nec refragatur, quod homo sit creatura dignissima, *l. 44. ff. de edil. edict.* ad imaginem omnipotentis creata, *Gen. 1.* Sequeretur quoque inde, nedum hominem ob maleficia de medio tollendum, quod plus est, nequam deformare faciem, cum tamen Deo gratius holocaustum offerri nequeat, quam hominis scelerati sanguis *Dd. in l. 3. C. de episcop. audient.* hinc tritus versiculus:

Pinguior ulla nequit mactari victima summo,
Quam meritus fieri victima grata Deo.

Deinde Resp. in homine per imaginem Dei significari magis veram
132 Dei cognitionem, justitiam & sanctitatem, non frontem, non † caput hominis, unde omnia mala in truncum, mente priùs concepta, digesta, defluunt, atque sic explicavit imaginem Dei *Apost. ad Ephes. 4. & ad Coloss. 3.* Augustin. inde hominem Dei imaginem dixit, quod principatum teneat, Dei mandato, in beluas. Quæ sententia Apostoli scriptis quoque confutatur. *Herm. Neuwald. de prob. sagar. per aq. frigid.* ibi: homo dicitur imago Dei, ut in omni virtutum genere præluceat, Deoq; similis fiat in veritate, sapientia, & justitia, quemad-

quemadmodum Plato dixerat: in virtutibus Deo nos similes fieri. *Ott. Meland. de Sag. pag.69.* Planè facies scelerati non Dei sed Diaboli imago inusta dicitur. *Joan. Spinæ. de tranquill. anim. lib. 2. pag. 69.* in locum., ait, divinæ imaginis successit imago Diaboli, cui homicidæ, furtorum ac mendaciorum parenti nihil similius homine. & *Idem d. loc. pag. 68.* homo insidiosior est lupo, callidior vulpe, &c. huc accedit, quod maleficia, quæ singula à singulis bestiis, solo instinctu & feritate naturali proferuntur, nulla electione nec voluntate adhibità, illa universa & perfecta in hominibus reperiantur, ad quæ exequenda (Diaboli instinctu) nil operæ, nil consilii, vel sui, vel amicorum prætermittant. hæc ille: Imò tantum præstat stigma in reo repertum, abscissio auricularum, ut fur examinandus, sub quæstione de furtis, vel delictis aliis, cum reverà dici nequeat, ob furta retrò patrata, auriculas abscissas esse, interrogari possit. *Dn. Bull. add. const. crim. art. 161.* quod examen speciale aliàs jure non admittitur. *l. 1. §. 21. ff. de quæstion.*

31. Affine & propinquum est huic indicio, ut, quoties reverà constat reum propter furta minora antehàc fuisse vel fustigatione, vel relegatione plexum, † adeò ut, novis emergentibus indiciis, exinde unà quæstioni subjugari queat ob furta majora patrata. Qui enim ob rem minorem fruendam delinquit, tanto arguitur pravus, quia à minori motivo est incitatus, † *Alphons. Tostat. in Matth. tom. 4.* hinc illud Juvenalis *Satyr. 13.* ibi: 133 134

Quisnam hominum est, quem tu contentum videris uno
Flagitio. &c.

vel ut *Pineda in Job.* ait: Simplicia tam diu pura manent, quam diu non fiat compositio, quæ tamen administratione corruptâ, facilè sequitur, *cap. 1. vers. 51. tom. 2.* & *Claudian lib. 2.*

parvæ poterunt impellere causæ
In scelus, & mores facilis natura reverti.

Neque his advertatur, quod *Ludov. à Peguer decis. 16. p. 1* statuat, non posse ex furto parvo torqueri reum, ad manifestandum magnum furtum, vel delicta similia; &c. Idem sentit † *Berlich. part. 5. concl. pract. concl. 43. num. 78.* Respondemus, nos non ἁπλῶς, sed secundum quid, ut loquimur in scholis, adstruere hæc eadem, scilicet prædominantibus indiciis, ut siquidem eadem stringant, concurrente furto parvo, per ætiologiam juris: † Quod unum idemq; indicium nunquam pariat quæstionem, quod omninò ex hypothesi sequeretur, quandocunque *Peguera & Berlich.* crudè sumeretur sententia; cum sine causalitate nullum † fiat signum, rarum indicium, *Alphons. Tostat. in lib. Levit. 304.* & sine prioribus non existant posteriora. *Idem in Matth. tom. 7. num. 255.* probationes à priori, Aristoteles vocat demonstrationes, à posteriori signa. † *Idem Tostat. in Exod tom. 1. num. 80.* Et sanè non ullum finitur vitium ibi, ubi est exortum. *Valer. Max. lib. 9. cap. 1.* cum natura haud ferat, 135 136 137 138

arborem pravam fructus germinare bonos. *Zachar.* 1. pravi dicuntur Quercus Basan, non hominibus sed brutis fructum ferens. *Joan. de Pined. in Job. cap.* 22. *vers.* 8, *tom.* 2.

139 † 32. Denique furti indicium pariunt mendacia *text. in l.* 68. §. 1. *ff. ad l. Falcid.* ibi: quia nihil interfit subtraxerit, an hereditariam esse negaverit: proinde effatum Germanicum tritum ac vulgare, wer lieget/der stiehlet/rc. hinc turpissimum judicabant Persæ, fomitemq; delictorum [1] mentiri, [2] ærecq; alieno esse gravatum. *Plutarch. de vit. ær. alien. p.* 2. *Lather. de cens.* 1. *cap.* 8. *in princ.* atque hinc variæ illæ, in mendaces, præsumptiones extant: qua de re *p.* 1. *cap.* 34.

33. Uti peculatus indicium infallibile suggerit avaritia, uti infrà *cap.* 4. *& in loc. de indic.* residuorum & repetundarum demonstravimus: ita quoque furti præbet indicium. *Joan. Wolff. tom.* 2. *lect. memor. pag.* 976. faceto declarans exemplo hoc indicium, ibi: Radix omnium malorum cupiditas, & nihilominus est hoc scelus tam familiare hominum generi, ut vix aliquod vitæ institutum invenias, quod non hoc idem oleat atque resipiat; imò & gens Ecclesiastica, Judas Ischarioth & Simon Magus hunc palmitem in ea sic plantarunt, ut optimè succreverit & in plures alios adoleverit. Pudor mihi est dicere, ait *Laur. Cupræ. Monach. Carmelit. in Theat. Mundi*, ex quo transcripsit hæc Wolffius dicto loco, atque referre narratiunculam monstri similem de avaritia Italici cujusdam Prælati, quem Angelorum vocabant Purpurati & Cardinalitii ordinis:

Hic ita erat hoc infelici rabiosæ veneno avaritiæ commaculatus, ut (cùm ejus equisones, sub noctem dederant equis avenam) ipse per occultum ostiolum solus, & absque lumine in equile descenderet, & propriis suis avenam subduxerit equis: & furtivum hunc ingressum tot noctibus continuavit, ut ipse equiso, videns equos suos tàm strigosos & macilentos, in ipso stabulo furem observaturus, recubare tandem coactus fuerit: unde in ipso facinore dominum deprehendens, pro compensatione sordidæ & ardentis avaritiæ, furcâ sic ipsum contudit, ut fractus verberibus in Cameram referri debuerit. hæc ille.

CAPUT

CAPUT III.

DE CRIMINE PECULATUS.

SUMMARIA.

1. Definitio peculatus traditur.
2. Peculatus & sacrilegii differentia.
3. Peculatu tenentur, quicunq; reditus publicos etiam per obliquum defraudant.
4. Fures publici in auro ac purpurâ gloriosi.
5. Quæ pœna peculatus?
6. Qui secreta Reipublicæ pendit, peculatu tenetur.
7. Peculatus convictus hodiè furti pœnâ tenetur.
8. Legumlatores maximè detestantur hoc crimen.
9. Ratio subjicitur, cur tàm enormiter coërceatur hoc delictum.
10. In causa peculatus rei minoris habetur ratio.
11. Par rapiendi & furandi cupido quoad res minores, parem meretur pœnam.
17. Officialis qui sinceram non reddit redituum publicorum rationem, pœnâ capitali coërcentur.
13. Peculatus reputatur pro furto domestico.
14. Defraudatores publici census, sunt instar felium domesticarum.
15. Quid constitutio criminalis. C. Q. & statuta Saxonica hac de re disponant?

ATQUE tantum de furto simplici, vel furtorum indiciis in genere. Subsequuntur species furtorum, quas ordine quoq; subjiciemus, & pro re natâ explicabimus, cumprimis indicia eorum adnotantes.

Referuntur illæ species hoc modo: Prima est Peculatus. 2. Sacrilegii, 3. Fructuum. 4. Arborum furtim cæsarum. 5. Ferarum bestiarum. 6. Piscium. 7. Rerum hereditariarum. 8. Necessitatis tempore furti commissi. 9. Furti terminis motis, conjuncti. 10. Rerum depositarum. 11. De residuis.

De peculatu itaque primo loco tractabimus, definito, quod sit furtum publicæ † rei, vel pecuniæ publicæ contrectatio. *l.1.l.9.§.2.ff. ad L. Jul. pec.* 1
Tiber. Decian. in tr. crimin. lib. 8. cap: 28. ibi: qui fraudem ærario faciunt, publicamq; pecuniam intervertunt, &c. Vel qui tabulas legum, forma agrorum, vel quid aliud continentes, resignant, mutant, celant, *l.8.eod.* secreta senatus aliis pandunt, *l.9.§.5.eod.* qui Deo immortali vel Ecclesiis dedicata auferunt, in usus proprios vel illicitos & reprobos impendunt. *l. 4. §. 1. ff. eod.* Ubi differentia peculatus & sacrilegii probanda, ad evitandos errorum labyrinthos: peculatum committit in rebus sacris & religiosis administrator † 2
œconomus, vel dispensator earum rerum, sacrilegium extraneus quisq;, *Dd. in d.l.4.* De quo specialiter suo loco etiam dicetur.

Porrò peculatum committit non tàm qui furantur pecuniam publicam, sed & qui obliquè ea machinantur vel machinati fuerunt, quo reditus, census reipublicæ ad sua commoda defraudarentur, amputarentur, plus sacculi proprii, quàm reipublicæ, vel principis rationem † & respectû habentes, *Mo-* 3
nsch.

noch.1.arb.qq.cas.586.Rauch in pr.crim.p.4.c.14.de pecul.ibi: So jemand ei-
nes Fürsten oder Herrschafft Gelt oder Gut/durch heimliche Pratiken an sich
bringet/vnd in seinen eigenen oder andern Nutzen/ nicht aber dem Herrn zu gu-
te anwendet/ ꝛc. atque hi peculatores sunt, de quibus *Cicero* scribit *in orat.*
4 *quadam de præd.inter milit. distrib.* fures publici † in auro atq; purpurâ glo-
riosi. Vel ut *ex Erasm. Aleman.* loquitur *in pal.consult.2.de pecul.* qui splendo-
re, luxu, & magnificentia cum antiquissimis familiis certant, quos Pansone
& Codro mendiciores non ita pridem, in ditionem isthanc venisse, suaq; bo-
na universa corbe portare potuisse, omnes norunt.

Tota domus Cõdri rhedâ componitur unâ.

5 *Idem ex Juvenale in consult.3.de mag.perp.* Pœna hujus maleficii † est aquæ
& ignis interdictio, jure antiquo, §.10. *Instit. de p.1.l. 3.ff. h.t. Marcianus* re-
fert, *in l.10.ff.eod.* Divum Severum & Antoninum, juvenẽ quendam clarissi-
mum, cum inventus esset arculam in templo ponere, ibiq; hominem inclu-
dere, qui post clusum templum de arcâ exiret, & de templo multa subtrahe-
ret, & se in arculam iterum referret, convictum in Insulam deportasse. Sed
hæc pœna casusque ad sacrilegia potius spectat. Audiamus *Valer. Max. 1. de
cult. deor.* referentem: Quod Tarquinius M. Tullium Triumvirum, eò quod
6 librum secreta civilium sacrorum † continentem, custodiæ suæ commis-
sum Petronio Sabino describendum dedisset, in mare abjici jusserit. *Prout*
7 hodiè sententia communis Dd. eò tendit, peculatus † convictum furti pœ-
nâ indistinctè teneri, fundata *in l.81.ff.de furt.* imò in ipsa *constit.crim. Car. V.*
8 *art.17. Tholosan. 33.syntag. cap.19. ibi*: certè non potest † esse satis gravis
pœna in has hirundines, quibus, cum pecuniæ publicæ, sæpè ex lacrumis &
sanguine provincialium conquisitæ, sunt commissæ, ac in utilitatem expen-
dendæ, eas ipsi sibi retinent, artibus & fraudibus sibi conservant, & ex mul-
9 torum † pauperum nece, opiparas & magnificas comparant opes, idq; brevi
tempore, in quos Princeps, gravioribus negotiis liberatus, oculos conver-
tat, rationes exposcat, & pingues necari jubeat, ut quæ malè digesserunt, evo-
10 mant; in tantum, ut etiam rei minoris furtivæ hic habeatur † ratio; *Tira-
quell.de pœn. caus.58.* modò delictum certum & apertum sit, *Petre. in concl.*
17. unde *Plato de ll.12.* jubet, ut si administrator quid furatus sit de publico, si-
ve magnum, sive parvum id sit, eum supplicio pari puniendum, nam qui rem
minorem contrectavit, subduxit, minori quidem vi, quàm qui rapuit, pari
11 tamen cupiditate † est furatus. *Jul.Clar.quæst.68. num.30.* incipit nunc vi-
dendum adserens, officialem qui publicos proventus subtrahit, nec decenter
12 de iis rationem reddere † potest, pœnâ capitis afficiendum. *Petr.Frid.Min-
dan.2.de mand.2.q.13.* Adde, quod furtum hoc, revera furtum domesticum
vulgò appelletur, furto simplici atrocius, atrociores exposcens pœnas, à pro-
ditione parum vel nihil distans, *1.dist.93. ibi*: est domesticus multò nequior
hostis,

hostis, † quàm illi, qui foris evidenter sunt inimici, &c. quò spectat politi- 13
corum effatum, à felibus desumptum, quæ ad conservandos caseos & arcen-
dos † muros, unò morsu, si os ad caseum ponant, plus nocere soleant, quàm 14
decem mures inde deglutire possint, *const. Sax. public. Dresd. Anno* 1584 *cap* 4.
const. ord. 41. disponit: † Daß ein Schösser oder Verwalter so auff 100. Gülden 15
den Müntz hoch veruntrawet / mit dem Strange zu straffen / etc. Cui accinit
constit. crimin. Carol. V. art. 170. Das solche Untrewe und Missethat einem
Diebstal gleich zu straffen.

CAPUT IV.

DE INDICIIS PECULATUS.

SUMMARIA.

1. *Indicia peculatus sunt repentinæ divitiæ.*
2. *Quando præsumantur opes injustè conquæsitæ?*
3. *Quæ rationes dicantur decenter & justè redditæ?*
4. *Officia per ambitum quæsita redolent peculatum.*
5. *Fiscalis in redemptores officiorum inquirere tenetur.*
6. *Qui res singulas describere intermittit, indiciis constringitur.*
7. *Quomodo rationes conscribendæ, exhibendæ, & reddendæ sint?*
8. *Administrator toties quoties tenetur repetere redditionem rationis.*
9. *Qualiter ex avaritia formentur indicia peculatus?*
10. *Non creditur soli principis assertioni ministrum suum esse peculatorem.*
11. *In civilibus verbum principis habetur pro Evangelio.*
12. *Rex Galliæ coram Parlamento in civilibus convenitur.*
13. *Regi Galliæ minori quoque, denegata est restitutio in integrum.*
14. *Qui in venditione mercium decepit principem, peculator dicitur.*
15. *An perquirere liceat suppellectilem chartaceum indiciati?*
16. *Multi principes inscii latrones fovent in aulis.*
17. *Qui ex inopinato resignat officium suspectus est.*
18. *Administrator peregrè abiens, post se relinquere tenetur procuratorem, cum speciali mandato.*
19. *Procurator ineptus pro non constituto habetur.*
20. *Ubi mandatum speciale requiritur, ratihabitio nihil præstat.*
21. *Indicia parit omissio quorundam receptorum.*
22. *Error quoad omissa recepta allegatus probari debet.*
23. *Quomodo præsumatur vel probetur error?*
24. *Intricatæ & obscuræ rationes pariunt indicia peculatus.*
25. *Fures publici per ostentationem divitiarum sese ipsos produnt.*
26. *Quò quis proximior regi, eò proprior est cruci.*
27. *Explicatur l. 10. C. arbitr. tutelæ.*
28. *Nummus injuria acquisitus neminem liberat de patibulo.*
29. *Nummus obest virtuti & facit ne quis facilè scribat libros.*
30. *Quæcunque sordes hic indicia pariunt.*
31. *Argumentum à minori ad majus quomodo*

modo in causis maleficiorum concludat.

32. *Describuntur effectus avaritiæ.*

33. *De indiciis quæ oriuntur inde, quod officialis rationes reddere tergiversetur?*

34. *An indiciis peculatus prægravetur senatus oppidanus, nolens principi suo administrationis reddere rationes?*

35. *Senatores civitatum tenentur ex culpâ & negligentiâ, non secus uti tutores pupillis.*

36. *Dominus territorii non est dominus redituum civitatis.*

37. *Principis cura sit locupletes habere cives.*

38. *Quibus de causis civitatis administratores teneantur reddere rationem principi?*

39. *Princeps tutor supremus sordes magistratus oppidani purgare potest salvis privilegiis.*

40. *De indiciis, quæ depromuntur inde, cùm collega collegam de sordibus taxat.*

41. *Indiciis vulpes depeculantes è foveis extrahuntur.*

42. *Æmulatores & censores sordium necessarii sunt in republica.*

43. *Practica Catonis Majoris hac de re & judicium.*

44. *Indicia peculatus generat nominatio judicialis, sive extrajudicialis collegarum.*

1 1. INdicia peculatus † sunt repentinæ, post susceptam administrationẽ, divitiæ, & conquisitæ opes, *Aleman. in palæstr. cons. 3. p. 115.* hinc tritum proverbium: Nemo ditescit nisi malo alterius. *Eras. in chiliade 4. cent. 5. pag. 935. Adam Contz. in polit. 8. cap. 19.* ubi attestatur, haud probè census à Romanis administratos, judicatum, si quidem iis, qui rationes reddidissent, nonnihil bonorum incrementi accessisse deprehenderetur, *Johan. de Plat. in l. facultas. in verb. sic sanè, C. de jur. fisci.* Sic distinguens hoc indicium exponit: aut (ait) administrator est ex hisce, quibus est concessum contrahere & negotiari, & penes ipsum erat administratio pecuniæ vel reipublicæ, & de ipsa ad-
2 ministratione † reddidit bonum computum, & hoc casu non præsumitur acquisivisse de bonis reipublicæ: aut reddidit rationes parùm accuratas, & omni exceptione minime superiores, præsumitur ex pecuniâ publicâ sibi comparasse opes. Hæc ille.

Accuratæ & justæ rationes autem videbuntur demum. 1. Si inventaria, libri rationum decenter sunt facti, quoniam nulla ratio gestionis univer-
3 salis multavaria & diversa † continens, rectè & probè reddi, examinari & ventilari potest, nisi per ostensionem librorum. *Schurff. consil. 41. cent. 2.* adeò ut contra non conficientem libros rationum, non secus ac contra tutorem inventarium non facientem, sub ingressu tutelæ, in litem jurari possit. *l. tutor. ubi Dd. ff. de adm. tut. Schurff. d. loc.* 2. Si administrator sese non ingesserit, munus publicum non prece, nec precio sibi comparaverit, *Pet. Pecc. de reg.*
4 *jur. can. reg. 19.* † cum culpa sit se immiscere rei ad se non pertinenti. *l. 36. ff. de R. J.* nec scrupulo, careant affectati, spe & prætextu officii, commodi, ambitus vel repetundarum, officia redempta, *sup. p. 2. cap. pen. & fin. & p. 1. cap. 57.*
5 adeò ut in nundinatores ejusmodi, † fiscalis ex officio inquirere, & si quas, emisse viderit, officia, exactiùs observare teneatur, *sup. cit. loc. Tiraquell. de nobilit. cap. 27. in fine. Petr. Pecc. in d. reg. 19.* 3. Si administrator res singulas civitatis

vitatis probè descripserit, & si quę de novo eis accesserint, ad tabulas redituũ, uti corpori bonorum, fideliter annotâ rit, quod si hæc neglexerit, sine quibus justum rationum † non erit fundamentum, supervacanea erit rationum red- 6
ditio, in tantum, ut de dolo & aperto furto teneatur, res singulas describi intermittens. *Schurff. consil. 9. cent. 2.* [4] Si rationes reddiderit, librum utique vel tabulas redituum, & antiquorum & præsentium exhibere debet, nec non si census, introda vel reditus, uno vel anno altero defecerint, decreverint, rationes & causas, quæ meritò sibi erunt notissimæ, explicare tenetur. † *Schurff. d. consil.* [5] Porrò quoad recepta & expensas, non sufficit in genere 7
allegare, tantum expensum, tantum receptum: Sed specialiter & nominatim à quo, & cui datum, quantum, & ex quâ causâ, quo die, consule datum? *Bart. in l. comperimus. num. 1. C. de nav. sua naut. public. &c. Molinæ. in consuetud. Parisiens. tit. 1. §. 6. gl. 6.* [6] Porrò nec justa videbitur ratio, ubi apochis & quietantiis summas majores non probaverit, minores jurejurando non adseruerit erogâtas, imò si reliqua non confestim solverit. *Schurff. d. consil. 9. num. 6. & seqq.* atque hinc jure placuit: Quod nedum prælato credatur, se in utilitatem Ecclesiæ res convertisse, nisi probet. *authent. hoc jus porrectum est. &c. Cod. de sacr. Eccles.* cum aliud sit reddere rationem, & redditam confiteri. *arg. l. assiduis. C. qui pot. in pig. habent.* Planè ubi facto opus est, verba non sufficiunt, nec factum probant. *c. 1. ext. de eo, qui in poss. mitt.* [7] Si editis rationibus, scrupulus emergat, relectis & examinatis registris: Si computatio Abrechnung †, dubia, mutila vel manca ex intervallo deprehendatur, nec admini- 8
strator denuò reddere rationes velit, quod in tutore quoque receptum constat, cum tutela & cura reipublicæ, paripassu procedant. *Schurff. d. conf. 9. cent. 2. num. 8 & seqq.* vide præclarum tractatum *Nicol. Vallæ de rebus dubiis. tract. 20. num. 24. pag. mihi 334. ibi:* Qui rationes redditurus est, multa eum facere oportet, primum debet præscribere accepta, deinde data & accepta, has rationes postea legendas offerre, deinde computandas, ut explorari possit, computationes probè an improbè referantur, accepta rectè relata, an non rectè? Et ita dominum notitiâ rationum instrui oportet, ut sciat, quid in quacunq; ratione vel articulo scriptum sit, scilicet eas legendo, examinando, & excipiendo. Ille autem docere debet, constare fidem omnibus, quæ ab eo gesta sunt, quod nihil subtraxerit, aut celaverit ex iis, quæ acceperit, neque aliquid expensum rationibus præscripserit, quod non dederit, postremò reliqua solvere debet, quod est potissimum. Hæc ille.

2. Indicium est avaritia, & munerum pro adnumeratione pecuniæ ab ærario exsolvendæ, receptio. Ejusmodi indicium objectum fuit Johanni Schenitz Camerario & Quæstori Alberti, Episcopi Magdeb. de anno 1539. Er hette von jhm in Erlegung etzlicher Hauptsummen / Schenckung gefodert / vnd sich vernehmen lassen / † wo jhm nicht Schenckung beschehe / daß die Zah- 9

lung desto langsamer gehen würde/ec: *in apolog. Antonii* Schenitz. *excussa typis*
Witeberg. d. anno 1539. ubi dicitur, virum illustrem quendam certiorasse
episcopum de hocce indicio & infidelitate quæstoris. Ubi notatum esto,
quod soli principis assertioni delicto stetur, eaq; plenè probet ad hunc effe-
10 ctum, ut inquisitio formari, nec † verò quæstio confestim inde fieri possit,
nisi junctis indiciis fortioribus & propinquioribus. *Clar. q. 53. versic. sed quid*
si aliquis. Felin. c. cum à nobis. num. 10. ext. de testib. Farinac. de opp. contr. pers.
test. lib. 2. tit. 6 q. 63. num. 182. Sic nec principi creditur, asserenti ministrum
suum esse peculatorem. Proinde *Luther. in Apolog. quadam contra Cardin. de*
hoc process. ibi: Item auff dißmahl möcht ich seine Cardinalische juristperditen
gern fragen/ wo sie solche Dialecticā oder jura studiret hetten / daß der ein Dieb
vnd henckens werth sey/ der ein Geschenck begehret/ec. Aliàs in civilibus sonat
diverbium, quod principi quicquam asserenti ad sententiam inde ferendam,
omninò sufficiat, quia verbum principis pro lege & Evangelio habendum
11 sit, qui præsumitur justitia plenus, & † omnia deliberatè, & prout convenit,
facere. *l. 2. §. merito. & si quis. ff. ne quid in loc. publ. l. ex facto. ff. de vulg. & pupill.*
subst. quod ipsum ad Duces Mediolani Ferrariæ, Delphinos Franciæ, & quos-
cunque alios, jura imperialia exercentes, & de facto superiorem nō recogno-
scentes, extendit *Felin. in c. cum à nobis. num. 3. ext. de testib. Farinac. d. loc. num.*
87. Porrò *Bodin. l. de Rep. 9.* collaudat suos reges, se potius curiæ Parisiorum
subjicientes in civilibus. ibi: extat in actis curiæ Parisiensium sententia con-
tra Carol. VII. lata, qua damnatur sylvam urbi proximam in Parisiorum u-
12 sum cedere, precio constituto, quam † qnidem ad rem vix privati unquam
adigerentur. Ubi scriptum reliquit, reges decimas dare judicio curiarum da-
mnatos, & cum Rex damnatus aliquando procuratoris negligentia periis-
13 set in integrum restitutionem, eandem denegatam fuisse, imò Reges † ætate
minores nullo gaudere restitutionis beneficio, &c. hæc *Bodin. d. loc.*

3. Indicium est peculatus, quoties non tam ex rationum codice, quàm
14 aliis, iisq; privatis scripturis & manualibus constat, & in aperto † est, admini-
stratorem ad emendas merces deputatum, vilioris emisse eas, quàm adpre-
ciatus est Domino. *in d. apolog. ibi:* Daß er von einem Kauffmann zu A. et-
licher Ringe vnd Steine halben den Cardinal in hundert Gülden vbernom-
men / vnnd thewrer / dann es jhm der Kauffmann gegeben/ angeschlagen/ ec.
15 Sed utrum jure liceat perquirere suppellectilem chartaceū, hoc in casu † du-
bitari posset? Resp. Stringentibus indiciis generalibus, id omninò esse
permissum, non tàm, quod furti inquisitio per ædes suspectas sit licita, quā de
re *in cap. praeced.* quàm quod vir frugi ultrò concedat, ad detegendam inno-
centiam, quævis de sese indagari, modo Calumnia & sitis alienæ famæ & san-
guinis absit, insidiæ & technæ aulicæ non prædominentur. *Joan. Bouschet in*
annalib. Aquitan. ubi enarrat, qui Jacobus à Beaune per omnes gradus ab in-

fimo

ſimo ad extremum honoris & divitiarum faſtigium emerſerit, & aliquot Regibus Gallicis annos 60, à conſiliis fuerit, tandem in carcerem conjectum & ad patibulum condemnatum oraſſe, ut officiorum ſuorum erga tot reges gratia, vita beneficii loco ſibi donaretur, at in caſſum laborantem tandem dixiſſe: Juſtè mecum agitur eò, quod tot annos tantum hominibus miniſtraverim, non dubito, quin ſi unicum tātum annum domino cœleſti ſerviiſſem, plus eſſem conſecuturus. *Johan. Wolff. tom. 2. lect. mem. pag. 290.* Equidem vero verius eſt, principes † inſcios in aulà multos fovere latrones, à latere 16
principum ſedentibus, maximè inſidiantes, *Crantz. in Wandal. 12. cap. 31. & Saxon. 37. lib. 9.* malitiam ut plurimum, inſtar alchimiæ practicari in aulis, bonos flere, malos gaudere. *Warem. ab Erenb. in tract. de fœd p. 1. n. 164.* indoctos, ſcurrasq; auritos capitali crepare odio adverſus hos, quos virtus tramite juſtò deyexit ad ſublime. *Camer. 1. med. hiſt. cap. 37. Rebuff. in tract. concordat. pag. 55. ubi ait:* quod in hoc paſſu judex favere debeat literatis, nominatis præſertim & graduatis, allegans *Domin. conſil. 37. col. 3.* Ut enim Reipublicæ intereſt, eam coruſcare viris literatis, *c. ſuper. & c. ex eo. ubi Canon. de elect. in 6.* quorum moderatione conſilia ſana accipiuntur, maturitate decenti concoquuntur, dextrâq; deliberationis gravitate proferuntur. *c. apoſtolicæ 35. q. 9.* ita ſuppreſſis vel ſublatis illis, eâ jacturam faciat haud vulgarem, neceſſe eſt, *Rebuff. d. loc. p. 56.*

4. Indicium eſt, quoties adminiſtrator præter opinatum, reſignat officium, peregreq; ſe abſentare intendit, concurrente famâ, vel † etiam in- 17
tentatâ contra ſe inquiſitione, *in d. Apol. Ant. de Schenitz, ibi:* Daß er ſich zur Flucht ſoll geſchicket haben / vnd darauff etzlich Geräthe / Brieffe vnnd anders in ein Kupffer eingeſchlagen / ꝛc. nō relinquens poſt officium depoſitū, procuratorem ad acta inquiſitionis ſive accuſationis. *l. unica. verſ. quod ſi intra. C. ut omnes jud. tam civ. quam crim.* ita enim jure comparatum eſt, ut quoque judex ſyndicatus, aliarumq́ noxarum † diffamatus, officio vacante, priuſquam 18
decedat, procuratorem cum mandato ſpeciali relinquere poſt ſe teneatur. *arg. d. l. unic. Rebuff. in d. lib. concord. pag. mihi 124.* nihil operante tali cautione, per brocardicum triviale: Quod ubicunque requiritur mandatum ſpeciale, ratihabitio non † habeat locum. *Calcan. conſil. 77. gloſſ. in c. nonnulli. in* 19
verb. ſine ſpeciali. de reſcript. nec ſufficiat cum libera, *l. ſi quis mihi. §. juſſum. ff. de acq. hered.* imò indicia potius cumulantur procuratore inutili, hoc caſu, conſtituto. *Bald. in l. illud. 25. §. fin. ff. de minor.* vel eodem non ſufficienter inſtructo, dato, qui † alias mandato ſufficienti carere dicitur. *Idem in l. unic. C.* 20
etiam per proc. cauſ. in integ. reſt. ag. poſſ. Rebuff. citat loc. p. 316. ubi & in paginis antecedentibus aliquot, caſus recenſet 48. ubi procurator ſine ſpeciali mandato ad agendum non admittitur.

5. Indicium eſt, cum adminiſtrator recepta quædam omiſerit in rationi-

21 tionibus, vel aliquam confusionem iisdem malitiosè † induxerit. *d. apolog ibi:* Daß kein Unterscheid zwischen Golt/Thalern vnd Gülden gehalten/vnd daß/da er Golt empfangen/ Müntze berechnet/ vnd also an jedem Goltgülden etzliche Groschen/oder sonsten nach Gelegenheit der Müntz/für sich behaltẽ, &c. nisi error probari possit, isque indiciis apparentibus quodammodo elucescat, cum præsumptio præsumptionem enervet, & omne fortasse, ut ille †
22 ajebat, per fortasse contrarium elidatur.

Elucet verò manifestus error, ut siquidem de 30. pars tertia, quæ est 10. calculentur, 15. vel 12. in reliquis, cum tamen certum erat, non nisi partem tertiam computari voluisse ex præsuppositis, quæ per sese liquidò cōstant, *Schurff. cent. 1. consil. 76. num. 4.* quem errorem expressum appellat, ibidem, nec viciare regestra vel transacta, cuiq; etiam † haud obstare, quod transacta
23 vel judicata non revocentur errore calculi, qui alias est privilegiatus, & allegari potest usque ad annos 10. vel 30. *l. calculi. 18. de admin. rer. ad civ. pert. l. unic. C. de errore calculi. Cujac. in l. 2. C. de jur. fisci.* Quanquam non pauci tradant, ipsam super calculo transactionem, errore reperto, rescindi jure posse, *Bart. & Dd. in l. etsi me putem. ff. de condict. indeb.* cumprimis si de re immodicâ verratur quæstio, cum minimum non curet prætor, *l. scio. ff. de rest. in integ.* nec defectus parvus sit in consideratione. *l. quamvis. ff. de cond. & dem.* qui parum transgreditur non vituperatur. *Bald. in c. cum adeo. col. 2. de rescript. Rebuff. in tr. concord. in rub. de collat. §. 1 pag. 305.* Probatur autem calculi error quandocunque constat, rem se aliter habere, quam rationes referunt, transactio dictitat. *arg. l. 13. & 25. §. fin. ff. de probat.* alii distingunt inter errorem qualitatis & quantitatis, qua de re *Schurff. d. consil. 36. n. 10.*

6. Indicia faciunt intricatæ & obscuræ rationes circa lignationem, la-
24 pidicinam, & calcis confectionem, earumq; venditionem, & quæ alia, † occurrentem, præfecto vel curatore, ædes sumptuosas intereà exstruente. *d. apolog. ibi:* Als solte er mit Stein/ Kalck vnd Holtze / betrieglichen vmbgegangen/ vnd von seines Herrn Kalck Stein vnd Gelt sein Gebäw gethan habẽ/ &c.
25 Submirandum equidem, viros paulatim fortunatos, fastus ac superbiæ † crepitus retinere non posse, scilicet proditionis sui ipsius plenos, ac irrimenta invidiæ & omnis mali. Etenim luxus luctum, fastus fastidium parit, & quò divitiarum plus ponderis homines possident, eò ad ruinam & interitum sunt faciliores. *Lactant. de divin. prem. 7. cap. 15. Joh. Wolff. p. 1. lect. mem. pag. 75.* Paucos beavit aula, sed & hos ipsos, quos beavit, perdidit: & quos propin-
26 quiores regi videris, eos patibulo proximiores † dixeris. *Joan. Bouschet. in annalib. Aquitan. paulo ante. num. 16.* uti reverà Scenizio illi accidit, qui à principe frater sæpenumerò nominatus, & postmodum peculatus immeritò accusatus, prope Halam Saxoniæ, absque omni judiciario strepitu, de cruce fuit noctu suspensus. *Luther. in lib. contra Albertum Cardinal. & Episcop. Magde-*

Magdeburg. de anno 1539. vide *Joh. Spinæ. lib. 2. pag. 75. ibi:* Si quis princeps egenum aliquem domo suâ exceptum & intra mediocritatem ab se auctum & ornatum, biennio vel triennio post opulentum videret, maximam pecuniæ vim fœnori collocantem, numeroso satellicio stipatum, ac ingentes sumptus facientem, nonne justa de causa eum suspectum haberet furti? *hæc Spinæ.* neque hisce adversatur, quod dicitur *in l. 10. C. arbitrium tutelæ*, industriam & augmentum patrimonii, quod laboribus & multis casibus quæritur, nemini interdicendum. Quem textum probè annotandum pro officialibus, ilicò † ditescentibus, vir bonus quidam adferebat, für Amptleute vnnd 27 Schösser/welche bald reich werden/etc. Resp. honestis quæsita rationibus, non financeria & sordibus parta bona subintelligere textum, quanquam enim nummus † vincat, regnet, imperet, non tamen ab omni malo defendit, non à 28 patibulo liberat, injuria conquisitus, *Rebuff. in tr. concord. in proœm. pag. 25. Bald. in l. receptitia. C. de constit. pec.* ibi: magna sunt opera ejus, qui habet pecuniam; facit enim quæ vult, & habet rem, quam vult, etiamsi vellet pulchram mulierem. *hæc ille.* Philosophi olim prudentiores, ne pecuniæ occasione in vicia prolaberentur, eam flocci fecêre, cum impossibile videatur, virtutes & divitias unà possideri;

Pauci quos æquus amavit
Juppiter, aut ardens devexit ad ardua virtus.

Quæ sententia mihi semper vera fuit visa, ait *Rebuff. d. loc. pag. 36.* & eam nisi insecutus fuissem hactenus, non hæc † pauca scripsissem. 29

7. Indicium est ex sordibus officialium quibuscunque depromendum. *in citat. apolog.* ibi: Daß er einem Juden zu N. biß an die anderthalbhundert Gülden † abgezogen/da doch dieser Abzug dem Fürsten nicht berechnet 30 worden/etc. vide *Alem. in palæstr.* ubi disputat, an princeps sanguinis pœnam statuere possit in præfectum, veritas, in sui quidem sacculi commodum, sed in fraudem Principis insigniter tendentes artes exercere, compertum? *consult. 2. de pec. pag. 15.* nobis hic de modica, quoad indicium fundandum, idq; ad majora extendendum, interversione & fraude, est quæstio, cùm à minori ad majus in maleficiis, † quæ ad eundem tendunt effectum, efficaciter infe- 31 ratur. *Joan. And. de reg. jur. in c. odia. de R. J. in 6.* Cæterùm si minoris quæstus, in dispendium fisci vergentis, rei omnes strangulandi, unde furcarum materies depromenda? Cum officiales in genere præsumantur avari. *Bertrand. consil. 59. vol. 3.* & quocunque te vertas, avaros reperias & sordibus plenos, licet hic citius, ille serius prodat affectus naturæ, adeò ut si quos ob avaritiam te relegasse existimes, pejores successisse non dubitabis. *Sign. de Pibrac. p. 41. ibi:* que le litige procedoit, & estoit † en grande &c. Scilicet quæ non 32 modò singulas, sed & universas familias occupavit, hæc est ingluvies magna, magna & insatiabilis bestia, avidit as livida, & cæca exactio, tenuiorum ex-

pilatio & suppressio, quæ, ut ait Cicero, est amor inordinatus, imò sceleratus,
habendi; ut *Ovid. in Metamorph.* loquitur, quam lepram quoque nuncupat
Johan. Sarisb. 6. lib. 3. de ung. cur. c. 3. Venusta Paraphrasis est *ex Plinio, lib. 16. c. 3.*
adserente, argentum, dum candidum est, impressum corpori, nigras efficere
lineas. Sic ait *Joh. de Pineda in Job. cap. 28. vers. 1.* Qui candorem argenti ni-
mium amat, animi candorem amittit, & animo nigrescere incipit, proinde
illud:

Hic niger est, quem tu Romane caveto.

8. Indicium oritur ex tergiversatione, & quæsitis subterfugiis, † ne
33 rationes reddantur, juxtà illud: Qui lucem fugit, tenebras quærit, & qui ma-
lè operatur, lucem odisse solet. *Joh. c. 1.* Quod indicium quoque imputatum
fuit Scenizio, *referente Luthero suprà cit. loc. ibi:* Er habe den Schnenitz nicht
können zur Rechnung bringen / etc.

34 Sed quid si Princeps à civitate sordium, malæq; † administrationis dif-
famatâ, requirat libros rationum, vel interesse velit per deputatas, quando-
cunque sibi invicem redduntur rationes, utrum civitas nolens in conspectu
principis vel commissariorum, edere rationum tabulas, inde indiciis prægra-
vetur peculatus? Resp. Quanquam decuriones vel senatores de negligentiâ
35 & culpâ † administrationis, non secus uti tutores pupillis obligantur, jure
conveniri poterunt, vel negotiorum gestorum vel in factum actione subsi-
diariâ. *l. curatores. C. de negot. gest. l. fin. ff. de magist. conveniend. l. contra eos. C. de
administ. reip. lib.* 11. aliisq; actionibus, justam administrationis rationem, se-
cundum fidem datorum & acceptorum, reddere tenentur, *l. 2. ff. de administ.
re. ad civit. pertin.* non tamen hinc sequitur, rationes principi præcisè red-
dendas, vel si præstare detrectent, se reos peculatus reddant: quandoquidem
bona civitatis non sint principis, sed solius universitatis de civitate, videretur
enim Princeps falcem immittere in alienā messem velle, quod probari non po-
test. *t. t. de administ. re ad civ. pertin. Henning. Goed. consil. 2. volum. 3. ibi;* illud
36 namque certum est, quod dominus territorii non sit dominus redituum †
civitatis, licet sit civitatis ipsius, & in ipsa degentium dominus superior, quo-
ad protectionem jurisdictionis, & universale dominium vice imperatoris. &c.
Neque obstat: Quod principi intersit locupletes habere cives, & ne quis re
37 sua malè utatur, §. 3. *Instit. de his qui sunt sui vel alien. jur.* cum exinde † augea-
tur potentia & utilitas principatus.

Replicatur, nec hinc quicquam probabiliter inferri posse, cum inter-
esse ejusmodi, nullam principi concedat actionem, vel potestatem requiren-
di tabulas rationum. *Innoc. in c. dilectis. ext. de appell. & gloss. in c. authoritate de
privileg. in 6.* cumprimis & consuetudinibus contrarium dictitantibus, quas
nec antiquus, nec novus Princeps superveniens mutare potest. *Bart. in l. si
convenerit. §. si nuda. ff. de pignor. act. Bald. & Salyc. in l. 8. C. de jur. dot.* juxtà il-
lud:

lud: quo statu invenio, eo te tenebo, donec contrarium videbo. *arg. l. si regno.*
ubi gloss. ff. locati. Et ait Bald. Quod perditio subditorum non noceat domi-
nis. *in l. 1. Cod. de serv. fugit.* tantum abest, indiciorum materiam enasci ex non
traditis principi rationum tabulis, modo ne civitatis concives † querelam 38
principi detulissent, de iniquis administratorum rationibus, quas nec corri-
gere ipsi, nec senatus mendare velit, nec possit, quo in casu Princeps, tan-
quam tutor supremus, meritò se intromittere, sordes purgare, & malæ admi-
nistrationis convictos coërcere, ac pro re nata, salvis † civitatum privile- 39
giis, senatum novum introducere posset, neque enim ambitiosa & saluti ci-
vitatis repugnantia gubernacula tolerari debent. *arg. l. ambitiosa. ff. de decr. ab*
ord. faciend. Gœd. d. consil. 2. n. 8.

9. Indicium est, mutua collegarum intra sese taxatio, & peculatus
redargutio, cum collega mores collegæ, ut vicinus facta † vicini novit, sci- 40
re præsumatur. *l. de tutela. C. de in integ. rest.* quam æmulationem, fulcrum
robustum appellant politici, & funiculum, quo vulpes depeculantes † è fo- 41
veâ abigantur. Siquidem in genere ita comparatum est, ut quamprimum
dissensio levis erumpat in collegio, ea res denunciare soleat peculatus, accu-
satore etiam remoto, omnium utilitatum, inquit *Bodin. lib. 6.* quæ æmula-
tores de se invicem carpunt, est correctio præcedentium, dum nemo videri
vult virtute inferiori, id vero potissimum subsequetur, quando existens cen-
sor aliquis cœperit vicia † hujus vel illius taxare, emergent procul dubio 42
querelæ & accusationes mutuæ, dum nemo alterius prægravari vult odio,
culpâ, vel suspicione populari malefactorum contra collegium totum, spi-
rante, detegentur peculatus, enodabuntur, nec non publica à privatis com-
modis & expilationibus separabuntur, ut nunquam cum armentis melius
agatur, quam cum lupi se invicem devorare consuescant, Hinc Cato Major,
nec servorum in sua familiâ, nec magistratuum in civitate concordiam ferre 43
potuit, sed † latenter & occultè ipsemet inimicitias & odia inter eos semi-
navit, ut mutuis accusationibus, quasi vulneribus, improbi suffocarentur, bo-
ni vero laudem consequerentur, neque enim fieri posse putabat, ut in tàm
magnâ servorum ac magistratuum concordiâ, alteri rem publicam, alteri pri-
vatam, vel impunitate propositâ, vel certè accusationis metu sublato, non di-
riperent, &c.

10. Indicium oritur ex nominatione collegarum judiciali, sive † ex- 44
trajudiciali, famâ publicâ, vitæ morumq; levitate, aliisque indiciis genera-
libus; quæ & quousque huc spectent, vir bonus mature & providè arbi-
trabitur.

CAPUT

CAPUT V.

DE SACRILEGIO EIUSQUE POENA.

Summaria.

1. *Sacrilegium quid, & quot modis committatur?*
2. *Res catholicorum quæ propriè dicantur?*
3. *Vox (catholica) in symbolo apostolico obrepititia est.*
4. *Donatistæ sese nominarunt catholicos.*
5. *An rerum, Diis gentium dedicatarum, sacrilegium fiat?*
6. *Violatio rerum, Diis fictitiis consecratarum, miro fato vindicata est.*
7. *Memorabilibus propositio declaratur exemplis.*
8. *Unde proverbium: aurum habet Tholosanum, enatum sit?*
9. *Gundericus Gothorum rex propter sacrilegia à dæmone occisus est.*
10. *Leo Imperator & Xerxes qualiter ob sacrilegia perierint? ubi alia quoque referuntur exempla & historia non vulgares.*
11. *Magnatum deliria & malefitia cur plerunque impunitâ maneant coram mundo?*
12. *Pœna sacrilegorum de jure civili quæ?*
13. *Quæ pœna eorum, qui furantur monstrantias, vel vasa sacra?*
14. *Quomodo coërceantur, qui nummos ex Garrophilacee, ceras, mappas, &c. de templo suffurantur?*
15. *Simonia quid?*
16. *Cogitationis pœna non nisi coràm Deo sunt in ultione.*
17. *Qui operas divinas locat, actum vendere dicitur.*
18. *Quicquid in mercedem cadit, de operis sacris pro alio factitatis, Simoniam sapit.*
19. *Vicariatus, astaldiatus, & advocatiarum distractiones, simoniam præ se ferunt.*
20. *Concessiones papales simoniam redolentes pro dispensationibus habentur.*
21. *Qui Pontifices vendiderint pontificatum?*
22. *De profusa Pontificum indulgentia & gratia.*
23. *Divitiæ Ioannis XXII. & Iesuitarum reditus annui quinam?*
24. *An consuetudine introduci possit, ut modicum detur pro spiritualium communicatione?*
25. *Munus non inducit Simoniam.*
26. *Exactio pro benedictione, copulatione, exequiis, precibus, pro præsentatione, &c. Simoniam facit.*
27. *Decimas redimere potest Clericus à Laicis sine Simoniæ nota.*
28. *Nonnulli reges ex decimis, aliisque monachorum reditibus sustinuerunt milites.*
29. *Patrimonia pauperum quæ?*
30. *Olim oblata omnia in partes quatuor fuerunt divisa & erogata juxta dispositionem Caroli Magni?*
31. *Quæ pœna Simoniæ?*

1 SAcrilegium, quod † furtum rerum sacrarum est, *d. l. 6. ff. ad L. Jul. pecul.* tribus potissimum de causis committi dicitur, 1. sacra de sacro, 2. Sacra de prophano, 3. vel prophana de sacro loco, aufferendo. *c. quisquis. § sacrilegus. 17. q. 4. const. crimin. art. 171.* Porrò quæ res sacræ dicantur, refert Justin.
2 *in §. sacræ 9. Instit. de rer. div.* nec distinguitur, sive à catholicis † propriè sic dictis, qui nomen hoc ab antiquo usu retinuêre, quanquam sub Apostolis ne-
3 mo catholicus dictus sit, nec vox catholica, quæ habetur in simbolo † Apostolico, tunc temporis extiterit, quin quod etiam Donatistis, catholicos sese nuncu-

nuncupantibus, responsum fuerit, *apud Augustin. in collat. dier.* quod debeant laborare, ut reipsa † ostendant se esse catholicos. &c. *Meisner. in tr. apo-* 4
log. contra Rehing, sive ab orthodoxis protestantibus, res usui divino fuerit consecrata, *Tilem. Bred. Chiv. in tr. de sacrileg.* ubi rerum, Diis gentilibus † de 5
dicatarum, peculatus, sacrilegia appellat. Hinc locus *Val. Max. lib. 1. de neglecta relig.* Brennus, ait, Gallorum rex, Delphis Apollinis, spoliandi animo, ingressus, Dei voluntate manus in se convertit. † *Idem 1. cap. 1.* Scipio Afri- 6
canus cum Carthaginem diripiendam militibus dedisset, unus militū Apollinis templum ingressus, statuam ejus, aureâ veste insignem, deprædari attentavit, quo offensus Apollo, id egit, ut sacrilegæ manus inter fragmenta ejus abscissæ invenirentur. Sic cum Miletum † Alexander expugnasset; & in 7
templum aliquod milites manu violenta irruerent, illud spoliaturi; Milesia Ceres, abjectis flammis, omnium oculos exussit. Pyrrhus propter thesauros Ecclesiæ sacrilegio ablatos, gravissimas quoq; sustinuit pœnas. *Liv. lib. 9. secund. belli punici.* Cæterùm, Q. Cæpione, Consule Romano, Tolosanum Galliæ oppidum expugnante, atque templum ibidem miserè fœdante, quisquis ex ea direptione aurum attigisset, misero diroq; exitu periit, unde diverbium prognatum, aurum habet † Tholosanum, in eos dictum, quibus spo- 8
lia & res injústo titulo acquisitæ, haud prosunt. Nec vindicta mitior Philomelum Onomarchum & Phailum excepit, templum Apollinis spoliantes, quorum unus confestim flammis consumptus, alter submersus, tertius è sublimi præceps delapsus interiit. *Til. Bred. d. loc. pag. 24.* Theron Hispaniæ Rex, cum ad expugnandum Herculis templum furore ageretur; instructum exercitū Gaditani de momento profligarunt. *uti refert Macrobius.* Cum Gundericus Gothorum Rex, captâ Hispali Beticæ regionis, manus impias in Ecclesiam mitteret, Dei judicio confestim à dæmone correptus interiit. *Crantz. in Wandal. c. 27. in fine.* Xerxes Apollinis sacra devastaturus, perdidit 4000. hominum. *Joan. Wolff. tom. 1. lect. mem. pag. 620.* Leo † Armenius Impera- 9
tor, cum de Bulgaris debellatis triumphasset, omnes imagines aboleri jussit, nec multò pòst à Traulo interfectus est. Xerxes cum exercitum ad fanum Apollinis diripiendum misisset, universa manus imbribus & fulminibus est † deleta. *Justin. lib. 2.* Idem ab auguribus persuasus, non curare Deum ædifi- 10
cia & ornatus templorum, universæ Græciæ delubra devastavit & exussit, nec multò pòst ab exigua Græcorum phalange, cum infinitis millibus in prælio superatus est, ipsemet turpissimâ fugâ sibi consulens, vitā cum ignominiâ duxit. Plura exempla refert *Justin. lib. 24.* Non minorem plagam tulerunt hi, qui Dei veri simulacra offenderunt, uti de Leone IV. Cæsare Græco legitur, ex Sophiæ capite diadema auferente, idq; ad ornatum pilei usurpante, cujus caput venenati carbunculi atque anthraces obsederunt, regem suffocantes. Parem de Bamba, Gothorum Rege, Vitira, aliisq; sacrilegis recenset

Bredenb.d.loc. Ejusmodi exempla in sacris occurrunt passim, quæ referre omnia, penè tœdiosum foret, uti 4.*Reg.* 9.3.*Reg.*21.2. *Paral.*33.1. *Reg.*6.3.*Reg.*13 *&* 16. *Levit.*10.1.*Maccab.*7.*&* 2. *cap.*4. *&* 15. *Daniel. cap.*5.*&c.*videre licet.

Sed de magnatum sacrilegorum pœnâ divinitùs illata, coram mundo de
11 facto † vel jure consuetudinario, legibus & pœnis solutorum, privati, quorum est pati, juxta triviale: dat veniam corvis, &c. Ulpiani tempore vel ad be-
12 stias condemnati, vel vivi exusti, furcâ suspensi, vel, si diu aliquid † de templo surripuissent, in metallum vel insulam missi sunt, pro conditione personarum, & circumstantiis loci & temporis. *l.6. & seqq.ff. de peculat. const.crim. Carol.V.* illi, qui monstrantiam furantur, vivi quoque exuri jubentur, qui va-
13 sa sacra † argentea vel aurea diripiunt, ultimo supplicio affici. *art.* 172. *Decian.in tr.crimin.de sacril.cap.*33. *Menoch.de arb.ju.qq. cas.*398 *Damhoud.in prax.crim.c.*121.qui rupto Gazophilaceo, Eleemosinas pauperibus destinatas
14 auferunt, vel auferre tentant, eâdem plecti † pœna. *d. const. art.*173. Deniquę, qui res minoris precii, sacras, ut ceram, candelas cereas, candelabra, mappas &c. ex ædibus sacris eripiunt, aut res privatorum, in ædes sacras depositas, sine fractura furantur, eâ pœna plecti, qua fures prophanarum rerum coërceri debent, *d.constit. art.*173.

Affine sacrilegio est Simoniæ crimen, quod à Thomistis studiosa volun-
15 tas † appellatur emendi vel vendendi aliquid spirituale, vel annexum spirituali. *Thom.de Aquin.*2.*lib.*2. *q.*100. Voluntas autem ejusmodi cum effectu exe-
16 cutivo est accipienda, cùm cogitationis pœna † non nisi penes Deum sit in ultione, & de occultis non judicet Ecclesia. *Panorm.in c. nemo.ext. de Simon.* Porrò sub voculis, emendi, vendendi, quoque permutatio, transactio, renunciatio in manus alterius, redemptio, aliave causa quævis, alienationem qualem qualem præ seferens comprehenditur, *t. t. ubi Canonistæ. de Simon.* neque refert, precium numeratum interveniat sive quid precio simile per collu-
17 sionem? cum etiam operas divinas locans, actum † vendere dicatur. *Thom. de Aq. d.loc.* adeoq; committere Simoniam, avaritiâ intercedente. *c.judices.*1. *q* 1. *ubi Hostiens.* nisi aliquid in reverentiam officii sacri ultrò erogetur in ejus administrationem, cessante omni pacto & convento. 1.*q.*2.*Thom.d.loc.summ.*
18 *Sylvestr.lib.*2.*pag.*411. *ibi*: Simonia est arripere pecuniam, quasi † consecrationis precium, Eucharistiæ vel missæ decantatæ, non quasi stipendium su-
19 stentationis, quò etiam vicariatus, casteldionatus, & advocatiarum † jure positivo saltem, extra hominum commercium positarum, distractiones spectant, *Idem d.loc.* aliâs vulgò distingui solet inter alienationem gratiæ & venditionem administrationis, imò inter officium & collationem gratiæ per cōsequentias, remanente ipsâ gratiâ tanquam in originali suo fonte penes conferentem; ut cum Papa ordines vel beneficia precio interveniente concedit, cum Papa Simoniæ quid committens, præsumatur dispensare voluisse. *Idem*

in summa

in summa Sylv.lib. 2. *p.* 412. † nisi totum vendat pontificatum, uti fecit Benedictus, Gregorius IX. vendens pontificatus fasces. *Joh.Wolff.* 1. *lect. memor.pag.* 886. Clemens VII. hastâ propositâ in foro tres Cardinalitios galeros venales faciens plurimum offerentibus. *Idem tom.*2 *pag.* 1006. & nimis † enormiter contra jus divinum dispensans, uti fecit Martinus V. permittens sororem germanam duci à fratre in uxorem. *Idem pag.* 859. vel prout Ferdinandus ex dispensatione Alexandri Sexti duxit amitam, Philippus Rex Hispaniæ neptem, dispensatore Papa, Henricus VIII. Angliæ Rex, fratris uxorem, Julio Secundo Papâ sic dispensante duxit. *Idem Wolff. tom.* 2. *lect. mem.pag.* 1002. nisi ministeria & officia sacra precio intolerabili, idq; pacto intercedente singulari, divendat, unde versiculi progeniti:

20 21

Roma manus rodit, quos rodere non valet, odit,
Dantes exaudit, non dantibus ostia claudit.
Curia vult merces, bursas exhaurit & arces, &c.

Item: Curia Romana non accipit ovem sine lanâ, quæ pro unâ indulgentiâ † sæpenumerò regna & ducatus recepit. *Idem p.*1.*cent.*8.*pag.*197. Hinc immensæ Ecclesiæ Röm. divitiæ & thesauri, quos Romani Romam aliquando ex Asia inferri nolebant, ne populus in luxum & mala omnia inde rueret, quidni de Clericis idem erat subtimescendum? *Alb.de Ros.in l.bene à Zenone.* 3. *n.* 24. *C.de quadrien.præscript.* familiaris equidem res est, ait *Beda sup.cap.*1.*Esth.* cor humanum opibus & libertate dissolvi. Proinde querela veterum vulgata: Ecclesia peperit divitias, & filia devoravit matrem. Joannem XXII. vicies quinquies millena † aureorum millia, id est, ducentas quinquaginta tonnas auri in fisco habuisse, refert *Aventin.lib.*7.*annal.* Anton. Arnold. scribit Jesuitas singulis annis reditus decem tonnarum auri colligere. *Warem. ab Erenberg. in medit. pro fœd.p.*1.*pag.*338.*cap.*6.*num.* 12. quibus opponi haud immeritò potest, quod Diocletianus philosopho: Professio & desiderium tuum inter se discrepant. *l.*6.*C.de muner.patrim.lib.*10. Sed ad rem: modicum, quod nec prætor in Curia attendit, Simoniam nullam producit, secus, uti jam diximus, immensa & profusa prodigalitas. *Panorm.in cap. tuam. b. t.* ubi consuetudine introduci posse, ait, nonnihil † tribui pro spiritualibus, modò pactio & exactio absit. *c.ad apostolicam.eod.* Ad orcum itaque releganda nostratium consuetudo, pro exequiis funeribusq; deducendis certum aliquod poscere didactron, pro concionibus Romanensium vicia tam exactè & rigorosè recensentibus, trabem in oculo occultantibus proprio. Sane, si illi continuè ad funera & prædicationes cum spe sustentationis vadunt, sine quâ non irent, ut ait *Sylvestrina p.* 2.*d.loc.pag.* 412. quantò tardius hi ipsi sua obirent munera, nisi lucrum inde sperarent præter sustentationem? Et quanquam munus regulariter non inducat † Simoniam, *d.loc.p.* 420. non tamen dubium est, ut quando Xenia ad quantitatem aliquam referuntur, qua de re latè

22 23 24 25

& nervosè *idem pag.* 421. *& seqq.* Simoniam omninò sapiant, prout omnes
26 quoq; Simoniaci dicuntur, recipientes aliquid pro copula & benedictione †
nuptiarum. *c. cum in Ecclesia. ext. h. t.* pro ordinatione. 1. *q.* 2. pro benedictio-
ne & precibus offerendis vel oblativa. *d. q.* 2. *Thomas.* 4. 2. *lib.* 2. pro præsenta-
tione patroni. *c. præterea. de transact. Panorm. in c. veniens. Clem.* 1. *de testib.* pro
retentione & favore, ne quis removeatur à beneficio vel prioratu. 1. *q.* 2. pro
receptione monachorum novorum vel monialium, nisi exactum expenden-
dum esset in Ecclesiæ fabricam, vel sustentationem ordinis ejusdem egeni.
Host. in c. cum omnes. ext. de constit. pro decimis, quas restituere Laicus recusat,
27 nisi pro pecunia numerata, quas † pro re nata tamen sine Simonia redimere
potest Clericus. *Sum. Sylvest. p.* 1. *pag.* 417. dissentit *Molin. in tr. contr. parv.*
dat. cur. Roman. pag. 184. nullam committi Simoniam in denegatione vel
subtractione decimarum adserens, quia res sint merè carnales, à Laicis, legeq;
humanâ, Ecclesiæ tributæ, pro necessitate dominorum temporalium in lo-
cum pristinum restituendæ. Quam sententiam trecentis annis ante Gerso-
nem tenuisse scribit *Hugo de S. Victori. Theologus Parisiensis in lib.* 2. *de Sacra-*
ment. atque juxtà eam sæpissimè arresta lata in Parlamento Parisiensi testatur
eodem in libro. pag. 22. Hinc Robertus & Hugo Franc. ex monasteriorum re-
28 ditibus militem † alebant. *Æmil. lib.* 3. Carolus Martellus, quicquid præter
vitæ sustentationem supererat ex reditibus, inter pauperes distribuebant.
per 12. *q.* 1. *c. gloria. c. fin.* 16. *q.* 1. Hinc patrimonia pauperum, *c. quia juxta.* 16.
29 *q.* 1. possessiones † pauperum, *c. ult.* 12. *q.* 1, tributa egentium animarum, *c. de-*
cimæ. 16. *q.* 1. *& Ambros. lib.* 2. *offic. cap.* 28. aurum Ecclesia habet, non ut servet,
sed ut eroget in usum pauperum: in tantum, ut tractu temporis, usque ad
30 Carolum Magnum certa distributionis norma hac de re statueretur, oblata †
quippe omnia in partes 4. dividebantur: quarum prima cedebat pauperibus,
secunda Clericis, tertia Episcopis, hospitalitatis agendæ ergò, quarta ad ædi-
ficationem templorum. *c. ad hoc.* 16. *q.* 1. *c. præsulum.* 16. *q.* 3. *c. vobis. c. concesso. c.*
quatuor. 12. *q.* 2.

Sed de pœnâ Simoniæ, quæ est suspensio ab executione ordinum &
31 beneficiorum † administratione summâ, *Sylv. pag.* 423. depositio & infamia,
quoties judicialiter de Simonia fuerit pronunciatum, *c.* 15. *q.* 3. excommuni-
catio, *c. per tuas, ubi Canonistæ de Simon.* & nonnunquam ultimum
supplicium. *d. c. per tuas.* ubi adulterio, furtoq; gravius
hoc flagitium dicitur.

CAPUT

CAPUT VI.

DE INDICIIS SACRILEGII ET SIMONIÆ.

SUMMARIA.

1. *Sacrilegii indicium parit latrocinium furtumve.*

2. *Propter connexitatē, quâ crimina quasi copulantur, ex uno delicto ad aliud sæpe infertur.*

3. *Proximus gradus est à Cardinalibus ad spiritualia transire delicta.*

4. *Persecutio religiosorum indicium parit sacrilegii.*

5. *Quomodo argumentum à persona ad res ritè formetur?*

6. *Zelus religionis, nequitiæ omnis tegumentum.*

7. *Quomodo simulatio & assentatio prava indicia generet?*

8. *Multi prætextum pietatis, quasi pauperibus res Ecclesiæ velint erogari, sacrilegia committunt.*

9. *Avaritia indicium sacrilegii.*

10. *Quæ personæ magis præsumantur avaræ, adeoq́; sacrilegiis sese deformare.*

11. *Perelegans paraphrasis hac de re Pinedæ.*

12. *Prælati præsumuntur avari.*

13. *Cur Episcopi in Gallia non admittantur amplius ad consilia regia.*

14. *Constitutiones bursales subditi uti fulgura aversantur.*

15. *Indicium Episcoporum impium de reducendis filiis regiis obsidibus in Galliam.*

16. *Quoties de lege condenda agitur in consilio erunt & Ecclesiastici & Politici.*

17. *Immodica rei familiaris erogatio quale indicium pariat?*

18. *In Ecclesia hodie Spiritus S. occisus est per corvum.*

19. *Concilio Basiliensi cur statutum sit, ut Canonicis in Ecclesia cathedrali Doctor Theologiæ, monachis in monasterio Grammaticus assignetur?*

20. *Clerici beneficiis abutentes per luxum, conveniri possunt ad restitutionem fructuum.*

21. *Quænam hic indicia ad ordines sacros affectuosa promotio pariat?*

22. *Visio legati Papæ de indignis promotis.*

23. *Indigna promotio quomodo per omnes casus grammaticales transeat?*

24. *Quale indicium generet apprehensio hominis ignoti in templis vacantibus?*

25. *Simoniæ indicia pariunt annatæ & immensæ ab Ecclesiis exactæ contributiones.*

26. *Romana Ecclesia plus contributionis ex Gallia accepit, quam inde Iulius Cæsar potuit acquirere.*

27. *Romana permutatio plumbi cum auro describitur.*

28. *Quæ indicia ex electione consanguineorum?*

29. *Ad preces concubinarum multi committuntur actus Simoniaci.*

30. *Confabulatio post electionem sub missâ facta, indicium Simoniæ parit.*

31. *Electiones conditionales præsumuntur Simoniacæ.*

32. *Indicia quæstionis & condemnationis quæ?*

33. *Indicia plura collecta sunt instar præsumptionum legis.*

34. *Plures præsumptiones faciunt indicium.*

35. *An pœna ordinaria infligi possit per indicia indubitata?*

36. *Simonia uti delictum occultum sæpè indiciis plenè probatur.*

37. *Quomodo mutuum & resignatio in manus creditoris facta Simoniam arguat?*

38. *Quoties actus correlativi causam licitam præ se ferunt expressam, Simoniæ indicia cessant.*

39. *Indicia ex participatione census.*

40. *An confessio cessionarii indiciū pariat?*

41. *An nominatio socii indicium Simoniæ faciat?*

42. Quæ inde indicia, quoties deponunt testes, se vidisse ex literis Simoniam esse commissam?

43. Indicia generat defectus sub resignatione?

44. Licentia Cancellariarum est permagna, & ipse principis thesaurus sapientiæ.

45. Dispensatio super non dispensandis indicia parit?

46. Quomodo indicia pariat transactio?

47. Fructus beneficiorum permutari & vendi possunt sine omni suspicione.

48. Munera & Xenia quæ indicia producant?

49. Indicia corrupti judicis, ipsa Simoniæ sunt indicia.

50. Corruptio judicis dicitur Simonia civilis.

51. Non omnis actus Simoniacus Simoniam infert.

52. Quale indicium resultet ex testium depositione coram judice civili?

53. Ex correspectivitate quale indicium formetur?

1. SAcrilegii indicium parit latrocinium, furtum, in rebus profanis retrò
1 commissum, non secus uti sacrilegium generat indicium † latrocinii &
furtorum. *Tilem. Bredenb. in tr. de sacrileg. pag. 38. ibi:* Sed nihil horum cuiquam videri debet mirum, qui enim non continet ab iis, quæ Dei & Sanctorum sunt, quantò minus abstinebit à facultatibus subditorum, & vice versâ? Qui solet pejerare, certè & jurare præsumetur, qui sacrilegium committat, non mirum si à prædâ non abstinet. hæc ille. Qui prædam committit, vix manus rebus sacris subtrahet. *Idem d. loc. arg. c. si gens Anglorum. dist. 56.* ubi ex unâ delicti specie, præsumuntur rei laborare pluribus & diversis delictis,
2 nempe propter † connexitatem magnam, quam crimina habent inter sese.
Alciat. de præsumpt. reg. 2. præs. 7. num. 3. quinimò mens quibus mala est, eos etiam ad scelera alia instruit, *Sophocl. in philoctete. pag. 411.* & proximus facilisq; gradus est, à carnalibus ad spiritualia transire † delicta. *Hieronyn. in reg.
3 sanctim. ad Eustach. cap. 18.*

2. Indicium est exsecratio & persecutio religiosorum, qui enim per-
4 sonas odit, quomodo manus à rebus eorum † abstrahet? Cum argumentum à personâ ad res in jure sit validum. *Eberh. in top. in loc. à person. ad res. pag. 480.* atque hinc religionis controversæ tot nata spolia, bella, latrocinia,
5 quibus † totus penè orbis jam flagrat.

Tantum relligio potuit suadere malorum,
quod sæpius olim.
Relligio peperit scelerosa atq; impia facta.
——— jam discite reges
Quantum larva scelus relligiosa tegat.

Henric. Steph. de Henric. III. Gallor Reg. Waremund. ab Erenberg. in med. pro fœd. lib. 1 num. 46. pag. 43. hinc Machiavelli doctrina nefanda: satius esse san-
6 ctitatis & religionis † prætextu, quàm per exercitum acquirere & sibi retinere regna. Quod ipsum masculè præstitere & præstant, & Evangelici & Catholici status in J. R. privatæ domus retinere sua, arbitrantes, at de alienis certare,

tare, egregiam laudem, uti ait Tiridat. apud *Tacit. 13 annal.* vide *infrà latissimè cap. de ambitu.*

3. Est simulatio & assentatio falsa, quasi in usus pauperum res sacræ
† contrectatæ sint erogandæ. *Til. Bredenb. d. loc. pag. 34. ibi:* Fortè umbracu- 7
lum aliquod & præsumptam decentiam inde hauriunt, quod adferant, bona
ejusmodi pauperibus impendenda, eosq; exinde sustentandos. Sanè qui præ-
textum hunc adferunt, quod Ecclesiarum thesauri ad pauperum sustenta-
tionem converti & usurpari debeant, cui hoc hominum genus comparabi-
tur, aut cujus seipsos similes faciunt? Utiq; sine omni controversia, avaro illi
& privati lucri cupido Judæ Ischarioth, illi, inquam, Christi Domini scelestis-
simo proditori, cum, unguento precioso super Domini caput effuso, diceret:
ad quid perditio hæc? potuit enim venundari multo, & dari pauperibus. Eo-
dem sanè animo, eâdem tàm perversâ voluntate affecti sunt nostrâ tempesta-
te, qui ejusmodi fucum in rem & commodum suum prætexunt. Judas orete-
nus quidem se talem exhibebat, quasi pauperum sollicitam curam haberet,
verum sub † doloso cordis affectu privati duntaxat commodi causam age- 8
bat. Quamobrem autem fecisse hæc eum putabimus? quia, inquit Joannes,
fur erat, & loculos habens, eoque dolebat, unguentum, quod trecentis de-
nariis venundari potuisset, ad Domini honorem capiti ipsius infusum. Hæc
ille.

4. Est avaritia. *Petr. de Suavis in histor. Concil. Trident. lib. 6. pag. 574.*
ibi: † Egestas rapinis aliisque delictis, causam dare solet, sacrilegia tamen 9
præsumuntur citius divites committere, qui avaritiæ plerunque student. *Et
Bred. d. loc. cap. 14. ibi:* Qui nostrâ ætate per avaritiam, tyrannidem, aliaque id
genus molimina, fundationes & instituta sacra majorum pessundant, bona
illis legata † diripiunt, & universa in privatos usus & scrinia propria con- 10
vertunt, imò tandem funditùs demoliuntur, diruunt, flammisq; & incendio
vastant, &c. subinde nihilo ditiores evadentes, sed longè infeliciores, & apud
plurimos infamiæ cauterium incurrentes. Et quæ alia de hoc indicio refert
Bredenb. d. loc. Alii hanc avaritiam similem esse ajunt arbori venenosæ, qua-
les sunt juglandes, pini, piceæ & abietes, quæ, quod cadentem super se cœle-
stem imbrem † communicare nolunt cum aliis plantis, unde *Plin. lib. 17. cap.* 11
omnium, quæ projectis frondibus ita defenduntur, ut per ipsas non defluant
imbres, stilla sæva est, non aliter avarus, quæcunq; ex cœli beneficentia, be-
neficia accipit, vix guttatim communicat cum aliis plantis infirmioribus, &
si gutta forte ex illius facultatibus attingat miseros, venenum illis est, uti gut-
tæ ex illis arboribus suffocant inferiores plantas. *Joh. de Pineda in Job. cap. 24.
vers. 20 num. 8.* adde *Rebuff. in tr. concord. in rub. de collat. pag. 264. ibi:* non per
pecuniam & avaro modo &c. *& pag. 270.* ubi in prælatis avaritiam † præ- 12
sumit, adeoq; expilationes sacrilegas, dicens eam ob rem factum, ne Episco-
piam-

pi amplius ad consilia regia admittantur. ibi: In Francia compertum est plus
13 damni in Rempublicam invehi, dum sacerdotis consilio res agitur, hic † enim nescio, quâ insatiabili ambitione omnia sibi vendicat, prudens politicus populi misertus & communitatis & detrimentum esse ratus, Reipublicæ bene, ut potest, consulit. *Guagui. in vit. Car. 6.* à quo constitutiones † bursales, quas, ut fulgura, aversantur subditi. *Idem pag.* 265. non tam facilè promulgati existimabuntur. *Idem pag.* 270. & nisi consiliarii politici, obsidibus
15 datis, filiis regiis Francisci I. quos per Cauco † magum Tunetis per aëra reduci in libertatem Clerici in consilio magno suadebant, restitissent insaniæ Episcoporum, procul dubio res regni interiissent. *Johan. Wolff. in proœm. lect.*
16 *mem. part.* 1. Quanquam † & Clericos & Laicos in consilio habere principem posse, quoties de lege condenda agitur, tradat *Schurff. consil.* 42. *cent.* 1.

5. Est immodica & laxa rei familiaris profusio, *Petr. Rebuff. in d. concord. pag.* 181. cum enim bona titulis justis acquisita haud sufficiunt, ad media
17 inordinata † & turpia, ne luxus deficiat, confugiunt, proinde exemplum suprà de indiciis ambitus relatum, de Alberto Cardinale carnali, & de Schenitz: injusta sententia quæstorem laqueo suffocantis, ne ob res Ecclesiæ subtractas, ipse tandem ferret ignominiam, *Luther. in Apolog. contra d. Alb.* Sed hoc vicio Canonicos ut plurimùm scatere, refert *Rebuff. d. loc pag.* 246. ibi: quidam Canonici maximi sunt quoad ventrem, quem habent maximum & tumidum. *& pag.* 222. Canonici hodiè sunt seculares & Diabolici. Quia Spiritus
18 sanctus in Ecclesia est occisus per corvum, id est luxum † & rapacitatem. *Idem pag.* 225. *& pag.* 267. ibi: Columba, quæ solebat afferre Spiritum sanctum, occisa est per corvum: allegans *Hostiens. in c. quia propter. versic. nisi de elect.* Piè itaque statutum Concilio Basiliensi, ne luxus rerumq; spiritualium
19 ingluvies prorsus suffocaret † Canonicos, ut Doctor Theologiæ esset in omni Ecclesiâ cathedrali una Canonicus, quod decretum Rex Franciæ in concordatis cum Leone X. extendit ad Licentiatos & Baccalaureos, quoties Doctor deficiat. *Rebuff. pag.* 252. *& seqq.* uti eisdem concordatis provisum extat, ut monachis imperitis grammaticus assignetur. *d. loc.* inde proverbium: Monacho imperitior. Sed hæc obiter.

Aliâs decisum reperio, Canonicos, aliosve Clericos, sive majores sive
20 minores. † abutentes beneficiorum fructibus, eos inde jure conveniri posse ad restitutionem aliamve pœnam canonicam. Vide *Eundem pag.* 308. *& pag.* 206. *& pag.* 63. *ibi*: Prælati debent pascere gregem, & non seipsos, vel canes vel meretrices, alioquin eis dicet dominus: Væ pastoribus, qui pascebant semetipsos. *Ezech. cap.* 24.

6. Est immerita & affectuosa ad ordines sacros vel officia electio, quo-
21 modo † enim mercenarii rectè providebunt gregi? quomodo per gratiam & sordes assumpti, qui revera non Dei sunt servi, sed Mammonis, *Rebuff. d. loc. pag.*

loc. pag. 62. gradus alios obtinebunt in officiis, nisi per quos fuere electi? E-
quis dubitat, hosce manus sacrilegas in quævis non [illegible] os, u[illegible] præda-
turos? & per fas nefasq; res Ecclesiæ miserè defœdaturos, directuros [illegible]
Visso le[illegible] de consanguinei Papæ † circa cubile papale saltantibus & [illegible] 22
nentibus. Maledicta promotio & exaltatio tua. *Johan. W[illegible]lff. 1. lect. memor.*
pag. 9[illegible]. Ut vero verius dixerit *Vincent. Prædic. in suis sermon.* ad dignitates
passim perveniri in Ecclesia per quinq; casus: Per nominativum, genitivum,
accusativum, & ablativum, excluso † vocativo, qui amplius non sit in usu, 23
unde conquerantur grammatici non valentes, uti olim, sex casus invenire. [1]
providetur vacaturis per nominationem, prout cuique pro affectibus videbitur.
[2] per geniturani, nempe genitis à principibus; sive sint infantes, sive
quasimodogeniti, sive majores & viciis irretiti, sive sint filii sacerdotum,
gloss. in c. pervenit. 1. q. 2. [3] per dativum: quia hodie dicitur, date & dabitur
vobis. Audivi *inquit Rebuff. d. loc. pag.* 267. quendam canonicum, qui nun-
quam dederat suffragium, quin prius aliquid consecutus fuisset, dicens, rien
pour rien, &c. Proinde subsecutum, ut omnes electiones in Gallia fuerint
sublatæ, remanente solâ nominatione Regis vel Papæ. [4] per accusativum
& calumniam plurimi ingrediuntur Episcopatus, & invadunt beneficia. Hinc
illud: accusabitur bonus ab impio. *c. cum oporteat. de accusat. Rebuff. d. loc. ibi:*
Qui per accusativum ingrediuntur, per accusativum quoque egredientur, ut
similes fiant illis, qui faciunt ea. &c. nempe juxta Rhadamanti legem:

Quod fecit, ferat hoc. fuit hæc directio juris.

Camer. 1. med. hist. cap. 98. Ego *in lect. meis feud. cap.* 9. *pag.* 75. Ut malum re-
vertatur in caput viri mali, & in verticem ejus, injustitia descendat. *Euseb.* 9.
Eccles. hist. 9. vel ut *Auson. ait:*

Tibi quod intristi, exedendum sit.

[5] Per vocativum pauci vel nulli, ut suprà. [6] per ablativum plurimi ascen-
dunt per potentiam, rapiunt beneficia ausu plusquam sacrilego, *c. 1. ext. de
rest. spol.* pauperes detrusos exemplo pessimo quoq; dilaniunt, & eorum bona
degluriunt, ut cibum panis. Sed hos devorabit ignis, ait *Rebuff. in rub. de collat.
pag.* 268.

7. Indicium † adversus privatos est, relatio & apprehensio homi- 24
nis in templis, aliisque locis sacris, qui solent occludi, neq; interest sive famæ
melioris, sive deterioris is fuerit. Nam Divus Severus & Antoninus atte-
stantur, juvenem clarissimum quendam arculam in templo posuisse, inibiq;
hominem inclusisse, qui post conclusum templum de arca exiret, & de tem-
plo nonnihil subtraheret, & se in arculam iterum referret. *l. 10. §. 1. ff. ad l. Jul.
peculat.* Porrò si æditu us, vel quispiam alius, hominibus remotis, virum fœ-
minamve repererit, sese celantem post subsellia sub scamnis in cellulis, post
vel sub altari, cumprimis siquidem fuerit ignotus & peregrinus homo, in-

ſtructus ferramentis ad effringendum, & quævis alia patranda, ſi noctu [illegible]
interdum cœperit, perforare muros, ſacraria, ciſtulas. *l.11. ff. eod.* Alia huc [illegible]
cia quadrantia petere lector poteſt ex materia indiciorum furti proliꝭ[illegible] d[illegible]
diciis adverſus infantem, auream laminam, quæ deciderat è coronâ Veneri[illegible]
ſuffurantem, adeoque ut ſacrilegium plexum, refert *Athen. l. 5. c. 16.*

8. Cæterum Simoniæ indicia iis, quæ præmiſimus, ut plurimum ſ[illegible]
familiares, cum ſpecies vulgò caudas habere ſoleant combinatas. *gl[illegible] in c. [illegible]*
cuſatus. §. eum. verb. judic ati. de hæret. in 6. Zaſ. 2. conſil. 16. num. 8. præter ſu[illegible]
riores inter Simoniæ indicia ponit *gloſſ. 1 in c. in Sinodo. diſt. 63* divitias p[illegible]
rorum. *Arniſ. de translat. imp. cap 7. ibi:* Si quæras, quiſnam tantòpere pri[illegible]
legio ſit abuſus, & c. hodiè ſi non eſſent Simoniaci Romanæ aulæ inhi[illegible]
unde palatia tanta extruerent, aut cum principum ſumptibus certarent [illegible]
25 † haberent. &c: Porrò quid aliud quam meros Simoniacos actus ſpi[illegible]
annates? de quibus *Moline. in pecul. tr. ſelectiſſ.* unde olim ſeptingenta [illegible]
eo amplius, aureorum millia ex Gallia Romam ſunt exportata, qua de re [illegible]
26 *Bed. chr. 6. ibi:* † il fut trouue, que le Pape tiroit de France un million d[illegible]
par an. Pariſienſes æſtimârunt, quod ſi Pius II. edictum Ludovici obtin[illegible]
ſet, percepiſſe eum vicies quinquies centena millia aureorum, pro ſolis [illegible]
tis, cum ex tota Gallia quondam Jul. Cæſar loco ſtipendii & contributi[illegible]
non niſi quadringenties ſeſtertium perceperit annuatim, *Sueton. in Vit. Ce-*
ſar: unde diverbium: Romana permutatio plumbi cum auro, de qua chym[illegible]
27 cus ille. ſe noſſe unum artificem certiſſimum, cui † metallorum nota eſſ[illegible]
perfecta tranſmutatio, ceſt dit il, le ſainct pore, qui tous les ans ſeulemen[illegible]
en France, tranſmute & multiplic quarante liures de plomb, qu'il envo[illegible]
quatre mille liures d'or, puis en faict une attraction juſque à Rome. *Monſ[illegible]*
la Noe diſc. polit. 23. Fr. Petrarch. Epiſt. 5. ibi: Spectate membranas vero v[illegible]
cuas, & pendenti plumbulo verſas in retia, quibus in nomine Jeſu, ſed in op[illegible]
ribus Belial credula Chriſtianorum turba concluditur, ut mox ſquamis ex[illegible]
ta, deſolatoriis carbonibus exuratur, avari ventris expletura voraginem. &c.
Sed hæc obiter.

9. Simoniæ indicium parit electio conſanguinei, promotio amici ad
officia Eccleſiaſtica, quod indicium plus hederâ ſerpere in Eccle[illegible]ia dicit *R[illegible]*
buff. de concordat. rub. de el[illegible] p. 92. munerum tranſmiſſio ante electionem,
28 quæ † corruptionem præ[illegible]e fert indubi[illegible]tá, vel ſi pactio fiat, elig[illegible] tu[illegible]
nep[illegible]tem, & ego tuum el[illegible]m. *Idem pag. 90.* Hodie, Id[illegible]m ait, concub[illegible]
29 rum precibus † m[illegible]tæ fiunt Simoniacæ factiones & pactiones, ut qui in [illegible]
neficio ſuccedat, concub[illegible]nam alat *pag. 97.* Idem indicium appellat e[illegible]den[illegible]
30 ſiquidem poſt electionem ſubmiſſa non poſſunt † facere hi, qui Simoni[illegible]
c[illegible]pite habe[illegible], uti loqu[illegible]tur ille, & affectionem inordinatam, & ſi cognoſc[illegible]
tur Simoniac[illegible] quod bene notes, ut impugnes poſtea talem electionem, [illegible]

cum

eam ob hoc probes vitiosam, cum aliis adminiculis, *bactenus ille p. 11. 212.* Denique electiones conditionales præsumuntur esse Simoniacæ. † *Idem pag.* 31
212. neque hic adversatur: Quod ipsi Simonia cum suis indiciis videatur quodammodo confundi. Ad quod respondendum est, quod causa delicti, ut Dd. loquuntur, quide re *supra p. 1. c.* hic pro ipsis indiciis haud immerito statuatur; quandoquidem hoc delictum non probatione directa, sed indiciis vehementioribus, ut tractatibus præcedentibus, partibus, de quibus hactenus dictum est probetur. *c. Arn. ild. n. 8 q. 1. Paris. consil. ... num. 2. vol. 4. Alciat. consil. 2. num. 2. Felin. in c. super his. ext. de acc. nf. Farinac. in decis. crimin. l. b. 2. decis. 108. num. 3. vol. 4,* Atqui regeris. Ergo indicia cum ipsa probatione confunduntur. Replico, distinguendum inter indicia quæstionis & † condemnationis, uti præsumptiones juris sunt & de jure. 32

Illa tractenus pro re nata fuerunt relata, licet aliquatenus propius ad ipsa indicia condemnationis accesserint, quæ tam accurate separari nequeunt in casibus, ubi indiciis vehementioribus ipsa condemnatio jure fecatur; nam aliter, uti majus & minus non constituunt differentiam specificam, *Johan. Gedd. in l. 1. ff. de V. S. Farinac. lib. 2. consil. 180. in vol. 4.* Cæterùm indicia condemnationis vulgo dicuntur indubitata, quæ ex indiciis dubitatis pluribus constare adseruntur, unde indubitata certaq; judicis credulitas, quod delictum patratum sit, demum promanat, *Bald. in l. fin. num. 2. C. de probat.* ubi perspicuè loquitur, quod indicia plura collecta, sint instar præsumptionum † legis, animum judicis sic informantia, ut ab illis tanquam aperta veritate discedere nequeat; quin condemnet reum. *Salycet. in ead. l. final. Guid. de Suzar. in tract. indic. num. 10. Brun. de ind. p. 1. q. 4. num. 5. Riminald. consil. 8. num. 19. lib. 1.* Ut enim plures † præsumptiones faciunt indicium, *Farin. lib. 1. consil. 1... num. 17. Felin. in c. quia verisim. de præs.* sic planè indicia vulgaria indicium unum aliquod urgens & indubitatum, præsumptionis legum instar, unde condemnatio indiciati rectè sequi potest. *l. fin. C. de probat in 1. oppos. & Bald. in l. milites. num 5. C. de qq. Roman. in l. excipiuntur. num. 1. ff. ad SCtm Sylvan. adde text. l. 2. ibi: argumentis convictus & c. C. quor. appell. &c.* Quod autem pœna † ordinaria infligi possit ex indiciis indubitatis, uti *Farin. in c. afferte. n. 10. de præsumpt.* scriptum reliquit; non facile dixerim, retenta Dd. opinione communi, propter indicia violenta & indubitata, pœnam extraordinariam decernendam esse. *Farinac. d. consil. 180.* nisi delictum sic comparatum esse appareat, ut non directa probatione, sed indiciis indubitatis demonstrari possit, quale est adulterium, sodomiæ, Simonia, &c. quo sensu salvari sententia Felini posset. *Farinac. 1. consil. 8. ibi.* Conjecturæ & præsumptiones debent esse tales, quæ omninò reum (facti egi) de tali crimine convincant. Subdens hanc opinionem passim ceu regulam securam fuisse rotam Romanam. Et idem † *ibidem. num. 79.* quia occultè committi solet Simonia, cum- 33 34 35 36

 tum

tum est, ut indiciis & conjecturis probetur. *c. per tuas. c. sicut. de Simon.* conjecturæ autem vehementes, & de crimine convincentes requiruntur. *c. evidentia. ext. de accusat.*

10. Porrò indicium Simoniæ est pecuniæ datio, vel mutuum egenti
37 datum, qui posthac resignat beneficium in manus † creditoris, cum decoctori & non solvendo existenti raro vel nunquam scientes mutuo demus, nemo enim suum jactare velle præsumitur. latè *Farinac. d. consil. 75. tom. 4. num. 23. & seqq.* Qua in parte regula trita probè consideranda est, qua placuit: quod,
38 quoties actus correlativi causam expressam † licitam præ se ferunt, ad præsumptionem Simoniæ non sit temerè confugiendum. *Put. decis. 177. lib. 2.* neque enim omnia in partem deteriorem explicanda. *Decian. in tract. crim. p. 1. c. 86. num. 7.* Sed hæc ex qualitate personarum & tractatus ipsius sunt commensuranda: an & quando, vel quæ indicia inquisitionem, quæstionem vel condemnationem inferant? *Farin. d. consil.*

11. Participatio census Simoniam arguit. *Idem d. loc. num. 87.* ut quan-
39 do Simoniacus repromisit partem census cedenti, & quod † plus, utrobique census participatio deprehenditur. *Idem in decis. decis. 101. num. 5 lib. 1.* stipulatio indicium, præstatio census pœnam inducit, nisi cessionarius se abunde purgare possit, nempe quod alia de causa haud ficta & simulata, census vel loco redituum pecuniam numeratam quotannis cedenti solvat. *d. loc.* Idem venustè *decis. 102.*

12. Nonnulli confessionem cessionarii indicium sufficiens esse sta-
40 tuunt, quod licet neget *Farinac. d. decis. num. 6.* [1.] cum quod † confessio non præjudicet nec noceat tertio, sed soli confitenti. *l. 1. C. res inter al. act. cap. per tuas. ext. de prob. tt.* [2.] tùm quod in causa Simoniæ socius non sit testis idoneus contra socium. *c. sicut. cl. 1. de test.* Nos tamen ἁπλῶς descendere non possumus in eandem opinionem, per brocardicam vulgarem. Quod socius omninò fidem faciat [1.] concurrentibus indiciis, [2.] in facie socii, per con-
41 frontationem, [3.] & sub † quæstione, repetitâ confessione. Extra hasce causas ad inquisitionem solummodo judicem jure movet; nec ad condemnationem nominato nocet, de quo casu forsan se intellectum vult *Farinac. d. decis. 111.* An & quando dictum socii fidem faciat in delictis exceptis, quale hoc est Simoniæ crimen; vide eundem *Farinac. de indic. lib. 1. tit. 5. q. [illegible] tom. 4.*

13. Indicium exoritur, quandocunque testes ex [illegible] nimari deposuerint,
42 se † [illegible] s & instrumenta, super intrusione vel Simonia facta. porrò si dixe[illegible]int: reum mediante aliqua promissione pervenisse ad ordines. *Idem consil. [illegible] 5. lib. 1. num. 105.* Ubi considerandum est, an criminaliter vel civiliter agatur? illo casu indicia, ut dixi, generant, hoc nedum plenas probationes, quia, ut plurimum Simonia indiciis quoque probetur, interest tamen ut con-

cludentæ

cludenter probent illa, tàm in civili quàm criminali causa *d. decis.* non verò probatio dici concludens potest, ubi testes formalia literarum vel instrumentorum non referunt. *Idem lib. 1. de. s. 88.*

14. Indicium est, quandocunque defectus emergit sub resignatione dispensatione Papæ purgandus, qui dextrè non referatur † Papæ, vel petitio 43 dispensationis protius sit omissa. *Idem decis.* 88; Defectus leviores, quod obiter saltem notandum est, per Papæ officiales possunt emendari per regulam: Quod licentia Cancellariæ sit permagna, dicaturq; scientia Principis vel † Papæ. *Innocent. in c. cum dilecta. verbo. conscientia. de rescript.* Cæterum 44 dispensatione super non dispensandis, & planè incorrigibilibus decreta, quoque † Simoniam & collusionem infert. *Farinac. d. decis. in fine.* 45

15. Indicium Simoniæ est, cum duo litigarent de beneficio, & alter eorum per transactionem, interveniente pecuniâ sibi † adsciscerct beneficiū, 46 quoniam æquè collusio quoad movendam actionem, quam transactionem faciendam fieri poterit, nisi argumenta fortiora illa indicia subruerent, vel Papæ authoritas confirmaret transacta. *c. nisi. ext. de præbend.* Notandum quoque & hoc erit inpræsentiarum: Quod distractio, venundatio fructuum, absque officio, eidem † adhærente, nullam Simoniam producat. *Roman.* 47 *consil.* 328. hinc est, quod præbendæ nempe in mera temporalitate consistentes, vendi, oppignorari, & in causam judicati capi queant, *Caput. decis.* 137. *lib.* 3. nec non permutari, alienari, creditoribus in solutum cedi, tradi. *Abb. in c. pervenit. num.* 12. *ext. de fidejuss. Eberhard. consil.* 147. *Farinac. decis.* 111 *Gail.* 1. *observ. pract.* 117. Imò quod fructus reditúsve beneficii concedi possint resignanti sine Simoniæ vicio, modò ftaus anteacta vel etiam absit de præsenti. *Paris. consil.* 30. *num.* 21. *lib.* 4. *Decius consil.* 118. *num.* 4. Si aliud diceremus, *ait Farinac.* sequeretur absurdum hoc, quod beneficiatus de fructibus non possit benè disponere, quod reluctatur *glossæ in c. præsenti. verb. nostrarum. de offic. ordin. in 6.* & quod resignanti ex fructibus beneficii non debeat subvenire, quod est contra civilitatem. *decis.* 111. *n.* 3.

16. Indicia Simoniæ generant Xenia muneraq; refutanti data, resignanti † promissa, nec non dispensanti oblata: cum enim Simonia, & ex l. 48 Julia repetundarum, reatus, pari, ut dicimus, passu ambulent, quæ corrupti judicis indicia sunt, eadem huc meritò etiam, paribus cæteris, pertinent; in symbolisantibus enim idem datur transitus. *Rebuff. in tract. concord. pag.* 643. & æquiparatorum eadem est indoles & judicium. *l.* 32. *ff. ad l. Aquil. Bald. in l. conventicula. C. de Episc. & Cler.* Hinc corruptio † judicis in usu juris Simonia dicitur, Simonia, confidentia. *Farin. d. consil.* 75. † *& decis.* 111. nonnullis 49 contentatio. Hinc apologus factus est, patrem aliquem habuisse binas filias cum amplissima dote, quas tamen nullus ambiret procus, quia nomina prava filiarum deterrebant adolescentes: alteram Simoniam, alteram Usuram ap-

pellatam: pater nomina earum mutans & alteram contentionem, alteram litterasse dictitans, confestim reperit sponsos futuros, generos, sic ut omnes qui jam ambirent nuptias filiarum. Sed audi, filiabus improbis [illegible] generi quoque degenerarunt, & male tractarunt conjuges. Factum [illegible] in Ecclesiam irrepant indigni, ut boves in stabulum cornibus elatis & aur[illegible]s, ait *Menot. Gall. pag. 70. Joan. Wolff. 2. lect. mem. pag. 819.* Equidem enim [illegible] die non dantur beneficia, sed venduntur, non est meum dare vobis. Antiquitus dicebantur præbenda à præbeo præbes, sed hodie rectius di[illegible] mendæ, ab emo emis, quia non est meum dare vobis, &c. *Idem d. loc.* A[illegible] dicitur datio illa vel potius Simoniacus actus recompensa, prom[illegible] *Idem Menot. d. loc. ibi:* nonne reputatis Simoniam, quando pro episcopatu [illegible] 9000. fasciculum beneficiorum plurium ascendentiū usq; ad summam eandem, & datis hoc pro recompensa? &c. Ad omnes diabolos tam recompensa? &c. Denique notatum esto, quod omnis actus Simoniacus non [illegible]

51 Simoniam, sed saltem indicia Simoniæ, per regulam: Quod † Simonia requirat pactionem vel conventionem præter muneris dationem, adeo ut, concurrente pactione & munere, demum dicatur Simonia. *c. cum pridem. ext. de pact. Farin. d. consil. 75. num. 1. & 2.*

17. Indicium patiunt testes examinati de Simonia in judicio civili, quoad judicium criminale intentandum vel fundandum, *Idem d. loc. n. 6.* item

52 testes singulares & † socii criminis, qui regulariter fidem non faciunt, præterquam indicia, nisi testes singulares ad eundem tenderent finem, uti loquitur *Farinac. d. loc. n. 9.* vide *part. 1. de indic. general. cap.*

18. Indicium oritur ex correspectivitate, uti ajunt, *Farin. 1. consil. 75.*

53 *num. 10. & seqq.* id est, quando certa signa apparent, resignationem ad favorem certæ personæ factam esse, in quam retro non cadebat singularis affectio, quam precio comparatā non-nisi videbitur. *Idem d. loc.* Alias resignatio fieri potest in manibus Papæ, ad favorem tertii, cum reservatione pensionum, inde nec indicium nec Simonia infertur, secus si corā ordinario saltem resignatio fieret. *Cov. 5. res. 5. vers. verum. Farin. d. consil. 75. num. 17.* Prout Simoniæ pœnam excludit beneficium resignatum coram Papa, quod is pro arbitrio confert. *Idem d. loc.* Neque obstat, quod eadem dicatur turpitudo permissi, quam dati, per vulgata: nempe ne delicta nondum consummata ordinariam involvant pœnam, cum longe satius sit reddere propter misericordiam rationem Deo quam propter sævitiam. *c. vera justitia. 45. d. [illegible]* & [illegible] [illegible] in absolvendo quam damnando. *Bald. cons. [illegible] num. [illegible]. [illegible] Gratt. resp. [illegible] num. 2. Cothman. consil. 48. num. 3. volum. 1.* Verum [illegible] compassionem, falsa indignationem [illegible]. *Dn. Luther in Epist. ad Albert. Cardinal. Magdeb.* & tantum de Simonia.

19. Indicium [illegible] ex electi [illegible]. [illegible] præcipuus, ait

Farin.

Joan. Wolff. tom. 2 lect. memor. pag. 387. omittitur in electione, quæ parens est postea omnium corruptelarum: eliguntur affectus magis, quàm judicia, non à totâ Ecclesia, sed à certis quibusdam paucis, quorum pars Major neque Deum magnopere, neque Ecclesiam universalem curat, neque hujus profectum spectat, neque sacras callet literas, tota harum rudis, tota tenebris involuta, operibusq; carnis immersa: quo fit, ut ament potius sui similem eligere, qui vel ipsis commodus sit præsul magis, quam qui sit propensus erga populum subjectum, quisque potius defendat holophanta stupidus errata animi, quam saniora & sanctiora admittat, Lutheranum, quod in minimo dissideat à receptis, hæreticum, quod à Scoto & Aquinate deviat, appellitans. *Idem pag.* 388. Hinc stupidum illud, quod inculcat *Henno præsul. in eptus in Cantico Canticorum*: Scriptum est *inquit*: Non est bonum, hominem esse solum, faciamus ei adjutorium, id est, non sufficit unus advocatus vel mediator Christus unicus in cœlo, cum tot, & tam periculosas causas habeat coram Deo. Faciamus ei adjutorium, id est, Beatam Virginem, &c. Ejusdem Ambrosiæ nectarisque, Angelum salutasse virginem latinè: Ave id est sine væ, quod à multiplici miseria liberemur per reginam misericordiæ quasi Hebræam Hebraicè non salutarit Schalom, more Judæorum omnium, aut non potiùs quemadmodum Græce descripsit Lucas χαῖρε: quàm salutandi voculam seu vocabulum olim psittaci calluerunt: inde salve generaliter dicimus, quod Henno sic interpretatur, salva à væ, ac si vellemus dicere; ô Maria, quæ es sine væ, salva nos à væ. &c: Vide *part. 2. de indic. hæreseos cap. 3.*

Denique indicia hæc omnia cessare adversus Papam tradit *Bart. in l. Barbarius. col. 2. ff. de off. præt.* per rationem: Quia Papatus est Apostolatus, qui aut sanctum facit, aut sanctum recipit, quod notandum esse dicit contra rabide latrantes adversus sedem Apostolicam, quibus non est licitum apponere os in cœlum. Sed licitum est Papæ, æquare quadrata rotundis. *c. cuncta 6. principalem. 9. q. 3.* quæ sententia, an jure subsistat, & sine assentationis vicio defendi possit, alibi dicemus.

CAPUT VII.

DE FURTO FRUCTUUM.

SUMMARIA.

1. *Qui glandes segetes aliosq; fructus pendentes furatur, pœna furtis ordinaria coercetur.*
2. *Nocturni fures severius castigentur.*
3. *Fures ficorum cur gravius puniti sint?*
4. *Historia brevis quomodo Mediolanenses de genitalibus multo ficum dentibus excipere coacti fuerint à Frederico I.*
5. *Fures herbarum medicinalium & preciosiorum quomodo plectantur.*

6. De pœna furti eduliorum.

7. Corbes suspensi in Saxonia ante portas civitatum in viciniate hærent.

8. Qui fructus edules, ut statim comedant, decerpunt, nulla tenentur pœna.

9. Viator equum pascere potest in prato juxta viam.

10. Contrectatio præsumpta non est sine affectu furandi.

11. Generalitas relata ad res præmissas, restringenda est ad causam adæquatam, & subjectam materiam.

12. De furtis ligni desecti & nondum de secti vel solo separati.

13. Qui temporibus festivis ligna furatur gravius plectatur.

14. Quo modo Camera imperii contra devastatores silvarum procedat, per mandata sine clausula.

15. Consules silvarum apud Romanos erant constituti.

16. Fructus agrorum, silvarum, reunà cum ipsa substantia deteriorentur, processu pendente, sequestrari solent.

17. Qualiter Camera super bonis litigiosis decernat, mandata sequestratoria.

1 CÆterùm tertia furti species est furtum fructuum, *Constit. Crim. Carol. V. art.*167. ubi dicitur, quod si quis noctu glandes, segetes, † fructus vel constantes sive pendentes contrectet & auferat, pœnâ furti teneatur ordinaria. Simili modo, si quis in die alicui insigne & nefarium in frugibus, seu fructibus suis inferret damnum, eos clam auferendo aut subtrahendo, id quoq; uti furtum corripiendum est. *eadem const.* Si quis noctu, ait *Gobl. in expos. const. Carol. V. d. art.* circumstantia est quæ furtum aggravat, ideoq; no-
2 tanda in omnibus his furtis. † Deprompta hæc est Constitutio *ex l. fullo. & l. vulgaris. ff. de furt.* ubi Ulpianus ait: Sed & is qui segetem ante lucem secat & contrectat, eius quod secat, manifestus fur, & nec manifestus fur est. Et *Claudian Saturn.* messium incisores in provinciis quibusdam, velut in Africa, gravius plecti adserit *l. aut facta. ff. de pœn.* Festus Pompejus quoque tradit, pœ-
3 nam capitalem constitutam fuisse his, apud Athenienses, qui ficos † furto abstulerent. Idem affirmat *Athenæus lib. dipnos.* 3. referens, quod ubi ficus primum reperta fuisset, populo ἱερὰν συκῆν appellatam ficum, ut quoque annotavit *Erasm. in adag.* Mediolanensibus non immeritò κακὴν συκῆν dixeris, unde Italis in proverbio: Eccola fico. Cum enim, quod obiter saltê attingemus,
4 † Mediolanenses rebelles Cæsaris Friderici I. conjugem, mulæ impositam capite obverso in caudam bestiæ, pro freno caudam tenentem, cùm ludibrio per portas emisissent, Cæsar capto Mediolano, deditos hac lege in gratiam recepit, ut qui vivere mallent, ficum de genitalibus mulæ dentibus eximerent, alioquin mox obtruncandi: multi ignominiæ mortem præponentes, quod jubebantur fecêre. *Albert. Crantz. in Saxon. c.*36.

5 Cumprimis verò hæc constitutio quoq; spectat ad † fures herbarum medicinalium & preciosarum, ut cum herbas coronarias & odoriferas, Rosmarinum, Amaracum, Lilia, rosas, & flores similes fruticesque quis furtim aufert. *constit. Saxon. Augusti Elect. p.* 4. *const.* 37. adeò ut, si quis sæpiùs furtum ejusmodi patrasse convincatur, perinde uti fur alius famosus ad laqueum con-

condemnati possit, *referente Berlich. concl. 53. p. 5.* scilicet ita sæpius pronunciatum fuisse à Lipsensibus. Furta Eduliorum quantum attinet, ut sunt poma, pira, pisa, pruna, ceresa, uvæ, nuces, si non magni momenti, magnæ copiæ † 6
aut precii aufferantur, pro qualitate personarum, extra ordinem coërcebuntur. *d. const. 167. l. 11. C. de serv. & aq. c. an discip. 25. dist. 5. Decian. in tr. crim. lib. 2. cap. 19.* In aliquot Saxoniæ urbibus, fures ejusmodi corbi, rubri coloris, ante portas suspenso, solent includi, atque in fossas civitatum immitti, pendulæ adhuc spectantur capsulæ, † at in merâ viduitate, magistratu furtis passim cō- 7
nivente. In terrâ Saxonicâ Electorali furtum hoc plectitur mulcta 30. solidorum. *per* Landrecht *lib. 2. art. 28. ibi:* Bricht er einem sein Obst abe/rc. *Coler. in decis. Germ. decis.* 144. & fur tenetur ad damnum domino horti, inde quoque illatum. *Francisc. Ripa in l. damnum. ff. de dam. infect. Covar. in c. peccatum, de R. Iur. in 6. & 1. var. res. 3. num. 12.* Nonnunquam hoc furtum aliquoties reiteratum, & cum insigni damno commissum, relegatione, aliaq; famosa vindicta coërcetur. *Daniel. Moller. ad constit. Saxon. p. 4. const. 37.* † Porrò qui fructus 8
edibiles, ut statim comedat, decerpit, eum furti haud teneri & Politici & Theologi quoq; tradunt. *Covarr. d. peccatum. 1. p. 2. §. 1. Harpr. in §. furtum. n. 19. Inst. de obligat. quæ ex delict. nasc. Exod. cap. 23. Lucas Osiand. in cap. 23. Deut. vers. penult. Victor. Strigel. ibidem.* Quò spectat *constitutio Frederici de pac. tenend. in usibus feudor. lib. 2. tit. 27. §. fin.* ubi viatori equum pascere permittitur † in pratis & sylva viridi juxta viam, pro sua commoditate & usu necessa- 9
rio. *d. §. fin.* Secus sese res habet, quoties per indicia apparet, decerpentem fructus, alio secum eos laturos, quia contrectatio etiam præsumpta † non 10
est sine furti macula, *l. 27. §. 25. vers. sed si collect. ff. ad l. Aquil. l. 26. §. 1. ff. de furt. l. 82. §. fin. eod. Harprecht. d. loc. Bertazol. consil. 198.* Neq; quoad remissionem pœnæ distingui commodè potest inter fructus pendentes, vel solo separatos, uti facit *Berlich. d. loc. in fine.* cum utrobique par stringat turpitudinis causa. *const. 168. neq. §. 25.* ibi: cum tibi etiam, ullum juvet, quæ potius adjuvas, de quibus modica esse potest quæstio, restringenda sunt verba, quia generalitas relata † ad res promiscuas, juxta materiam causamq; adæquatam intel- 11
ligi debet. *Eberh. in top. in loc. à subject. mater. n. 13.*

De furibus lignorum eadem *const. 168.* agit, disponitque, ut si quis alicui lignum † desectum clàm aufferat, id ceu furtum ex conditione causæ plectendum sit: Si quis verò in sylvâ alterius clandestino & prohibito more desecuerit, puniri debeat ex more cujusq; regionis & loci. Verùm tamen, si quis importuno & prohibitio tempore, utpote noctu, aut festivis diebus † alteri ligna sua malitiosè & clàm desecuerit, is consilio habito desuper gravius corripiatur. *Wesenb. in parat. ff. arb. furt. cæsar.*

Camera hodie, quoties pendente lite, pars silvam litigiosam succidit, & devastare cœperit, mandata sine clausula contra devastantem † decerne- 14

 re so-

re solet. Qua in re utilitas publica, ad quam silvarum usus omninò respicit, considerari solet. *Mindan. de mandat.* 2. *c.*31. juxta illud Poëtæ:

Si canimus silvas, silvæ sunt consule dignæ.

Interest quippe Reipublicæ, ne materiæ desint ædificiorum & navigiorum, quibus terra mariq; humanus usus carere non potest. *Gail.* 2. *obs.*67. Proinde apud Romanos receptum fuisse constat, ut consules silvarum, collium atque
15 nemorum † curam haberent. Nonnunquam sequestratur silva pro re nata. *text. in l.*21. *§. fin. ff. de appell.* cujus verba speciosa sunt: Quanquam usitatum
16 non sit post appellationem fructus agri, de quibus disceptatum † est, deponi, tamen cum populentur ab adversario, æquum videtur apud sequesttatores deponi. Similis textus *in l.* 22. *§.* 8. *ff. solut. matr. Johan. Thil. de Benign. cent.* 1. *obs.*14. Et observavi in Camera, etiam distractis & oppignoratis bonis litigiosis, mandata sequestratoria fuisse decreta. *Gilman. tom.* 5. *symph. pag.* 298. quo-
17 rum effectus est, non ut † ipsa possessio ususve auferatur possessori, sed sola devastatio, excessus & abusus inhibeatur, & ne alienatio fiat, provideatur. *Mindan. d. c.* 39. *n.* 3.

CAPUT IIX.

DE INDICIIS FVRTI FRVCTVVM.

SUMMARIA.

1. *A majori ad minus in causa maleficiorum rectè infertur.*
2. *Mens mala ad mala quævis patranda suadet.*
3. *Damnum in agro datum, à viciniis illatum præsumitur.*
4. *Servi propter ædificiorum notitiam in quæstionem peti possunt.*
5. *In Italia damnum quodvis vicinus vicino resarcire tenetur, propter præsumptionem juris.*
6. *Qualiter læsio ex offendiculis indicia pariat?*
7. *Vtrum jure liceat offendicula & techna furibus hortorum struere?*
8. *Non scandalis materia danda.*
9. *Concessum cum conditione, per conditionem contrariam, vel non apparentem conditionem censetur tolli.*
10. *Confutantur aliquot argumenta hîc in quæstione adducta.*
10. *Damnum ex accidenti illatum in nulla est consideratione.*
12. *Non inimicis privatis est concedendum quod hosti publicè & de consuetudine licet.*
13. *Nocturna & insolita opera indicia hujus furti pariunt.*
14. *Non tàm à malo ipso, quàm suspicione mali est abstinendum.*
15. *Transportatio fructuum à ruricolis, quantum indicia generet?*
16. *Elegans locus de cultu & inhabitatione hortorum, cui olim prisci Romani operam dederunt.*

1. INdicium præbent pravi mores, & rerum majorum depeculandi consue-
1 tudo, à majori enim ad minus in maleficiis † rectissimè infertur. *Eberh. in top. in loc. à minori. num.* 3. mens mala ad quævis patranda suadet. *Petr. de*

Suav.

Suav. in hist. Concil. Trident. lib. 4. pag. 18. & malum inveteratum rarò vel nunquam † corrigitur. *Tacit.* 14. *annal.* neque enim hominis mutatio facilis 2
est. quæ cum animi fit labore, ait *Justin. in novell. de Monach. Tiraquell. de pœn. caus.* 51. *num.* 257. imò mali mores, ubi radices in homine egerunt, non nisi morte extinguuntur, qui accrescunt, decrescente vitâ humanâ. *Rebuff. de concord. in §. monasteriis. p.* 206. Sed quia indicium hoc generale est, ac in materia furti in genere sufficienter est enodatum, hic pedem figo.

2. Indicium generant vicini malè audientes. *Jacob. Aretin. & Bartol. in l.* 15. *§ fin. ff. de instr. vel inst. leg.* ubi regulæ instar tradunt, quod damnum in agro datum, à vicinis † illatum præsumatur. Ipse textus est dilucidus, ibi: de- 3
siderant tàm villæ, quàm agri custodiam, illic, ne quid vicini, aut agri, aut fructuum occupent, hic, ne quid cæterarum rerum, quæ in villa continentur. *d. l.* 15. *in fine.* Unde Dd. unanimes arguunt, furta in agris hortisve patrata, censeri à vicinis facta *juncta lege* 55. *ff. locati. ibi:* servi propter ædificiorum notitiam in quæstionem † peti possunt. *Bart. in l.* 2. *ff. de vi publ. & in l. fin. ff.* 4
de minor. Hinc illud: malus vicinus, malum matutinum, &c. & vulgata illa Italiæ statuta, de quibus *Tiraquell. de pœn. caus.* 23. quibus damnum datum, sarciri solet à vicinis locorum, utpotè præsumptum † à vicinis illatum, aut 5
culpa eorum, ad minimum factum. Ubi ex Aristotele allegat hoc: Ex Italia viam esse ad usque Celtas, Gallos, &c. in qua indigenæ transeuntes ab incolis observentur, ne quid eis mali contingat, nam hi pœnas luere, damnumq; resarcire tenentur, in quorum finibus datum est. Themistocles, *ut Plutarch.* refert, agrum venalem proscribens, illud quoque per præconem exclamari jussit, ὅτι καὶ ἀγαθοὺς γείτονας ἔχει, &c. quod ipsum evincunt vers. *Laurent. Vallæ.*

Si adversi quicquam acciderit, de more repentè
Primum illa occurret, quæ si sine vestibus esset,
Nuda etiam veniet, quod nec tibi sanguine junctus
Non aget, iste sibi vestes atq; omnia ponet.
Improba damnosa est vicina, sed proba sit sit;
Utilis. Hæc igitur capienda est pectore toto,
Tanquam laudis opus, neq; enim lamenta refundet
Amisisse bovem, proba si vicina tecum est.

Hinc priscum diverbium ex Hesiodo relatum:

Μηδ᾽ ἂν βοῦς ἀπόλοιτ᾽, εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.
Nec bos intereat vicinus si improbus absit.

Vide *Eras. Chiliad.* 4. *cent.* 5. *pag.* 930. in explicatione hujus proverbii. Si quis, *inquit*, jam provectior ætate vitæ totius cursum relegat, comperiet, maximâ bonorum malorumq; partem, à bonis malisve vicinis profectam. Novimus parochum ob vicini ignis pravâ custodiam, bis incendia passum valvis portę

insculpsisse. Non minus proverbium vetustum hoc: Aliquid mali propter
vicinum malum; quod usurpavit *Demosthen. in oratione contr. Callictean, ibi:*
οὐκ τῶν ἀεχ ἀνδρῶν Ἀθηναῖοι. &c. Non erat quicquam, ô Athenienses, perni-
ciosius, quàm improbum vicinum, nec suis contentum, esse nactum.

5. Indicium parit damnum, vulnus ex offendiculis acceptum; solent
6 quippe † hortorum domini sæpenumerò struere insidias furibus, atque in
terram defodere fertamenta aculeata, telorum instar, vel disponere sclope-
tas, quarum ictu fur semimortuus nuper manifestatus fuit: Sed an jure li-
7 ceat ejusmodi offendicula † usurpare, disquiri posset? videtur dicendum
quod sic: 1. Quod quilibet in suo fundo, pro arbitrio struere, & quidvis in
rem suam moliri possit. *§. ex diverso. 32. Inst. de Rer. Div.* 2. Quod Reipubli-
cæ intersit, manifestari delicta, nec esse impunita. *l. 3. C. de Episc. audient.* tur-
bantur enim lætitiæ & gaudia hominum, quandocunque flagitiosi evadunt
impuniti. *ut ait d. text.* 3. Damnum, quod quis sua culpa sentit, pro damno
regulariter non habeatur, *l. quod quis. ff. de R. J. cap. damnum. de R. J. in 6.*
4. Quod furem pro re nata etiam occidere liceat, & quemcunque ingredien-
tem agrum meum de facto, expellere. *§. feræ. Inst. de rer. divis. & acq. dom. l. 25. ff.
de act. empt. l. 13. §. fin. ff. de injur.*

Cæterùm negativa videtur sententia verior. 1. Quoniam vir bonus
æquè, cui uvas maturas & edibilia alia decerpere & comedere licet, *d. l. 27. §.
25. ad L. Aquil. d. c. 1. §. quicunq; de pac. tenend. & Deuteron. cap. 23. vers. 24.* of-
fendi hîc possit, uti fur, & latro. Scandalis verò, quantum potest, obviari, nec
8 † malitiis hominum indulgeri debet. *l. in fundo alien. §. pen. ff. de R. V. Hypp. in
sing. sing. 127.* 2. Privatis concedi non debet, quod magistratus publicè po-
test, ne occasio sit majoris tumultus faciendi. *l. 176. ff. de R. J.* Judici autem
præriperetur furti cognitio, per propriam ejusmodi privatamq; executionẽ,
quod esse non debet. 3. Porrò constat, quod fur non aliter possit offendi,
quàm si apprehensus se telo defendere gestiat; Ergo ubi talis conditio cau-
saq; offendendi furem, deficit, utique & offensio omnis abesse debet, quia
9 sub conditione † concessum, videtur ademptum per conditionem contra-
riam, vel non apparentem. *Rand. lib. 1. cap. 37. num. 4.* Et quanquam lupis vul-
pibusq;, nec non volatilibus rapacibus offendicula meritò struantur, quæ si-
mulatq; ab aliquo capta fuerint, jure gentium illius esse incipiunt, uti ait
text. §. feræ. 14. Inst. de R. D. Inde tamen ad homines, tàm insidiosè supplan-
tandos, nunquam probabiliter inferri debet: Cum separatorum separata sit
ratio & justitia. *arg. l. 32. ff. ad L. Aquil.*

Contrariorum ἀνασκευῶν quod attinet, ea nullius sunt ponderis, 1. nè-
10 que enim sequitur, cuilibet conceditur in suo ædificare pro liberrimo † mo-
tu. Ergo cruenta hæc hominum captatio, cædes & scandalum patrare con-
venit, ea enim quæ pietatem lædunt, & bonis moribus sunt contraria, non
facere

facere nos posse credendum est, *l.15.ff.de cond.inst.* 2. Reipublicæ interest, delicta non manere impunita. Ergo privatus ultionem sibi sumat? nequaquam. *per d.l.176.ff.de R.J.* 3. Neque hîc damnum ex culpa immediatè, sed per accidens contingit, quod in consideratione † non est. *Dd. in l.203.ff.de* 11
R.I. 4. Denique commemoratum est, quo pacto fur offendi possit? neque sequitur, ingressurus agrum meum, prohiberi potest à me, ne intret, Ergo is inde per insidias arcendus erit? Neque movet, quod dolo bono hostes vexari queant. *l.1.§.3. ff. de dol.mal.* prout stratagemata, per offendicula & foveas parata, plura docet & recenset *Henr. Ranzov. in tr. bellico. lib.* 2. unde tanquam à diversis hic malè quoque infertur, neque enim privatis, quod publicè licet, permittendum est. *d.l.176.* † In bello capiuntur, occiduntur homi- 12
nes modo licito, Ergone id inimicis privatis invicem concedetur?

4. Indicium producunt nocturnæ deambulationes & operæ insolitæ, nam qui malè agit, lucem fugit, *Joh.3. Tiraquell.de pœn.caus.11.num.12.* & abstinendum est, non tàm à malo † ipso, quàm à mali suspicione. *Steph.ad* 13
Const. Car.V. art.61. Hinc *Isocrat.ad Nicol.* non solùm à peccatis, inquit, est vobis † abstinendum, sed ab iis etiam exercitamentis, quibus est necesse, su- 14
spiciunculam quandam adesse. *Pagina Sacra Pauli ad Thessal.cap.5. ait:* Ab omni specie mala abstinete, sitq; integer spiritus vester, & anima & corpus. *Idem ad Ephes.5.* Videte quomodo cautè ambuletis, neque enim sunt boni dicendi, pares malis, nec pii apud inferos, non hostes amici, ne quidem mortui. *Sophocl.in Antigon.pag.mihi* 203. Ordo Fraticellorum vel Beghinarum, propter conventus nocturnos damnatus fuit potissimum à Bonifacio VIII. Clem. V. & Johanne XXII. idq; non immeritò, quia tractu temporis innotescebat, Fratricellos omnia habere communia, atque peractis sacris, extincto lumine, in mutuos irruere amplexus, infantem inde natum violentis distrahi manibus, donec animam exhalaret, eum verò, in cujus manibus ille exspiraret, Pontificem Max. inter ipsos creari. *Berich. Lucell. lib.8. Saxon. hist. Wolff. cent.13. p.1.lect.mem.pag.540. Platin.in Clemente V.pag. mihi 179.*

5. Indicium faciunt transportatio & collectio fructuum vel segetum, ab iis facta, qui vel hortos proprios, agros dominicales nec conductos † te- 15
nent, nec in facultatibus habent, eam quæ penes eos conspicitur in Cameris vel horreis, frugum copiam sibi comparare posse, quo indicio cumprimis premuntur ruricolæ & hortulani seorsim habitantes, concurrente famâ, aliisq; indiciis generalibus. De honestis & ditioribus hîc nullus est sermo, quibus volupe est senectutem transigere ruri, in securitate tugurium ridens possidere magis, quàm tristem curâ & † solicitudine aulam, paucamq; glebam pavoris expertem, quàm arva pinguissima metu referta, nec non unum atque alterum jugum boum facilioris tutelæ, quàm exercitũ, usumq; horreolorũ pro parto repletorum, quàm thesaurum omnium insidiis & cupiditatibus expositum. vide *Val.Max.lib.6.c.7.in fine.*

CAPUT IX.

DE ARBORIBUS FURTIM CÆSIS.

SUMMARIA.

1. Septem actiones pro arboribus furtim cæsis referuntur.

2. Arborum cæsores olim; uti latrones publici fuerint puniti.

3. Nomine vitis quæ arbores contineantur?

4. Quid sit cædere vel succidere?

5. Quid sit cingere vel deglabrare?

6. Lege Aquilia cæsor arborum tenetur in duplum.

7. Iure Saxonico arborum cæsor laqueo strangulandus est.

8. Qualiter constitutiones particulares ex Constitutione Criminali Caroli V. declarandæ sint?

9. Legibus plus virium non inest, quàm eis adscribit legislator.

10. Qualiter coërcendus is sit, qui arbuscula recentes violat & evellit?

11. Ex maleficio quolibet duplex resultat actio, una pœnalis, altera persecutoria ad damna & interesse.

12. Condictione ad exhibendum cæsor quoque constringitur.

13. Quibus competant hæ actiones?

14. Contra quos dentur?

15. An heredes, in quantum locupletiores facti sunt, teneantur?

16. Cæsores singuli tenentur in solidum.

17. Locus ex Sophocle perelegans in filios male educatos recitatur.

1 ARborum furtim cæsarum † actio [1] vel ex ll. 12. tabul. [2] L. Aquiliâ [3] reatu furti, [4] ex interdictis [5] actione arborum furtim cæsarũ in specie sic dictâ. [6] condictione ad exhibendum, [7] vel constitutionibus, diverso respectu descendit, & diversimodè reum coërcet. [1] per ll. 12. tabularum cæsor in arbores singulas 25. æris asses luere tenetur. *Menoch. 2. arb. qq. 6. cas.*
2 579. *Wesenbec. in par. h. t. per l. pen. ff. h. t.* quo tempore etiam † arborum cæsores tanquam latrones, & grassatores publici, ultimò supplicio fuêre affecti, uti ex rubricâ & inscriptione *l. 2. ff. h. t.* evidenter apparet, itidemq; attestatur *Serv. in Virgilii locum. ibi:*

Atq; mala vites incidere falce novellas.

3 Quia vites arboris † appellatione contineri, veteribus placuit, nec non ederæ & arundines. *Ulpian. in l. 3 ff. h. t.* Quæ actio continebat tria [1] cedere, [2] cingere, [3] secare, uti antiqui dixêrunt, & adhuc notant *Dd. ad l. 5. h. t.* Cedere
4 est non solum succidere † securi, vel ferramento arborem totam ictibus aliquot prosternere: sed etiam vulnerare, ictibus ferire, *d. l. 5. l. 7. §. 3. ibi:* etiamsi non tota arbor cæsa. Quinimò non pauci (cedere) verbum strictissimè accepêrunt, *per l. duabus. §. si colonus. ff. de jurejur. & d. l. 7. §. 2. ibi:* Si quis radicitùs arborem evellit, vel extirpaverit. &c.

5 Porrò cingere est deglabrare † subsecare. *d. l. 5.* in orbem decorticare, discingere. *Plin. 17. cap. 24.* Secare, est ferris, vel etiam asciâ per medium dividere arborem. *d. l. 5.*

2. Lege

2. Lege Aquiliâ tenetur cæsor, ac quidem † ex inficiatione in duplũ. 6
§. 23. & 2. *Inst. de act.* intentatâ verò actione alterâ, reliquæ inde consumuntur, præsertim, quoties actor querelâ graviori institutâ, quod majus erat, est consequutus. *l. pen. ff. h. t.*

3. Furti tenetur cæsor, quandocunq; furti causâ arbores cæsas contrectârit, & asportârit. *l. 8. §. 2. ff. h. t.* Wesenbec. *in parat. h. t. num.* 5. *const. crim. Carol. V. art.* 168. *ubi Gobler. Bull. & interpretes.* Jure Saxonico Landrecht *lib.* 2. *art.* 28. *ibi:* Wer deß Nachts geschnitten Graß oder Holtz stilt / das soll man richten mit der Wiede / † id est laqueo, man soll jhnen hencken / stilt er deß 7
Nachts / es gehet jhm zu Haut vnd Haar / das ist / man soll jhnen zur Staupen schlagen. Accipienda verò est hæc sententia juxtà dispositionem Carolinam, *art.* 158. 159. *& seqq.* utpote superiorem & derogatoriam inferioris statuti, vel consuetudinis particularis. Lumen majus obfuscat minus, & vis Sanctionum pragmaticarũ non in sensu, quem vulgus † vel grammatici adferunt, 8
consistit, sed in usu & sensu superioris: Legibus plus vitium non est, quam illis tribuit, qui imperat, quiq; earum exequendarum † curam habet, ipse demum iis affingit declarationem vel laxiorem vel restrictiorem, eique etiam 9
prorsus contrariam. *Petr. de Suav. in hist. Concil. Trident. lib.* 8. *pag. mihi* 954. *Matth. Coler. in decis.* 145. *Berlich: p.* 5. *concl.* 52. *in fine. ubi dicit:* cùm, qui arbusculas recentes extraxit, & lucri faciendi causa contrectavit, † carcere, mulctâ, vel corbis ignominiâ sit plectendus. 10

4. Cæterùm ex interdicto tenetur cæsor, Quod vi aut clàm. *d. l. pen. ff. h. t. l.* 28. *§.* 6. *ff. de jurejur.* Ego prolixè *in disp. meis* Witeberg. *ad Instit. disp. finali.*

5. Actio arborum furtim cæsarum propriè sic dicta, quâ reus astringitur potissimùm, datur in duplum. *d. l.* 7. factâ æstimatione, quanti Domini interest, non esse læsum. *l. 8. cod.* Wesenb. *in parat. n.* 4. *Specul. lib.* 4. *p.* 4. *tit. de injur. & damno dat.* §. *sequitur. num.* 28. Jure Saxon. Landrecht *lib.* 2. *art.* 28. incisor hujusmodi ad 30. solidos condemnatur mulctæ causâ, qui faciunt duas sexagenas antiquas, juxta monetam terræ Saxoniæ, id est. 40. denarios. Novell. Augusti Const. 37. & penditur hæc mulcta pro qualibet arbore incisâ, eodem sive diverso tempore vel momento commissâ. *Coler. in decis.* 145. quæ pœna infertur fisco, & idcircò cæsor quoque parti tenetur ad æstimationem damni. *Coler. d. loc. Berlich. d. loc.* idq; ratione tritâ & communi: Quòd ex maleficio quolibet duplex oriatur actio, una pœnalis, altera † persecutoria ad 11
damnum vel interesse, *l.* 3. *C. ad L. Aquil.* unaque non tollat nec elidat alteram. *l. fin. C. quand. civil. act. præjud. crim. l.* 1. *§.* 1. *ff. vi bon rapt.*

6. Condictione ad exhibendum quoq; tenetur cæsor. *l.* 7. §. 2. *ff. hoc t.* idque in † odium furum & latronum, quò pluribus teneantur actionibus. 12
Dd. in §. pen. Inst. de furt.

7. Con-

7. Constitutionibus tenetur incisor, de quibus passim *hactenus ex const. Car. V. & Saxonicis modo dictis.*

Competunt autem actiones hujusmodi, arborum Dominis, non usu-
13 fructuariis *l. 5. §. 2. ff. h. t.* † conductoribus, vel mulieri, cui saltem est consti-
tutum in fundo dotalicium. *Moller. ad const. Saxon. 57.* Et datur adversus so-
14 lum cedentem vel † evellentem. *Wesenb. in par. num. 4.* in heredem autem
15 non datur, nisi in quantum locupletior † factus est. *l. 7. §. 6. h. t.* & singuli
16 quoque cæsores tenentur in solidum, nec unius mulcta soluta liberat † alios. *l: 6. eod.* Cumprimis totâ vineâ agro vel horto devastato ubi non tantùm singuli tenentur, sed pœna exasperatur, mutatâ civili in pœnalem, & nonnunquam capitalem. *l. 2. ff h. t. d. const. Sax. Jul. Clar. 5. sent. §. fin. q. 68. num. 43. Menoch. 2. arb. qq. cent. 6. cas. 579.* Memini, quod Argentorati filius facinorosus parentis hortulani, hortos devastans ad opus publicum per annum condemnatus fuerit. Cui facto sive fato concinnè quadrat *locus Sophoclis in Antigone, pag. mihi 208. ibi:*

> *Sed qui gignit inutiles liberos,*
> *Quid dicas hunc aliud, nisi molestiam sibi*
> *Genuisse & inimicis risum?*

CAPUT X.

DE INDICIIS ARBORUM; FURTIM Cæsarum, &c.

SUMMARIA.

1. *Improba vicinitas indicium parit arborum furtim cæsarum.*
2. *Malus vicinus malum matutinum.*
3. *Vicinus, damna vicino inferens, jus congrui amittit.*
4. *Qui ditescere sat agunt, insidiantur accolis.*
5. *Inimicitia capitalis indicia parit.*
6. *De vicino malo, omne malum præsumendum est.*
7. *Terra est mater malorum hominum.*
8. *Argumentum à majori ad minus constructivè procedit.*
9. *Res & bona sunt fidejussores adversus humanas calamitates.*
10. *Vindicta recensetur, quæ hostis animam inimici perdidit.*
11. *Indicium parit lis & contentio civilis de sylva.*
12. *Quomodo Camera Imperii in hoc casu procedat?*
13. *Inhiberi potest usufructuario ne incidat arbores.*
14. *Quale indicium formetur ex suppellectile alicujus, reperta in loco devastatarum arborum?*
15. *Quæ & quanta invidia hic indicia pariat?*
16. *Declaratur hoc indicium historia Furii Cresini.*
17. *Quandò indicia generalia classem specialium indiciorum subeant?*
18. *De indiciis, quæ ex lascivitate deprimuntur.*

19. De

19. *De venatione ICtorum nec non Magnatum analogica.*

20. *Referuntur aliquot gnomæ Politicæ, qui homo hominum obmordeat & insequatur?*

21. *Augustus Cæsar mille consiliarios ordinarios fovit, & juxtà se in Consilio habuit*

22. *Quænam indicia contra saltuarios stringant?*

1. INdicia hujus maleficii cumprimis quoque suggerit mala & improba † 1
vicinitas. Etenim damnum vel cædes vel discinctio arborum præsumitur à vicino improbo commissa. *l.15.§.fin. ubi Dd. ff. de instructo vel instr. legato.*
Proinde locus egregius *Columell. 1. de re rust. 3.* quem refert *Tiraquell. de pœn. caus. 23. num. 7. ibi:* malo præteritorum, quàm præsentium meminisse, ne vicinum meum nominem, qui nec arborem prolixiorem stare nostræ religionis, nec inviolatum seminarium, nec pedamenti quicquam annexum vineæ, nec etiam pecudes negligentius pasci sinit. *Bart. in d. l. si ita. 15. §. fin. ff. de inst. & inst. leg.* qua de re *supra capite 8.* Hinc illud *Proverbiorum cap. 27.* Qui habet
malum vicinum, † habet malum matutinum *Bald. de Ubald. in tr. jur. pro- 2*
tim. in §. 3. num. 5. & seqq. ubi de injuriis vicinorum prolixè agit, & inter cætera
decidit, quod vicinus damna † vel injurias vicino inferens, amittat jus con- 3
grui vel protemiseos, item si incidat vites, arbores discingat, segetes corrumpat, ignem immittat in domum vicinam. &c. Vide *Johan. de Pineda in Job. cap.*
21. vers. 8. ibi: qui ditescere † volunt, insidiantur semper accolis & vicinis. 4
Et tom. 2. cap. 36. vers. 6. ibi: propinquitas invidere solet & nocere. *Eras. Roterod. chiliad. 4. cent. 5. pag. 930. ibi:* tenues vicini semper aliquid abradunt sive precibus, sive furto. &c:

2. Indicium præbet inimicitia † capitalis; de qua latè *Hyppol. de* 5
Mars. in §. præterea. ff. de qq. per regulam tritam & communem: Quod de inimico præsumatur omne malum, *Hypp. de Bonacoss. de præs. lit. 1. Seraph. de*
priv. jur. 13. n. 108. qui pestis vitæ & rei † familiaris. *gloss in l. data. Cod. de do- 6*
nat. Bald. in l. idem. ff. de usufr. nec non pernicies famæ & salutis humanæ dicitur. *Idem Bald. de Ubald. in d. tr. §. nisi. num. 14.* ut vero verius dixerit *l. fin. C. de*
præscript. 30. annor. terram matrem † esse malorum hominum. &c. Strin- 7
git verò hoc indicium concurrente famâ, & quovis indicio alio generali, non secus, ac si nedum in homicidii causa, sola inimicitia indicium sufficiens quæstioni substernit. *Hyppol. in d. §. præterea. num. 24.* Et sanè qui insidiatur vitæ famæve adversarii sui, quomodo bonis & facultatibus ejus, si poterit,
non nocebit? cum argumentum † à majori ad minus constructivè in jure 8
sit validum. *Eberhard. in top. à maj. ad min. num. 3.* ut hostis vitæ, dicatur quoque substantiæ & rei familiaris hostis. *Rebuff in concord. pag. 26.* quò spectant brocardica: Res & bona dicuntur sanguis & vita hominum. *l. advocati. ubi gloss. Cod. de advoc. divers. jud.* sine quibus haud sustentatur mundanus honor, nempe fidejussoribus respectu futurarum calamitatum, & ademptis iis, mortua est mortalis dignitas. *Æneas Sylv. Epist. 71.* imò melius est mori,

quàm indigere. *Hyppol. de Marſ. d. loc. num.* 21. nam vita indigentis ſemper eſt in cogitatione victus. *Rebuff. de concordat. pag.* 27. & metus bonorum æ-
9 quiparatur metui mortis. † *Marſil. d. loc. num.* 21. ubi hac de re plura congeſſit. *Bodin. 5. de rep. cap. ult. pag. mihi* 951. nefandum referens exemplum, qualiter inimicus & animam cum vitæ eripuerit adverſario. ibi: non aliter † impius ille Mediolanenſis, quem appellare nefas eſt, cum adverſarium inopinantem adortus eſſet, humi dejecit, & ſicâ faucibus impoſitâ mortem minatus eſt, niſi ob illatas injurias ſatis ſibi fieret, ille inopinato casu perterrefactus, veniam precari, pœnam deprecari, dictum factum nolle, ſicarius urget, ſe mortem illaturū, niſi Deum immortalem ejuraret, illê Deos Deasq; omnes deteſtabilem in modum exſecraretur; non eo contentus adverſarius execrationes illas ſæpius, quominus ſimularentur, iterari ex animo juſſit, deinde gladio jugulum hauſit, poſtremò de hoſte triumphans ait: Et illa eſt generoſa victoria & ultio, quæ & corpori vitam eripit, & animo æternos cruciatus eſt allatura. hæc *Bodin. d. loc.*

3. Indicium parit contentio de ſylva vel arboribus litigioſis, quandocunque enim damnum hinc vel inde, litigio pendente, datum eſt, præſumitur id juris prætenſi ergò commiſſum. *Frider. Mindan. de mandat. l. 2. cap.* 3.
11 Qui caſus tamen ad materiam præſentem proprie † non ſpectat, ubi vel ordinarius loci magiſtratus, parti ut inhibeat cæſionem, implorari, vel ſi inter imperii ſtatus quæſtio vertitur, Camera Imperii rectà, ad petitionem partis offenſæ, mandata ſine clauſula auff die Wiederfälle / juxta *ordin. part. 2. tit.* 22. decernere poteſt & debet. *Ego in diſput. inaugurali mea prima, quam Heidelbergæ habui, præſidente Reinhardo Bachovio,* † *de mandat. ſine clauſula. Joan.*
12 *Papon. lib. 14. tit. uſage de bois & de ne coupper arbres pendant le proceſſ. &c.* ubi teſtatur generale factum fuiſſe decretum, quod proceſſu pendente, ſive in petitorio, ſive poſſeſſorio hereditatis vel bonorum, judex mandare poſſit parti cædenti & devaſtanti, de ne coupper arbres, ou faire degaſt de re dont eſt quæſtion, &c. in tantum, ut licet uſufructuario non competat actio arborum furtim cæſarum, uti *in cap. præcedenti* diximus, detur tamen agendi jus fructuario ad inhibendam ſilvæ vaſtationem, etiam contra ipſum Dominum, *argum. l. 15. §. ſeq. & l. 16. ff. de uſufr. l. fin. ff. de uſib. & habitat.* Quod de ſervitutibus quoq; placuit, ut Dominus coërceri poſſit, ne incidat arbores, devaſtet ſylvam, eamque ad culturam redigat, in qua alius lignandi, paſcendi, ve-
13 nandi vel † glandes legendi facultatem & jus habet. *l. ſi eo loco. ff. de ſervit. vend. l. uſufructus. ff. de uſufr.*

4. Indicium facit, quotieſcunq; quis ſub actu hujus maleficii nonni-
14 hil amiſerit, & poſt ſe reliquerit, quod deinde repertum † atq; animadverſum fuerit cædentis fuiſſe, cum exploratione ac inveſtigatione quiſnam id ante amiſſionem proximè poſſederit, & quæ indicia alia ex furti indiciis, alii-

que

quelocis generalium indiciorum huc spectant, quæ hic referre denuò, nihil aliud esset, quàm crambem coctam reponere.

5. Indicium dictitat invidia, *const. crim. art.* 25. quæ juxta *Archidiacon. in c. qualis. 4. dist.* 25. est arbor, (arboris fructiferæ † destructiva) cujus radix est malevolentia, cujus frondes ira & odium, cujus flores irrisio & derisio, cujus fructus æmulatio & detrectatio, cujus folia livor & pallor. Atque horum omnium animam motumq; dixeris superbiam. *Joan. de Pined. in Job. c.* 35. *vers.* 17. *ibi*: Superbia est ipse viciorum truncus, cujus fructus & rami sunt severissima Dei supplicia. *Ezech.* 7. scriptum est, egressam quasi arboris frondosæ contritionem, floruisse virgam vel ramum superbiæ, id est, verbera & plagas. Germinabit superbia, ait propheta, (hæc enim sunt superbiæ & fructus iniquitatis pœna ipsa iniquitatis) surrexit in (ex) virga impietatis & contumelia resurrexit, est enim contumelia digna superbia pœna. hæc *Pineda d. loc.* Sed ad causæ merita, *gloss. in princ. Inst. de lege Fusia canin. tollenda* refert versiculos hosce communes ad rem præsentem:

Invidiâ Siculi non invenêre Tyranni
Tormentum majus.

Joan. Sneid. in princ. Inst. d. loco Invidi scilicet

Pectora felle virent, lingua est effusa veneno
Risus abest, nisi quem visi fecêre dolores.

(*Sixt. Senens. in Bibl. Sanct. l. 6. annot.* 98. invidiam latrocinii indicium esse scribit, statuens: Judæos non per ignorantiam sed invidiam Dei filium crucifixisse.) quia, ut ait *Plutarch. in Chabria. pag. mihi* 507. æquo animo pauperes alienam opulentum non intuentur fortunam. Idem *Plutarch. de invid. & odio.* Multi vicinis & domesticis invident, quorum gloriam splendoremq; pro viribus minuunt, contenti, veluti excelsæ domus eam partem, quæ lumini officit, dejecisse.

Nec meriti est aliquod spacium, quod nulla furentis
Invidiæ mensura capit.

uti canit *Claudian.* Proinde tritum hoc Italorum diverbium: Si la invedea fosse une febre, tout le mondo morirebbe. Memorabile exemplum refert ex *Plin.* 18. *cap.* 6. *Lather. de censib.* 3. *cap.* 6. C. Furius Cresinus (ait) Romæ, qui cum in parvo admodum agello largiores multò fructus colligeret, quàm ex amplissimis, in invidiâ quidem magnâ erat, ceu fruges alienas pelliceret veneficiis, sed à Sp. Albino Curuli die dicta, metuens damnationem, cum in suffragium tribus oporteret ire, instrumentum rusticum omne in forum attulit, & adduxit filiam validam, benè curatam ac vestitam, ferramenta egregiè facta, graves ligones, vomeres ponderosos, boves saturos; postea dixit: Veneficia mea, Quirites, hæc sunt. nec possunt vobis ostendere aut in forum adducere lucubrationes, vigilias ac sudores, qui omnium sententiis absolu-

tus fuit à vicinis invidis. hæc ille. Simile quid refert *Drexel.in Heliotr. lib. 3 cap.4.§.2. ibi:* Priscorum patrum res gestæ agricolam fuisse memorant, cujus ager fertiliores plerunque segetes tulerit, quàm vicinorum, qui id fieret rogatus à vicinis invidis, non esse quod mirarentur, respondit, sibi optimè convenire cum cœlo, nec aliam unquam tempestatem esse, quam qualem optaret. Irrident illi & negant id fieri posse. Imò verò, ait iste, ad votum meum respondet cœli gratia. Nam ego nunquam alias tempestatis commutationes volo, quàm quas vult Deus, cùm igitur divinum velle sit & meum, uberiores mihi fruges provenire voluit Deus, quàm vobis quibus plerunque cum Deo & Dei voluntate malè convenit. hactenus *Drexel.d.loc.* Ut verissimè dixerit *Spinæ. de tranquill.anim.lib.4.pag.*180. Donec Deus erit bonus, & sua bonitate liberalis est in bonos, eosq; opibus donat & ornat, tamdiu invidiæ affectus in diabolo & ipsius mancipiis permanebit, eosq; arrodet tanquam ulcus & apostema. *Idem d.loc.pag* 176: Ut ex feris, inquit, cernimus alias gravi odore, alias cadaveribus ali, ita invidus detrimentis, paupertate, miseria, morte, & infortunio fratrum, id est, veneno, quo naturam nostram serpens infecit, saginatur atque opimatur: cum è contrà invidus offendatur bonitate Dei, & fortuna proximi Bion Philosophus alloquitur invidum tristiorem: nescio ait, an tibi aliquid acciderit mali an alteri boni quippiam: innuens invidum prosperam alterius fortunam, suum ducere infortunium, alienâq; contristari lætitiâ. *Spinæ. d.loc. pag.*173. Hinc pertritus versiculus:

Invidus alterius marcescit rebus opimis.

Aristot. 2. *Rhet. cap.*10. Est dolor, inquit, quoniam similes boni aliquid adepti videantur. Unde illud dictum est, propinquitas invidere solet, præsertim cum ambitio in felicitate, aut in honore, & sapientiæ existimatione invidiam stimulat, & cum putant sua bona ab aliis auferri. Quare eleganter dixit *Plutarchus libello de fraterno amore*; gloriam velle, & admirationem captare eadem ex arte, aut facultate, inter pravos perinde est, ac si duo aliqui eandem amantes mulierem, uterque plus altero placere laboret. *Joan. de Pined. tom.* 2. *in Job. cap.*36. *vers.*6. *num.*5.

Neque obstat antedictis. Quod indicium hoc, aliaq; hic & alibi passim relata, inter indicia generalia *in d. art.*25. *const. crim.* connumerentur, ut dicendum sit, ea malè hic applicari, nec reverà specialia posse indicia dici, quia generalia generaliter intelligi, capiq; debent, nec confundi cum specialibus causis. *l.fin.in fine.C.de dote promiss.l.*1. *§. generaliter. ff. de liber. legat. Eberh. in top.in loc.a general.num.*2. *& seqq.* Resp. Generalia alia dici κατὰ παντὸς, alia κατὰ τι: Illa esse ajo, quæ indicia promiscuè & indifferenter competere possunt delictis singulis, ut vitæ improbitas, mala fama, delinquendi consuetudo,
17 conversatio cum facinorosis, † & quæ alia. Hæc, quæ non singulis generum, sed generi singulorum rectè applicentur, ut inimicitia, quam stupro, adulterio

rio

rio convenire malè diveris, vicinitas, invidia, & cætera, quæ quoque non nisi delictis certis, pro materia subjectâ quadrari poterunt.

6. Indicium parit lasciva petulansq; diffamati malitia, quam juvenilis vel puerilis ætas adminiculatur, ita vulgò comparata, cui nec duo falcones committendi, *ut ait Rebuff. in tr. concord. pag.*188. † non pira duo. *Idem pag.* 18
93. vel poma duo custodienda. *Idem pag.*189. nec bona alia etiam exigua, quæ imprudentiâ & stoliditate magis, quàm dolo videntur iri dissipatum. *Idem pag.* 231. damnumq; illatum vitibus, salictis vel arbustis, non tàm lucrifaciendi, lignandi, quàm venandi aucupandive studio. Cui illa ætas cumprimis incumbit, juxta Horatianum illud *de art. Poet:*

Gaudet equis, canibus, & aprici gramine campi,
Cereus in vitium flecti, monitoribus asper.

Quæ, aliaq; indicia ad legis Aquiliæ causam, quàm arborum furtim cæsarum, potius spectare videbuntur. *l.7. & 8. ff. h.t.*

De venatione JCtorum, nemora fructusq; sibi inde acquirentium, Idem agit *Rebuff. in d. tr. de formand. Apost. pag.*600. ibi: Jurisconsulti sapientes delectantur in venatione Pontificum vel Imperatorum, non ferarum seu avium, cum ludere nesciant nec venari, nisi in legibus † Imperatorum, &c. 19
nec mirum, quia Papa ipse vel Cæsar sæpè venatū vadunt, cum non habent juxta sese consiliarios prudentes. *Felin. in c. nostra ext. de concess. prebend.* Papâ cumprimis lethargo laborante. *Bald. in c. cum adeo. col.1. de rescript.* quia homo est, & sæpenumerò obliviscitur sui ipsius. *cap. ex parte.1. de off. deleg.* Hinc versiculi triti, quos refert *Joan. Wolff. tom.2. rer. memor. pag.*177.

Devorat agricolam rex, regem tyro, sed illum
Usurpator edit, comedit sed † presbiter ipsum, 20
Presbiterum meretrix, meretricem leno remordet,
Caupo lenonem, cauponem mox parasitus
Illum sexipedes, modo simia sexipedesq;.

Extat in hanc sententiam *locus Basilii homil.7.* ibi: Major pars piscium ligurriunt alter alterum atque devorant, & minor apud illos esca majoris est, & si unquam evenerit, ut is, qui minorem superaverat, alterius præda fiat, ambo tum simul deglutiuntur, & unâ ultimi piscis immensi ventrem ingrediuntur. Quid igitur nos homines aliud agimus, cum vim afferimus inferioribus? *Clemens Alexandr.* 1. *Stromat. in eandem sententiam:*

Humano generi lex namq; est à Jove data,
Pisces atq; feræ, volucresq; per aëra nantes
Sese edunt, cum illis ullis haud sit notio juris:
At hominum generi justum est, neq; optima cessit.

In trivium sonat diverbium:

Qui pote plus urget: pisces ut sæpè minutos

Magnus comes est, ut aves enecat accipiter.

Johan. de Pined. in Job. cap. 22. vers. 11. Justin. Justinopol. in consid.

De venatione causidicorum in curiis, vulgatum sonat quoque diverbiū. En cour, amour, & en chasser, chacun n'a pas, pour que chasser. Augustus Imp. ne in consistorio facilè hallucinaretur, cum consiliorum errores & pri-
21 vatorum, & respublicas evertere passim soleant, usus est continuò consiliariorum mille ministerio. uti refert *Victorin. Strigel. in Exod. cap. 28. pag. mihi* 127. Sed de venatione plura, *capite sequenti.*

7. Indicium stringit contra saltuarios, rem familiarem citius & ino-
22 pinatò augentes, quibus nemus domus, sylva villa est, & officio † pendente domos & palatia exstruunt, splendore, luxu & magnificentia cum antiquis nobilioribusq; familiis certantes, quos Pausone & Codro mendiciores non ita pridem advenisse vidimus: juxta illud Juvenalis:

Tota domus Codri, rheda componitur una.

Quā de re suprà de indic. peculat. Hoc indicio obmurmurante, cum nobilissimo viro Georgio à Preizken, ego, vigore commissionis Guelphicæ, in præfectum & saltuarios quosdam hujus Ducatus, ædes sumptuosas, ut fama referebat, ex arboribus furtim cœsis constructas, possidentes, inquisivi, remq; uti proponebatur, sese habere comperi.

CAPUT XI.

DE FURTO FERARUM BESTIARUM.

SUMMARIA.

1. De furto ferarum bestiarum.

2. Hypothesis resolvitur non argumentu quotidianu, an magnates sumpserint sibi jure vel injuria facultatem venandi?

3. Consuetud. consuetudine tollitur, eaq; rationabilior.

4. Omne [illegible] publicum una sua [illegible] contemnere dei et privatorum commoda.

5. Princi[illegible] qu[illegible]am lices pro arbitrio excarnificare [illegible]bd[illegible]n.

6. [illegible] vel Papa adsertioni in præjudi[illegible] p[illegible]vati non creditur.

7. Sp[illegible] ferarum bestiarum propter capturam p[illegible]am facilime extirpantur.

8. Saltus & [illegible] Bracterorum feudi situ[illegible] quondam concessæ sunt Comitibus de Stolberg.

9. Bodo de Coiumna, Eques Romanus, cervum nigrum cepit, eundemq; obtulit Iustiniano Cæsari.

10. Quæ commoda, quoad privatorum subsidia, redundent ex venatione solis principibus concessa?

11. De principibus nil nisi bonum & laudabile est præsumendum.

12. Precet armatæ principum quæ?

13. Delirus & delictis principum contri[illegible] coguntur subditi.

14. Iurisdictiones & jura terrendi in patrimonio sunt principis, uti asinus in patrimonio rustici.

15. Constitutiones bursales ut fulgura aversantur subditi.

16. Quæ differentia inter Tyrannum & bonum principem?

17. Iustu[illegible] Papa claves inferni possidet.

18. Prin

18. Princeps bonus dicitur Deus in terris.

19. Princeps bonus nemini facit injuriam.

20. In principe bono praesumitur actio justa, quae non facile admittit probationem in contrarium.

21. Inordinatum aliquando venandi studium in Germania peperit noxia incommoda.

22. Officia nonnulla civilia interdicuntur rusticis, ne cultura agrorum inde vilescat.

23. Invectiva Paridis de Puteo in principes venatores assiduos.

24. An poena capitalis statui jure possit contra fures ferarum bestiarum?

25. Domitius, Praetor Romanus, rusticum, sibi aprum offerentem, crucifigi jussit.

26. Quid jus Saxon. hac de re, quod refutatur.

27. Lex usu non recepta nihil praestat.

28. De confessione & donatione non acceptata, quaedam peculiaria traduntur.

FUrtum ferarum † bestiarum committitur, cum vel ferae bestiae, inclusae vivariis, aliàsve custoditae, vel ex saltibus & sylvis, ubi principes soli jus sibi usurpant venandi, furtim capiuntur, globulis feriuntur, vel abiguntur. *arg. const. Car. V. art. 169 Schneid. & Dd. in §. ferae Inst. de R. D.* Ubi in hypothesi † potissimum quaeri solet: An superiores jure vel injuria ademerint priva- 2
tis jus venandi? Litem movet [1] quod jure sacro venandi facultas videatur esse in promiscuo & generali usu. *Genes. 9. ibi:* Terror & tremor vester sit super omnes bestias terrae & super omnes coeli volucres. Item: Faciamus hominem, ad imaginem nostram, qui praesit piscibus maris, volatilibus coeli, & bestiis universis. *Gen. 2.* [2] opponitur *l. 1. ff. de acquir. rer. dom. & §. 14. Inst. de R. D.* [3] *l. 13. §. fin. ff. de injur. ubi Ulpian.* Saepissimè, *inquit*, rescriptum est, non posse quem piscari prohiberi, sed nec aucupari, nisi quod ingredi quis agrum alienum prohibere possit. Et quae argumenta plura at leviora à Dd. vulgò proferuntur, quorum ἀνασκεύασις facilis & nullius est momenti. Nam quod Geneseos locos citatos attinet, illi κατά τι sunt accipiendi, non ἁπλῶς, sequeretur, ut alia taceam, inde & hoc absurdum, quod communio rerum omnium, cujus JCtus meminit *in l. 5. ff. de J. & J.* in usum esset revocanda, juxta Anabaptistas: quod tamen ridiculum apparet. Ad leges allegatas Resp. quod juri illi sic constituto, moribus & consuetudinibus sit derogatum, uti paulò infra constabit, ut enim lex legem, sic † consuetudo legem, quae fortior 3
est, si rationem prae se ferr, tollit & elidit. *Bart. Zas. & Dd. in l. 32. ff. de ll.*

Pro sententia affirmativa adduci possunt sequentia:

1. *§. nemo retia. de pac. tenend. in usib. feud.* Nemo retia, *inquit Fridericus*, aut laqueos, aut alia quaelibet instrumenta, ad capiendas venationes, tendat, nisi ad ursos, apros, lupos, capiendos. Inde patet evidenter, prohibitam esse, pacis servandae ergò, venationem subditis. Adde, quod publicae utilitatis gratià recedatur à regulis juris communis, multaq; eo respectu fiant, quae regulariter fieri prohibentur. *l. 5. §. 4. ff. de injust. rupt. gl. in l. fin. ff. de ser.*

2. Quod Princeps ex causa justa tollere possit jus quaesitum subditis. *c. quae Ecclesia. de constit. l. fin. ubi Dd. C. si contr. jus vel util. publ. Jason. in l. 3. ff. de off. praef.* justa causa, eaq; προηγουμένη, simpliciter dici potest utilitas publi-

ca. Dec.

ca.*Dec.consil.*287.*Lud.Roman.consil.*310.*num.*2. Sed an merè publica res dici
mereatur idipsum, quod in quæstione hîc versatur? Certè id indaginis non
4 est postremæ. † Cumprimis quod publicum ita comparatum esse debeat
bonum, ut in recessu privatum quoq; complectatur. *Tiraq. de pœn. in proœm.*
At nulla ex venatione privatis cedit commoditas, quin potius primævi juris
illius, quod pene gentium esse videtur, privatio, spolium & pro re natâ exi-
5 tium: idq; eo citius, quo primati plus, plusq; habetur fidei, vel ex indiciis pau-
cioribus vel nullis, pro animi motu, diffamatum excarnificare volentibus.
Quanquam Principi nec Papæ ipsi credatur in causa propria, ut si indiciis le-
6 vioribus † adminiculantibus dicat Titium esse proditorem, venatorem fur-
tivum, & quæ alia: *Rebuff. in tr. concordat. in c. de subl. clement. liter. pag. mihi*
744. ne in potestate principis resideat privatâ, privare subditum re & capite
propter solam suam adsertionem, quod plusquam absurdum censet *Felin. in*
c. quæ in Ecclesiarum col.5. de constit & c. ad audientiam. col.3. de præscr.

Resp. Non esse hîc in quæstione, utrum venatio principibus solis
usitata, sit gentium vel publici juris, olim cuivis concessi, sed an titulo justo
eam possideant primates, quod hactenus probatum voluimus. Nec refert,
7 nullam inde commoditatem subjectorum progerminare, quæ ad rem † non
spectat: causa, quæso, quæ utilitas vel privata vel publica? quandoquidem fe-
ras bestias capiendi libido, quarum copia est exigua, nisi ubi species studio, in
saltibus & finibus certis, quasi vivariis, conservantur, foret promiscua. Saltus
8 & sylvæ Cheruscorum, Comitum meorum † de Stolbergk, (cujus majo-
rem partem Justinianus Cæsar, Germaniam peragrans, Feudi beneficio con-
tulit Bodoni de Columna, Venatori suo, Equiti strenuo, in monte Stalberg,
prope Rodleberodt, ubi arx primæva & familiaris pridem jacuit, jam deso-
9 lata, cervum nigrum, † antehac non visum, capienti, eundemq; Cæsari offe-
renti vivum. De monte illo familia nomē traxit, nam in Chronicis antiquio-
ribus, Comites illi dicuntur de Stalbergk, *Paulus Langius in Chron. Zeitzen-
si, de anno* 1422. *Joan. Wolff. in lect. mem. tom. 2. pag. mihi* 172.) quæ antiquitus
ferarum fertilissimæ, jam sterilissimæ per usum penè promiscuum privatis
indultum celebrantur. Quin potius & publicum & privatum augent com-
modum, ferarum captura solis illustribus concessa, quorum Cameræ, men-
10 sæ, vel culinæ inde sustentantur, ut † necessitate premente defectum anno-
næ, vel mensæ carentis supplere subditi tenerentur, non aliter, uti corporis
humani sunt obligata membra, inservire culinæ vel ventriculo, unde spiri-
tus suos ducunt vitales. Ut de cervis inusitatis plura referamus pro subjectâ
materia: meminit cervorum atri coloris, nec non unicornium *Johan. de Pi-
ned. in Job. cap.39. vers.9. tom.2.* in sylva Germaniæ hercinia repertorum. *Cæsar
6. comm.* unde quidem prolapsi sunt in istam sententiam, quasi Hercinia olim
foverit Rhinocerotes, quod falsum est, uti nec Indi gloriari possunt se animal

hoc

hoc possidere in salubis, a[illegible]num [illegible] pro nobili illa [illegible] cognoscentes. *Ælian. lib. [illegible] cap.* 22. ubi ait asinos sylvestres [illegible], magnitudine equi, unicornes, ex ipso cornu si quis bibat, [illegible] bis illesus futurus. Sic boves unicornes [illegible] sylvestres sunt in rerum natura, de quibus *Plin.* 8. *cap.* 21. *& lib.* 37. *cap.* [illegible] *Solin. cap.* 53. Cæterum de Rhinocerote an sit vel fuerit aliquando in orbe non pauci dubitant. *Plinius* 8. *cap.* 2[illegible] omnino affirmat & describit hanc bestiam, *Diodor. Siculus lib.* 4. *& Strabo lib.* 6. dicit, se hoc animal vidisse Alexandriæ, colore non buxi sed Elephanti persimili, magnitudine tauri, [illegible] mâ apro proximâ, præsertim quantum ad rictum, præter nasum, qui cornu quoddam est recurvum, omni osse durius, quo pro armis utitur, [illegible] aper d[illegible]. Addit author, habere animal duo cingula tanquam draconum volum[illegible] [illegible] usque uterum circumeuntia, alterum jubam versus alterum ad lumbum. Hæc eadem bestia visa est quoque in ludis Pompei Magni, & Romæ [illegible] fuit Augusti tempore. Quinimò Ulissiponæ non solum visus, sed cum [illegible] etiam [illegible] Elephante, spectante Emanuele Rege, anno 1515. Et v[illegible]s nostris diebus *[illegible] neda d. loc.* Madriti, ut non dubitare liceat, quin verus Rhinoceros fuerit nec sit.

2. Nihil hic referam de consensu subditorum tacito vel expresso, facultatem solis principibus tributam approbante. *argum. L.* 22. *ff. de ll.* de remissione juris tacita vel expressa, quam facto, vel protestatione dilucida poterant impedire. *Eberhard. in topic. in loc. à tacit. ad express.* Vel quod de principibus nil nisi bonum & laudabile sit præsumendum. † *Rebuff. ind. tract.* 11
pag. 491. *ibi:* In lingua principis stat gratia, in scriptura testimonium, in executione commoditas. &c.

Neque movet porrò, quod in principibus pro ratione voluntas præsumatur, voluntas etiam blanda inducat justum metum. † *Idem d. loc. p.* 415. 12
eorumq; preces dicantur armatæ, delicta extenuentur, excusentur à purpuratis aulicis, juxta illud: Sicut tela aranearum capit muscas parvas, & magnas dimittit, sic † delicta magnatum excusantur, quibus u[illegible] [illegible] connivere 13
coguntur subditi. *gloss. in l. ad splendidiores. C. de divers. off. lib.* 12. Unde illud Prophetæ, quod de principibus exaudit *Rebuff. d. loc. pag.* 713. Surge Domine, cur obdormis, & sinis eos vivere super terram. &c. Clodius accusat Mœchos, ut est in proverbio. *Idem pag.* 716. Denique cum jurisdictiones & jus terendi in patrimonio sunt † principum, uti asinus in patrimonio rustici. *Idem* 14
pag. 670. Ecquid miri, siquidem hoc prætextu etiam privatorum vitam sanguinemque primum sibi arrogant & usurpant, imò quid † constitutiones 15
Bursales non præstant, quas ut fulgura subditi [illegible]ntur. *Idem pag.* 2[illegible]5.

Resp. Distinguendum esse inter Tyrannum & ordinarium Principem. Ille pro arbitrio privato imperat, legibus sese solutum jactitat, rei publi[illegible]

tum privatas, sursum deorsum versando, de quo potissimum modo dicta sunt
16 capienda, subditis † propter scelera sua à Deo tributo, *Isidor. Hispal. de summ. bon. 3. c. 4.* Hinc Evaristus Papa *epist. 2. ad Ægipt. & Origen. Adamant. in lib. Judæ. homil. 4. ibi*: Pro subditorum meritis disponitur à Deo vita rectorum. Et Lutherus: Gott lesset einen Buben vmb deß Volckes Sünde willen regieren. *tom. 3. pag. 320. & Idem d. tom. 3. pag. 321.* Dieselbe (tyranni) sein die Knüttel dem Hunde an den Halß gebunden: sollen sie besser weise zu regieren wissen/ Gott würde auch andere Ordnung über sie gesetzet haben/rc. Hic (Princeps bonus) electus legitimè, non intrusus, sicut de intruso Papa dicitur,
17 † quod claves inferni possideat. *Rebuff d. loc. pag. 486.* dicitur Deus in terris.
18 *Idem d. loc.* † ordinarius omnium & legatus Dei, *gloss. in rubr. Novell. 1.* Pater legis civilis. *Novel. 12. cap. 4.* lex animata in terris. *Novell. 105.* tutio & præsidium subditorum *Cujat. 2. obs. 29.* Hic (*inquam*) ipse est, de quo vulgariter & verè prædicatur, quod jura habeat in scrinio pectoris *l. omnium. Cod. de te-*
19 *stam. c. 1. de const. in 6.* nemini faciens injuriam, à quo jura † nascuntur. *l. meminerit. 5. C. unde vi.* in quo elucet viva divinæ justitiæ imago, ac causa justa
20 actionum, quæ non admittit probationem † in contrarium. *Raud. cap. 14. n. 97. & 107. Gail. 2. obs. 56. 57. 58. & seqq.* adeò ut rationes in contrarium adductæ, hic parùm vel nihil facescant.

5. Moveri solet argumentum ab inconvenienti, ne agricolæ & artifices, mercenarii vel operarii quivis, venandi aucupandive studio addicti nimis, agri culturam & opificia necessaria Reipublicæ deserant, in luxum vitamque inordinatam miserè diffluentes & torpescentes. Proinde infinita erant subtimescenda incommoda & Reipublicæ detrimenta, cujusmodi ve-
21 nandi studium immoderatum † fluruisse olim in Germania, mala noxia adferens refert Tacitus & Sueton. Quin quod videre liceat, interdici quibusdam jure civili officia & exercitia aliàs justa & honesta, quo officio civili vel
22 rurali magis magisq; vacare † possint, *t. t. C. ne rustici ab ad. sub. l. o. rev. Covar. in c. peccatum. de R. J. part. 2. § 4. Zanett. vol. 2. [illegible] de pact.* Neque hic obstat: Quod ipsi principes, venationi [illegible] tes sæpenumero ab officiis curisque publicis [illegible] quæ in re periculum longe majus versari videtur *Paris de Pute. [illegible] rub. de reg. princ. & Duc. excess. num. [illegible] ibi* [illegible] cura publica & ministerio justitiæ, de regno n[illegible] vagantur in venationibus fe- rarum [illegible] causa, sed omnem curam & diligentiam in venando ponentes, [illegible] Respublica perit, & opus justitiæ deseritur, & qui rex erat, nunc Venator rusticanus effectus est, regnum ab aliis occupatur, subditi premuntur, & nullum in Republica bonum esse potest, rectore in
23 beluam converso. † vide *Schurff. consil. 1. cent. 3. Gail. 2. obs. 68. num. 11.* venatores hujusmodi efferatos Actæones appellat. &c.

Sed

Sed an supplicium capitale statui jure possit adversus fures ferarum be-
stiarum? Ita vulgo concluditur ex præsuppositis, nec † immerito, concur-
rentibus scilicet [illegible], quæ constitutio criminalis ad suspensionem sufficere dicit re- 24
rat. Ubi enim contrectatio rei alienæ invito Domino, lucri faciendi cau-
sa, ibidem furtum committitur, contrahiturq; ejusdem pœna. §. 2. *ubi Dd.*
Inst. de obl. quæ ex delict. nasc. Pr[illegible] de regal. § venatio. Rol[illegible] con-
sil. 9. Gail. Fac[illegible] in. [illegible] Dd. plures ab iis citati. Schneid. de rer. divis. §. feræ. num. 8.
& refert *Reiger. in voce venat.* Lipsienses in hoc casu pœnam suspensionis di-
ctare solitos, cum delictis exasperantibus pœna sint exasper[illegible]*l. aut fa-*
cta. §. fin. ff. de pœn. Alias extat locus *Valer. Max. lib. 6. cap. 5.* de Domitio, Præ-
tore Romano, Siciliam † regente, Pastorem, qui aprum capitum sibi obtu- 25
lisset, crucifigente: necnon de Episcopo Salisburgensi Michaele, de quo
Wolff. tom. 2. lect. mem. ex Joan. Wilhel. Kirchh. cum in proximo luco ad in-
saniam usq; venaretur, cervus actus extra saltum cucurrit, [illegible] in pauperis co-
loni segetem devenit, quī jam semimortuum prostravit, & [illegible] comedendum filiis egenis & esurientibus dedit, Episcopus rem experiens, [illegible]
ctum cervina pelle virum in foro venatus est, & ipse coram animi [illegible] obla-
randi gratia, quam id sibi arrideret, cornu in manus sumpsit, eoq; inflato, ca-
nes & molossos atrocissimos in hunc, qui jam animam suam Deo commen-
dabat, causamq; iniquissimam ipsius judicio, deferebat, incitavit, qui eum
undique aggressi, miserrimè in morem feræ dilaniaverunt. Acclamante in
cœlum innocente sanguine, Deus haud impunem illam nefarium Episcopum
habuit, quem venationi posterâ die indulgentem ab equo repentino morbo
præcipitavit, & justissimè interemit. Neq; obstat, quod *Dom. Sot. de J. & J.*
lib. 4. art. [illegible] scriptum reliquerit, aufferenda nempe saltem esse retia venato-
ribus, vel plagis excipiendos fures aut in duplum vel quadruplum mulctan-
dos: nec quod jus Saxon. refert, † daß an Fischen Vögeln / und Wilden 26
Thiern / niemand sein Leib und Gesundheit verwircken möge rc. *Resp.* opi-
nionem illam privatam non derogare juri publico posse, uti nec jus Saxoni-
cum, in hisce terris haud receptum, constat, lex vero non acceptata non ligat
subditos, etiam imperio legislatoris parentes. *Rebuff. in tr. [illegible] concord. pag. [illegible]*
† non minus vel plus, uti confessio non acceptata revocari potest quovis 27
momento. *Bald. in auth. novo jure. in fine. C. de pœna jud. qui malè judicav. In-*
noc. in c. m[illegible]ris. ext. de jurjur. adeo, quod judex absolvens reum, qui spontè
confessus [illegible]t, dehinc eum aggravare non possit, neque alius quispiam pro
tribunali sedens. *Bald. in l. si quis. c[illegible] C. de Episc. & Cler.* ratio est, quia non
acceptata est † confessio *Crot. in c. [illegible] 2. notab. de confess. in 6. Rebuff. d. loc. ubi* 28
ait, hoc ipsum mente perpetua tenendum. Sic renunciatio non valet renun-
cianti, quæ non fuit per adversarium acceptata. *Bald. in c. cum venissent* [illegible]
de eo qui mitt. in poss. donatio mortis causa facta non acceptata, quod [illegible]

fectum producit. *Rebuff. pag. 779.* Hinc trita illa juris maxima: qui non acceptat verba adversarii, non potest se iisdem juvare. *Idem Bald. in l. 3. C. de repud.* & quæ alia.

CAPUT XII.

DE INDICIIS FURTI FERARUM bestiarum, &c.

SUMMARIA.

1. *Ind[illegible]ia faciunt furti ferarum b[e]stiarum suppellex venatoria, vestes, &c. ejus, qui feram cepisse dicitur.*
2. *Suppellectilis appellatione non comprehenduntur vestes, canes venatici, animalia, quæ alias retro relicta, omninò indicium pariunt.*
3. *Molossi sine fustium appendiculo, contra rescripta principum inventi per sylvas, indicia faciunt.*
4. *Cum ad prohibitionem legis accedit hominis inhibitio, fortius mandata stringunt.*
5. *Arma & instrumenta venatoria penes rusticos reperta, indicia struunt.*
6. *Valens Imp. multa millia monachorum viros excubantium trucidavit.*
7. *Venatio monachorum qualis?*
8. *Monachi in tribus Deo sunt similes.*
9. *Amo[illegible]aus Papa quosnam canes venaticos sustinuerit juxta [illegible]e?*
10. *Historia de Carolo Magno & Agalando recensetur.*
11. *Furtum nobilitatem aufert.*
12. *Quid sit res tertia in causa pignorationis?*
13. *Quid si magistratus urgeat subditos alterius ditionis ad servit[i]a [illegible]ua, non quidem ca[pti]bus hon[illegible], sed ali[illegible] molestia instr[illegible]a?*
14. *Mandata de relaxando captivo quandoque demum determinantur.*
15. *Quid si ubi [illegible] delinquens, controversia jurisdictionis pendente, [illegible] aliquo litigantium capiatur, quo[m]odo procedendum?*
16. *Quid si tapes venatici jaculis petantur vel ta corrumpantur?*
17. *Venditio & participatio ferarum captarum, vel mortuarum, vel vivarum indicia parit.*
18. *Commessator ferarum bestiarum indiciis gravatur.*
19. *Historia de mendico silvestri, feras bestias à venatoribus sibi comparante, non injucunda.*

1. INdic[i]a faciunt suppellex venatoria, vel etiam qu[illegible] quotidiana nota in-
1 venta, concu[illegible], [illegible] quem [illegible] res illæ spectârint, cumprimis
[illegible] ferentes, *Osasc. decis. 40. Boer. decis.*
[illegible] ulis temerè uti. *Menoch. de arb. qq. 1.*
[illegible] ive quid aliud Massaricar[illegible] nomin[e] con-
[illegible] *l. [illegible] de supp. legat. Jason in l. si quis in fundo. ff. de*
legat. [illegible] lib. 2. cum suppellectilium appellatione, strictè loquê-
2 do, non † comprehendantur vestes. *d. l. si quis.* nec animalia, *Bart. in d. l. 1.* ubi
canes venatici &c. *Johan. Dilect. de art. test. tit. 6. caut. 51.* quidam indicium
omninò producunt, nec non molossi colonorum sine fustium appendiculo.
adversus

adversus Ducum rescripta, inventi † in silvis, retia, casses arcus, hastæ, scop- 5
tæ, quoniam venandi studium ut supra. cap. anteced. & armorum usus sub 20. solidi ... imatur rusticis *§. si quis rusticus. de pac. tenend.* quanto id fortius magis magisq; ? cum † ad prohibitionem legis prohibitio homi- 4
nis accesserit. *Anton. Quetta consil 20.* quinimo arma penes colonos reperta domi, si prope nemora principum habitant, indicia pariunt in præsentiarum, quæ iis procul dubio auferri † atque imbursari possunt. *d. §. si quis rusticus.* 5

2. Idem de solitariis, monachisq; otiosis & sylvanis, respectivè & analogicè, necnon de armalis & venatoriis instrumentis, & instructis dicendum: juxta illud Esau peccator, quia venator erat. *distinct. 86. c. 11.* quorum abstracta ex eremis multa millia Barbaris trucidanda objecit Imp. Valens, ut refert *Alciat.* † *in annotat. ad Cod. tit. de jure fisc. pag. mihi 196.* quos uti ve- 6
natores reprehendit *Rebuff. in tr. concord. de form. liter. exec. mand. Apostolici. pag. 673. ubi ait*, Monachos Deo esse similes † in tribus. [1] Quia ubique 7
sunt, & nonnunquam in lupanari [2] Quia omnia nova sciunt, vagantes per rus nemusq; & per civitates [3] Deo similes sunt in non peccando, quia cum accusantur, nunquam se peccasse † dicunt. vide *Johan. Wolff. tom. 2. lect. me-* 8
mor. pag. mihi 170. & eodem tom pag. 258. Ex annalib. Aventini *lib. 1. ubi*: Accusatus est Gebolitus, quod cum canibus & avibus venaticis contra officiū sacerdotis Dei luserit. Nostro ævo venari munus Episcopi honestissimum & præcipuum esse dixit. Pontifices nostri cætera munia à se longius in alios relegent; venationi, velut ad hoc cooptati, deserviunt. Quin & Monachorum quidam præsules, calvicie duntaxat, & bardo cucullo pietatem præ se ferentis, magis superstitiosi, quam pii. Et ibidem: Venationibus dediti, & aucupiis, canes avesq; alebant; arma deferebant, in militiam proficiscebantur, bella sectabantur: humano cruore, cæde, homicidio sese polluebant, nihilo secus tamen sacrificare, Evangelium legere nec erubescebant, nec metuebant. Amadæus Sabaudiæ Dux uxoratus & suffragio 26 Electorum ad pontificatum provectus, cum ab Oratoribus aliquādo rogaretur, ut, quos fortè haberet, produceret ad venationem canes, respondit, se die sequenti producturum eos, cæterum cum adessent illo die, ingentem † mendicorum multitu- 9
dinem ostendit, una discumbentium, atque hi sunt, inquit, canes mei venatici, quos alo quotidie, quibus spero cœlestem gloriam me venaturum. *Wolff. cent. 15 pag. 878. tom. 1. lect. memor.* Carolus Magnus venatorem & equitem nuper a pontificatum a se promotum, lætantem inde, & ab humo in equum sine subpedaneo, uno impetu subsilientem revocavit. Vales, *inquiens*, ut video, viribus, & eques haud malus es, tua opera in bello, ubi tua virtus enitescat, indigeo, proinde ignobili & imbecillo oves & gregem peculium, curam pauperum relinque. *Aventin. in annalib. Bojo. libro 1.* Morem tenuit idem Carolus Magnus uti Amadæus, qui mendicos plures juxta se & sub

 mensa,

mensâ, quando pranderet, jacentes ad pedes, venaticorum canum instar, [illegible] bari fecit, quos cum videret Princeps Agalandus, sacri baptismatis rore jam
10 † perfundendus, & quæreret causam spectaculi, intelligens, Cæsarem hosce socios, uti suos, & Dei sui amicos singulares observare, sacrum baptisma acceptare renuit, adserens, nolle se cum Deo mendicantium ullum facere consortium, quocirca baptisma, magnâ cum pompâ præparatum retrocessit: refert *Concionator Aulicus Saxon. Hoc in postill. Evangel.* Parem historiam de Comite Frisio jam baptisando, recitat *Joh. Wolff. d. tom.1. pag. 196. Idem tom. 2. pag. 259. ibi.* Verum Bojorum proceres vociferabantur se non posse deserere avitas ceremonias, quæ ipsis tot triumphos præstitissent. Hanc novam religionem adversam esse viris fortibus, & rei bellicæ studiosis: religionem Christianam, ut vera sit, tamen inutilem esse Reipubl. principem, si quidem suo officio fungi velit, non posse esse Christianum, Romani, quod à veteri cultu numinum descivérint, hostibus suis inferiores esse. Christum omnium Deorum esse pauperrimum, qui suis cultoribus nihil aliud, præterquam contumelias, & egestatem polliceatur, & tribuat. Invidere denique ipsum cæteris Diis, Deabusq́; consensu ab ævo totius orbis receptis, divinitatem. Porrò non pius sed malitiosus fuit usus Heliogabali *de quo Lamprid. scribit in vit. ejus.* quod ad cœnam pro more vocaverit octo luscos, octo surdos, octo podagrosos, octo calvos, octo nigros, octo prælongos & octo obæsos. *Erasm. Roterod. in chiliad. 1. cent. 7. pag. 237.*

3. Indicium parit si non furti, cujus magnates rarò vel nunquam ac-
11 cusantur, quia furtum nobilitatem † aufert, *Rebuff. in d. tr. concord. pag.* & falsum eandem in nihilum redigit, *Tiraquell. de poen. causa 31.* certè alterius prævaricatus, qui ut plurimum in pignoratione degenerat. venatores socijs canibusq́; stipati, retia portantes, visi in sylva fundove litigioso: ubi quæri solet, pisces ne, feræ bestiæ ablatæ dicantur, sintq́; reverâ res tertia? Negat *Gym. tom. 2. in præjud. Camer. pag. 261.* Decisum verò dubium hoc Camerale in
12 deput. §. Weiter/ ꝛc. Porrò † res tertia dicitur, res solo separata, neque adhuc crescens & pendens, uti fœtum lignum, nisi [illegible] res ejusmodi caperentur, nempe pro servitute [illegible] stabilienda. *d. recess. §.* Da aber. *Gylman. d. loc. pag. 2[illegible]5.*

Porrò [illegible], quid si contentio moveatur de vectigali, mul-
13 cta, vel [illegible] delictis, & pars gravata cogat † subditos, [illegible] ejusmodi quid præstitere, ut & [illegible] quidem hominibus, sed alia facti vià, [illegible] constitutioni de pignoratione? Distinguitur, [illegible] prius est, aut non: Si ipse homo, locum esse constitutioni, quanquam [illegible] prius ante mandata emanata fuerit dimissus, agitur quippe non tam de hominis captivitate injusta, quàm conservatione juris controversi,

nec

nec non de restitutione rei, pecuniæve violenter à subditis exactæ. *d. recess.* §. Wann zwischen ꝛc. Par jus est, quoties famuli domestici capiuntur, eoq; jurato adiguntur, ut promittant, nolle se dehinc juris controversi administrationem suscipere dominorum, quo quidem casu, constitutio quoque locum habet. *t. sequenti.* Im fall. *d. recess.* Aliud est, siquidem jurisdictionis, merèq; imperii respectu, capiuntur subditi, coguntürq; præstare homagii juramenta, idq; in præjudicium & fraudem alterius status, quo casu † mandata de relaxando captivo decernuntur. §. Da es sich ꝛc. vel citatio ad videndum decerni absolutionem ad effectum agendi. *Gail. 2. obs. 25. & seqq. Anton. Quetta consil. 28. Paul. de Castro consil. 259. vol. 1. Gylman in prænd. Camer. pag. 269.* Cæterum si subditus † delinquens per eandem controversiam, duobus nempe in eum prætendentibus imperium, capiatur ab uno, an constitutio hic obtineat? Et *negat recess. §.* Ferners. ubi factus habetur pro simplici turbatione. Sic mera turbatio est cadavere, ob controversam jurisdictionem effosso & ablato. §. Es seyn auch/ꝛc. Planè qui in fraudem constitutionis, retia corrumpunt, † canes venaticos jaculis petunt, pecora turbant, & sic modis variis ad versarium damnificant, non ablatis rebus? *Resp.* Rectiùs, constitutionem habere locum. §. Es ist auch. & §. Wann sich zutrüge ꝛc. non aliter, ac si signum, hedera suspensa de cauponâ controversâ, fracta & corrupta est, ut restitui eadem substantia, quæ erat, non possit. Porrò si in minimo rasa & deleta sit pictura in pariete, schedula affixa dilacerata, fundatur inde constitutio: Secus si signa hospitii sint quidem violata, sed integra ad huc quoad substantiam rei §. Auff den Fall/ꝛc. Denique qui pignoravit, jussúsq; restituere, paruit, sed paulò pòst rem eandem vicissim, vel diversam per eundem respectum capit, non novis coërcetur mandatis, sed mandatorum priorum saltem fit pœnæ declaratio. *d recess. deputat. de anno 600. §.* Es ist auch/ꝛc. Quæ obiter, quia ad materiam præsentem omnino spectant, dicta sunto. 14 15 16

4. Indicium parit venditio bestiarum emortuarum sive vivarum, distractio carnis mactatarum, commessatio & participatio † earundem, quæ facta, opem & consilium arguunt, a commessante venditore vel distractore rei, ò commissum ad furta patranda. *Dambond. in pr. crimin. cap. 116. And. de Isern. in c. 1. §. si quis quinq; solidos. in const. Frederici de pac. tenenda. num. 6.* adeò ut licet initio commessator nesciret furti vitium, indiciis tamen premitur, si † postea intellexerit vel intelligere meritò debuerit. *Isern. de loc. Matth. de Afflict. & Dd. ibidem.* Memini Wolfgangum Georgium Comitem de Stolberg retulisse sub cœna, mendicum in sylva solitarium, non procul à Bructero degentem, compatrem, præfectum illius loci elegisse, post sacrum exactum opus, invitasse pueri parentem † spiritualem ad prandium convivale, eique apposuisse fercula, ferasq; assatas lautiores, præfectum dissimolasse pridem, quæ res sibi viderentur dubiæ, ante prandium finitum surrexisse atq; 17 18 19

indicasse mendico, sibi suspectos cibos, quasi furtim quæsitos, ac teneri Comitibus suis hæc indicia manifestare, mendicum allegantem justum ciborum titulum, periculum fecisse, quomodo cum harpyiis ac volatilibus rapacioribus, juniores feras captas, ad locum certum quempiam deferentibus commercium facerent, nam mendicus, uti referebat Comes, ex cadaveribus animalium publicè exportatorum depromebat pro arbitrio carnes dilectas, quibus dispositis ac frustratim arboribus affixis, ex consuetudine invitat... volatilia, ibidem prædam suam vel perdices, lepores, cervos juniores, vel porcellos deponendo, ac frustra cadaveris recentiora ibidem relinquendo, illa sibi, hæc avibus deberi fercula.

CAPUT XIII.

DE FURTO PISCIUM, ALIARUMQUE, NON ejusdem speciei, bestiarum.

SUMMARIA.

1. *Jus piscandi in fluminibus publicis, certis de causis merito est ademptum privatis.*
2. *Pœna furti piscium est arbitraria.*
3. *Qui fur mulctam propter paupertatem solvere non potest, corporis pœnam afflictivam sustineat.*
4. *Pisces dicuntur portio & fructus fundi.*
5. *Pisces non minus furari, quàm segetes alienas decerpere licet.*
6. *De furtis gallinarum, anserum, columbarum, & an pœnitentia per restitutionem macula furti eluatur?*
7. *Qualiter gallinæ vicinorum tractandæ, si damnum dederint?*
8. *Si pastor damnum dederit, depascendo segetes, dominus pecoris æquè ac pastor tenetur.*
9. *Quarum columbarum furta committantur?*
10. *De furtis ferarum mansuefactarum.*
11. *De furto apium ejusque pœna.*
12. *De examine & recenti apium prole.*

QUanquam jure divino, civili, & Saxonico in mari nec non fluminibus publicis quilibet piscari possit pro arbitrio. *Genes. 1. vers. 2... & 27. c. jus naturale. 7. dist. 1. §. flumina. Inst. de rer. divis. l. 4. §. fin. l. 5. §. fin. ff. de rer. div. l. 13. ff. comm. prædior. Landrecht lib. 2. art. 61.* Dubium tamen non est, quod uti venatio ferarum bestiarum subditis rationabili ex causa adempta est, sic jus †
1 piscandi in fluminibus publicis jure videtur privatis interdictum. *Johan. Schneidw. ad. §. 2. Inst. de R. D. Balb. de præscript p. 4. p. 5. q. 6. Cæpoll. de servit.*
2 *præd. rustic. cap. 3.* Pœna verò hujus furti regulariter est † arbitraria. *Const. Crim. Carol. V. art. 169. Petr. Gregor. Tholosan. in syntagmate lib. 37. cap. 5. num. 14. Cepoll. de Servit. d. loc. instit. de piscat.* De cancrorum furibus idem est judicium. *Dd. ad d. art. 169.* Jure Saxonico fur pisces captos restituere, vel precium eorum tenetur refundere, & quoties piscatus est, solidos tres ætario in-

fert...

ferre per mulctam. Landrecht *art.* 28. *lib.* 2. *& eod. lib. art.* 61. qui si mulctam † 3
propter inopiam pendere nequeat, corporis pœnam afflictivam sustinere de-
bet. *d. const. Carol. V.* juxta illud: Qui non habet in ære, luat in corpore. Ad
pœnam laquei tamen rarò vel nunquam posse perveniri, passim ajunt, nisi ex
stagnis & piscinis vel lacubus privatis pisces capiantur. *art. const. crim. art.* 169. 4
qui pars, portio & fructus fundi dicuntur. *l.* 15. *ff. de act. emti. &c.* ac non ma-
gis capi permittuntur, quam segetes alienas demetiendo, vel poma alterius in
hortis decerpendo. † *L.* 1. *ff. arb. furt. cæsar*: De quâ re supra. 5

De furto gallinarum, anserum, columbarum aliorumq; animalium do-
mesticorum, jus est, ut fures quoque pro arbitrio plectantur. *Dd. in* § *gallina-
rum. Inst. de R. D.* nonnunquam pœnitentiâ furti hujus macula † eluitur, ut 6
quoties Scholaris gallinas capiens, eas sponte dimittit, uti refert *Bald. in l.* 63.
ff. de furt. Alias gallinæ horto horreove vicini nocentes apprehendi, alis am-
putari & dimitti † etiam possunt. Jus Saxon. *in Weichbild. art.* 121. non se- 7
cus uti pecus pauperiem faciens includi, statimque dimitti debeat, cum con-
stiterit, cujus nam sit pecus? ut dominus emendam præstet. *Zas. in l. prætor
ait.* §. *de iis. ff. de dam. infect. Gilman. in decis. cameralib. pag.* 241. De pastore, opi-
lione, damnum injuriâ dante, † constitutum jure apparet, communitatem 8
inde ut maximè teneri, quæ licet non mandavit fieri damnum, tacitè tamen
ad hoc obligata videtur. *Matth. de Afflict. in decis. Neapol. decis.* 87. *Coler. de-
cis.* 173.

Columbarum committitur furtum, & pœnâ arbitrariâ quoque coër-
cetur, nisi illæ de custodia avolantes, animum † redeundi deposuerint, qua- 9
tum scilicet natura fera est. §. *pavones. Inst. de R. D.* quæ nequaquam inescatio-
ne, vel aliâ quâpiam astutiâ depravatâ seduci capiq; debent, quod factum fur-
ti maculam olet & mulctis vel carceribus coërceri debet. *l.* 4. §. 1. *ff. famil. er-
cisc. l.* 39. *ff. de furt. Cepoll. de servit. cap.* 27. Idem jus & judicium de feris aliis,
ut cervis, lupis, vulpibus, &c. † mansuefactis, esto, imò de avibus quibusli- 10
bet, &c. Ut parum justè processerit vir illustris & religiosus E. M. barbiton-
sorem, philomelam, quæ inescata, nunquam verò caveis inclusa, cantare soli-
ta erat ad cubiculum domus, amœnitatis ergò ruri exstructæ, & modulamine
suo provocare somnum illius, imprudenter capientem, relegatione ple-
ctens, &c.

De apibus idem est † judicium, quæ licet feræ sint, §. 14. *Inst. de R. D.* 11
l. 5. §. 2. *ff. de acq. rer. dom.* siquidem tamen cicures & mansuefactæ fuerint,
apes, alveis inclusæ, unde avolare & revolare solent, in patrimonio hominum
sunt & possessione, unde furtum in iis committi rectè judicamus. *l.* 8. §. 1. *ff. fa-
mil. ercisc.* quòd vel pœnâ arbitraria, vel etiã suspensione puniri debet. *Dam-
hond. in pr. crim. cap.* 113. *Jacob de Bellovis. in pract. crim. c.* 10. *n.* 52.

Porrò de furto mellis vel favi jus idemque sonat, accessorii & principa-

lis enim par est conditio, & in symbolizantibus facilis est transitus, ait *Rebuff. in tr. concordat. pag. mihi* 628.

Examen vel recentem apium prolem quod attinet, ea nostra usq; in-
12 telligitur, quò in conspectu est, si verò † auffugerit, nec facilis sit ejusdem
persecutio, capientis fit. *d.* §. 14. *Inst. h. t.* quod si Domino inscio examen avolârit, non potest is adserere hujus vel illius examinis fortè alicuo in loco consi-
dentis, dominium. *Schneidw. & Dd. in d.* §. 14.

CAPUT XIV.
DE INDICIIS HORUM FURTORUM.

SUMMARIA.

1. Pro quantitate & frequentia furtorum, piscium, apium, &c. pœna laquei dictari potest furibus.

2. Leges disponunt de iis, quæ fiunt ut plurimum.

3. Latitatio juxta flumen cum retibus piscatoriis, qualia indicia generet?

4. An pisces capti dicantur res tertia juxta constitutionem Imperii de pignoratione?

5. De piscatione facta, nonnulla quæ inciderunt, memorabilia traduntur.

6. Piscator Petrus si jam viveret, vix campanator esset.

7. Crucifixus quasi hæreticus aliquis, carnis usum certis diebus interdicens.

8. Frequentationes nocturnæ juxta piscinas indicia generant.

9. Omnes actus nocturni sunt suspecti.

10. Actus clandestini cumprimis rusticorum opera faciunt suspecta.

11. Clandestinitati dolus verus non præsumptus inest.

12. Quæ indicia quoad apes & mella furto subtracta?

1 QUoniam piscium atque apium furta sic comparata sunt, ut pro † quan-
titate & reiteratione furtorum, laquei pœnâ coërceri poterunt. *Berlich. p. 5. concl. pract. conclus. 51. num. 20. ibi*: Pœna verò laquei, si quinq; solidos ex-
cedit. &c. quoad pisces, quoad apes. *Idem concl. 50. num. 7. ibi*: Si furtum ma-
gnum & quinque solidos excedens, laqueo perinde, ut aliud furtum, punia-
tur, &c: de indiciis meritò hîc indagandum est, quæ non nisi, quæstione vel
tortura dominante, nec non insequente pœna capitali, locum sibi vindicant,
quanquam sæpenumerò accidat, quæstione examinatos aliquando non sup-
plicio ultimo, sed vel fustigatione, relegatione, vel etiam dimissione, judicen-
2 tur, qui eventus † accidentium casibus magis, quàm causæ rei imputari de-
bent; legibus, quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον, non quæ ἐκ παραλόγου fiunt, rationem ha-
bentibus. *l. 3 ff de ll.*

Indicia verò hîc petenda sunt vel ex sede indiciorum generalium, vel
furti in genere, ubi indicia 30. explicantur. 1. In specie autem hîc erunt indi-
cia, penes diffamatos & hactenus furti ejusdem labe inquinatos, reperta do-
3 mi vel ruri retia piscatoria, & quod magis est, prope paludes & piscinas † vel
flumina

flumina interdicta, latitantes cum retibus, nisi piscatio sit litigiosa. *Gylman.in*
*decis.camer.tom.2.pag.*162. Ubi quærit post alia: utrum pisces capti in puncto
controversi juris, dicantur res tertia in constitutione pignorationis, † quâ 4
de re *de indiciis furti ferarum bestiarum paulò suprà.*

Nihil hîc de piscatione Ecclesiasticâ dicam? Dicam nonnihil, quia se-
riis joca miscenda, uti monet *Camer. 1. meditat. histor.* 99. refert, *distinct.* 86.
*c.*10. & 11. Venatores peccatores, piscatores sanctos quodammodo † æsti- 5
mari, quia Petrus piscator erat & nonnulli Sancti alii. Id suo sanoq; sensu est
expeditum, modo ne piscatores audiamus hodiernos Apostolos Romanos,
de quibus Petrarcha Senator & Legatus Pontificius *Epist.* 5. *ibi:* Nunc me
gallicus orbis habet & occidentalis Babylon, quâ nihil informius sol videt, &
ferox Rhodanus æstuanti Cocyto vel Tartareo simillimus Acheronti, ubi
piscatorum inops quondam regnat hæreditas mirum in modum oblita, prin-
cipii stupor est memorare illos hoc cernere auro onustos & purpura super-
bos principum ac gentium spoliis, videre pro inversis ratibus luxuriosa Pala-
tia, & mœnibus clausos montes, pro retibus parvis, quibus olim in æstu Gali-
læo victus vix exiguus quærebatur, quibus in stagno Genesareth tota nocte
laborantes nihil cæperant, manè autem facto capta est in nomine Jesu in-
gens multitudo piscium, audire nunc mendaces linguas spectare membranas
vero vacuas & pendenti plumbulo versas in retia, quibus ne nomine eodem,
sed in operibus Belial credula Christianorum turba concluditur, ut mox
squamis exuta, curarum flammis & desolatoriis carbonibus exuratur, avari
ventris expleturâ voraginem cernere pro sancta solitudine, frequentiam sce-
leratam & circumfusas acies satellitum pessimorum, &c. De hacce piscatio-
ne loquitur *Wessel. in thren. Hyer.* quam refert *Johan. Wolff. cent.* 1. *lect. me-*
*mor. pag.*22. O Petre piscator, si jam † viveres, vix campanator fieres, si ve 6
rò Papa jam esses, quàm opulentus esses, oporteret te rursus negare Christũ
vel deponi &c. Et *Idem Johan. de Wesselia, testante Wolffio d. loco. pag.* 165. Si
Petrus jejunium instituisset, posset existimari, ut eò citius pisces suos vende-
ret, &c. Ut submirandum sit, piscium festa, & jejunia instituta ad vescendos
† solos pisces, cum tamen de cruce suspensus aliquando fuerit quidam, hæ- 7
reseos prius condemnatus, qui statis diebus usum carnis prohibuerat. *Idem*
Wolff. cent. 1. *pag.*283. & refert *Rebuffus in tr. concordat. jejunium* per usurpa-
tionem carnis, præscribi posse. *pag.*184.

2. Indicium est circa piscinas & † alvearia, nocturnæ deambulationes 8
demonstratæ, juxta illud:

Nox fraudibus apta est.

Actus nocturni suspecti. † *Marsil. de bannit. num.*68. imò diurnæ & clancu- 9
lariæ digressiones idem præstant, *Tiraquell. de pœn. caus.* 11. & 22. imò actus
clandestini, † imprimis rusticorum, opera reddunt suspecta. *Corset. in sing. in* 10

verb. occultè, & dolus verus non præsumptus inest clandestinitati. Plot. *de in lit. jurand.* §. 48. *n.* 24.

3. Porrò quoad apes & mella, indicium faciunt excisio & dispunctio signorum, quæ dominus incidit arboribus, vel aliâ quâpiam notulâ designavit locum, ubi apes consederunt, vel ubi in arbore concava fortè fuerunt inclusæ. *Bajard. ad Clar. lib. 5. sentent.* § *furtum. n.* 93. & quæ alia.

CAPUT XV.

DE FURTO RERUM DEPOSITARUM, ET hæreditariarum amotione.

SUMMARIA.

1. *Quot species hujus furti?*
2. *Delicta hæc non pariunt pœnam ordinariam nisi quoad accidentia.*
3. *Actiones famosæ restringi debent.*
4. *Cum maleficium purgari potest actione civili, criminalis inde eliditur.*
5. *Propter rem vilioris pretii nemo infamiæ vel vitæ jacturam ferat.*
6. *Propter inficiationem & interversionem depositi actiones famosæ demum subintrant.*
7. *Tutores pupillorum res intervertentes nõ conveniuntur furti actione, sed de rationibus distrahendis.*
8. *An & quando præfectus vel administrator de rebus interceptis tentatur?*
9. *Quo respectu tutor dominus dicatur rerum pupillarium?*
10. *Velamen administrationis pœnas solet mitigare.*
11. *Quale cambium exercere possit præfectus cum pecunia domini?*
12. *Quomodo puniantur leviores præfectorum excessus?*
13. *Si pluries deliquerit in officio reus quomodo procedendum, ut legi satisfiat?*
14. *Quicquid de furto in genere traditur, hodie restringendum est ad constitutiones criminales Caroli V.*
15. *Culpa & negligentia præfecti non confestim in pœnas crescere debet.*
16. *Qui reliqua præstare nequit, cautione pridem liberatur.*

FUrtum rerum depositarum vel concreditarum, variè considerari potest,
1 † quoddam enim est depositi, commodati, quoddam alio pacto, modove, penes aliquem existentium rerum. De primo membro agit *const. crim. Car. V. art.* 140. Quisquis, *ait*, cum alterius bonis, quæ bona fide sibi commissa erant, vel deposita, ultrò ac malitiosè in præjudicium deponentis vel creditoris agit, hoc quidem scelus, delictumq; æquè, ut furtum puniatur. *l.* 1. *ff. de his, qui not. infam. l.* 15. *cui. ff. de furt. l. si sacculum. ff. deposit. Menoch.* 2. *arb. jud. cas.* 298. *Cravett. consil.* 287. *tom.* 1. ubi notatum esto, quòd nisi circum-
2 stantiæ & facta atrociora delictum † hoc aggravant, utputà inficiatio depositi, commodati, & quæ alia nefanda, pœnæ furti ordinariæ non infligendæ sint
3 reis, quoniam actiones † famosæ, ut plurimùm restringendæ, *c. odia. de R. J. in* 6. & alibi traditum extat, quòd, quandocunque maleficium purgari queat
4 per actionem ex contractu civili descendentem, famosa & criminalis † actio elida-

elidatur. *Cravett. d. loc. Roland. à Valle consil. 75. num. 31. vol. 1. Eberh. in top. in loc. à minori. num. 3. Bald. vol. 5. consil. 34.* Et quod famæ hominis sit parcendum respectu rei vilioris, quæ non admittit proportionem cum fama etiam vilioris personæ. *l. si oleum. §. fin. & l. seq. ff. de dol. malo.* † Ergo magis ma- 5
gisq; vitæ hominis parci debet, re modicâ contrectatâ, vel elisâ famosâ actione per civilem persecutionem. *Eberhard. in top. d. loc.* Aliqui distinguunt, nec immeritò, inter depositum & commodatum, quoniam in depositario fides major requiratur, quem quis eligit sponte; & summæ probitatis fiducia aliis prætulit, at commodatum, cum commodum commodatarii respicit, non spontè domini contractum videtur, qui interpellanti amico non ausus erat fortè denegare, non secus uti mutuum, quod plerunq; amicis citrà famusculi exspectationem dari solet, vel debet, juxta illud:

Κρίνει φίλους ὁ χρυσὸς, ὡ χρυσὸν τὸ πῦρ.
Ut aurum ab igne, sic ab auro amicus noscitur.

Alciat. 2. parerg. 36. Sed ut ut sit, dixi modò, quod concurrentibus circumstantiis, maleficia hæc aggraventur, faciantq; dominari actiones criminales & famosas, inter quas primum locum tenent † inficiatio depositi & commo 6
dati, interversio eorundem magni valoris, & quæ alia. qua de re Tiraquell. *de pœn. causa 28.* Ego *part. 1. de indic. general. cap. 67. de indic. quæ ex negat. depos. descend.* porrò an pœnitentia locum habeat in causa inficiationis? venustè pertractat *Tiraquell. d. loc.*

Secundum membrum hujus delicti, & quantum res penes alias extra memoratas causas, existentes attinet, occurrunt tutores, curatores, & administratores, œconomi, vice domini, telonarii, scribæ, &c.

De tutoribus & curatoribus constitutum extat, quod furti non teneantur, intervenientes pecuniam vel res † pupillares, sed actione solummodo 7
de rationibus distrahendis. *l. 33. §. 1. ff. de administ. tut. Farinac. lib. 1. consil. 96.* modo ne indicia dilucida furtorum appareant, unde proairesis & affectus furandi possunt proculdubio dijudicari. *l. 4. §. 22. l. 2. §. 1. ff. de tut. & rat. distrah. l. 33. ff. de furt.* de quibus suo loco de administratoribus & præfectis curiarum, quæsturæ, Cameræ, vel pecuniæ publicæ diximus, *supra de crimine peculatus*, ubi hoc notatum esto in præsentiarum, quod quoties præfectus, administrator suo periculo, pecuniam sub se habeat; si negotiari soleat pecuniâ publicâ, connivente domino, vel in genere de rationibus reddendis teneatur, si pecuniam quampiam publicam in usus suos † convertat, non ut intervertat, ever- 8
tat & furetur domino, isq; ex omni asse sit solvendo, ratione reliquorum, furti non teneatur. *arg. l. 9. §. 2. ff. ad l. Jul. peculat.* Uti in tutore receptum diximus, qui dominus, suo modo, rerum pupillarium quoque dicitur, quoad administrationem, quousque dolus & machinatio furandi, † quæ probationis haud 9
erit levioris, non probata fuerit. *l. 7. §. 3. ff. pro emtore. l. tutor qui tutelam. ff. de*

administ.tut. Donell. 4.com.15. Gail.2. obs.72. atqui tutor & administrator in jure pacificantur, symbolisantur, de quibus unum idemq; est judicium. *Re-*
10 *buff.in tr.concordat.pag.628.* Accedit, quod † velamen administrationis delicta, imò si qua furta proponuntur, excusare pœnasq; mitigare soleat. *l.multi. ff.de publ.& vectigal. Tyraquell.de pœn.caus.58.num.2. ibi*: ratione officii quis excusatur, nisi probetur dolus, &c. Porrò quod officiales pecuniam vel rem creditam non amplius penes dominum, at in ejus usu & possessione absoluta consistentem usurpent, cui facto furti definitio competere non potest, *§.2. Inst.de furt.* deinde non ejusmodi subest scandalum in hoc passu, ac si domino possidente ac in potestate sua, sine ministerio tenente, usus possessiove rei intervertitur, contrectatur, *Ægid.Boss. in tr.crim.tit.decret.Mediol.num.14.* in tantum, ut vigore constitutionis Saxonicæ administratores ob pecuniam interceptam & in usus privatos expensam non furti, sed perjurii & perfidiæ causa solummodo coërcentur. *Consult. Saxon. tom.1.p.4.q.15.* idem de commodatario disponitur. Landrecht/ *lib.3.art.22. & ibi gloss.num.5.* quæ conclusio ait *Berlich.p.4.concl.pract.num.37.* generaliter procedit in omni administratore, Oeconomo, sequestro, & simili, qui vel nomine principis vel alterius, quotannis vel ab aliis certis temporibus loco annuorum redituum pecuniam, frumenta, ligna, decimas, pensiones, canones, laudemia & alia accipere debet; sed ea in rationes non integrè referens, vel emendo, vendendo, mutuo dando, accipiendo, admetiendo, falso modo, aliave falsa mensura utitur & id, quod subtraxit, dolo malo & in fraudem domini in proprios usus convertit. hæc ille. Idem obtinet, ubi quis pecuniam non in totum intervertit, vel in
11 suos usus expendit, sed cambit † tantum & commutat, ejusq; loco nummos deteriores, aut si vice frumenti viniq; boni & veteris, substituit non ita frugi vel vinum recens & non adeo præstans. *Damhoud. in pr.crim.cap.115. Berlich. d.loc.num.40.* subdens jure civili, uti constat, teneri administratorem ad duplum, constitutione Saxonica, si damnum ultra 50. florenos excedat, carcere vel relegatione puniendum esse, nec non eadem coërcitione plectendum.
12 † siquidem duplum, infra 50. florenos commisso peculatu, luere per inopiam non possit, nisi cumularentur delicta aliquot in officio patrata per regulam: Quod ubi delicta plura, pro quibus diversæ jure sunt sancitæ pœnæ,
13 coacervantur, pœnæ omnes & singulæ simul & semel per ordinem sint † infligendæ, procedendumq; de minori ad majorem, & sic gradatim ad omnes, donec legi satisfactum fuerit. *l.1.§.1. in fin.ff. ad SCtm Turpill. c. de causis. ext. de off.deleg. & c.licet.ubi glossa ext.de pœn. Tyraquell. prolixè in præfat. de pœn.*

Neq; movet, quod *supra cap. de peculatu*, pœnam ejusmodi delictorum capitalem statuimus.

Resp. Decisionem illam pro subjecta materiâ esse acceptandam; scilicet, ubi gravitas imo pluralitas peculatuum cumulatur, cum nec furtum o-

mne

mne simplex pœnam laquei mereatur, sed quicquid de furtorum pœnis dicatur, id restringendum quodlibet ad definitionem † Caroli V. *in const. crim.* 14
159.160.161.162. & seqq. quin quod constit. Electoralis *p. 4. const. 41.* peculatum 100. florenorum, furca vel laqueo plectendum dictitet, qua de re præjudicia aliquot recensent *Alleman. in palæst. de peculat. Berlich. d. concl. 57. num. 53.* ubi tamen dolus & furandi proairesis ex omni asse probari debet, neque enim culpa vel negligentia † administratoris in pœnam crescere debet, si forsan 15
rationes edere decentes non possit, vel reliqua in continenti præstare, dummodo cautionem de iis † præstet, vel de judicio sisti & judicatum solvi, quo- 16
ties rationes adhuc sunt litigiosæ & intricatæ. *argum. consult. Saxon. tom. 2. p. 4. q. 3.*

CAPUT XVI.

DE INDICIIS FURTI RERUM depositarum.

SUMMARIA.

1. *Quæ indicia inde, ut si quis sarcinulam deposuerit penes hospitem, quam postea reperit reseratam?*
2. *Quid depositum & effracturam vel apertturam allegans, probabit?*
3. *Nemo ex improbitate actionem consequatur.*
4. *Depositi inficiatio indicium parit.*
5. *Reus mendacii convictus & fraudis & doli una convictus censebitur.*
6. *Creditor negans sibi rem pignori datam, jus pignoris amittit.*
7. *Quale mendacium culpandum sit?*
8. *Depositi contrectatio indicium producit distinctione adhibita?*
9. *Amici familiares, inimici peculiares.*
10. *Occulta hostilitates sunt instar scopulorum sub aqua latentium.*
11. *Gerhardus Brazutus S. Romanos Pontifices veneno occidit.*
12. *Cur Papa modernus non toleret Hispanos juxta sese?*
13. *Cur Paulus V. Bellarminum odio fuerit prosecutus?*
14. *Quæ indicia contra tutorem falsum stringat?*
15. *Qui tutor sciens prudens nonnulla omiserit ex rationum libris, indiciis aggravatur.*
16. *Omissa tutor cum duplo restituere teneatur.*
17. *Qui tutor nolit exhibere libros rationum, indiciis premetur.*
18. *Qui apochas solutionis non recipit juxta expensas suspectus est.*
29. *Quæ indicia juxta apochas negatas?*
20. *Quæ indicia ex cambiis pecunia pupil[illegible] factis?*
21. *Pecuniæ lucrum ei cedat, qui est Dominus pecuniæ.*
22. *Repentina divitiarum ostentationes indicia pariunt.*
23. *Consistit quædam liberalitas in accipiendo.*
24. *Omnis barataria est interdicta, nisi quod modicum non curet prætor.*
25. *Fama aliaque causa notata quæ indicia spargant, contra administratores? &c.*

11. INdicium † est, si quis sarcinulam hospiti in custodiam dederit obsignatam, quam Dominus postea reperit apertam & revolutam, cum restituitur, *Bart. in l. 1. §. servi. ff. furt. advers. nautas*: probare autem tenetur hospes
2 passivus sc. hac in parte, 1. signaturam sarcinulæ 2. & †. perditionem pecuniæ vel rei depositæ. *Idem d. loc.* Quandoquidem ardelio quivis & ignotus fingere posset jacturam depositi, atque hospitum simplicitatem masculè eludere, quod permittendum non est, sed hominum malitiis potius obviandum
3 *l. in fundo. §. pen. ff. de R. V.* ne quis perfidia & improbitate sua actionem † consequatur. *l. ita q. fullo. ff. de furt. Petr. Roiz. in decis. Lituan. decis. 3. n. 556.*

4 2. Indicium parit depositi inficiatio. † *Tiraquell. de pœn. caus. 28. text. in l. hereditatum. §. fin. ff ad L. Falcid.* ubi mendacium & furtum æquiparantur, hinc tutor mendacii convictus, unà doli & fraudis convictus censebi-
5 tur, contra quem inde † in litem jurari potest *Plot in lit. jurand. S. § 3. nu. 13.* quod jusjurandum multo fortius contra depositarium admittetur. *Idem §. 10. num. 2. & §. 36.* Sic creditor rem sibi pignori datam negans, fraudis & intervertendi pignoris suspicione † aggravatur, qui inde jus pignoris perdit.
6 *Jason. in l. 1. in col. pen. C. de transact.* uti Emphiteuta, vasallus per inficiationem dominii, quod dominus adserit & probat, jure suo cadit, scilicet qui intervertere id domino procul dubiò voluit. *Idem d. loc.* De indiciis mendacii, vide *part. 1. c. 34.* Notatum hic esto: Quod non omne mendacium indicia pariat maleficiorum, de quibus *Luther. in Genesi. cap. 26.* ubi mendacium triplex constituit, 1. ait, perniciosum est, quod fallendi, fraudandi studio committitur, idq; in dispendium proximi, sive rerum, famæ vel animæ, quod mendacium utpote dolosum sua indicia parit, & pro re nata quoque uti flagitium ipsum coërcetur. 2. est genus mendacii officiosum, hoc est charitatis & mise-
7 ricordiæ, ut si magistratus † quæreret furem, ut raperet eum ad supplicium, & ego scirem, tamen negarem, me scire ubi esset: ibi mentior, non in perniciem, sed salutem proximi, aut si viderem aliquem insidiari pudicitiæ virginis, aut matronæ, & fingerem me nescire eam: ibi mentirer in salutem, & honorem puellæ Sic Michol mentitur patri Davidem abiisse, sed in salutē ipsius. Licet igitur, ubi sine damno Magistratus aut parentum fieri potest, tegere & defendere eos, quos petunt aut quærunt, Tertium genus est jocosum, quando quis cum aliquo jocatur, salvâ tamen gravitate, pietate & fide: qualis est ludus Rebeccæ, & Isaac, aut cum maritus fallit aut ludit uxorem aut filiolum, quæ fallacia detecta movet eis risum & hilaritatem, ibi desinet mendacium, & nihil est præter risum & ludum. Hoc etiam utile mendacium est, præsertim inter conjunctos familiaritate, & benevolentia. *Hactenus Divus Lutherus.*

2. Indicium generat depositi contrectatio, vel usurpatio, quæ regu-
8 lariter † ipsum furtum vel ejus pœnam non infert, modo quod opiniones sinistras,

sinistras, viro bono indignas, meritò importet. *l. 78. ubi Dd. ff. depositi Cravett. consil.* 287. *tom.*1. cumprimis concurrente famâ & levitate hominis, aliisque indiciis generalibus. Aliqui distinguunt inter rem pecuniamve depositam obsignatam, & ἁπλῶς depositario traditam, ut casu hoc posteriori nec furtum, nec indicia furti generentur, modo interesse post moram præstet ille. *Cepoll. Tholosan. q.* 168. *Ludov. à Pegverr. in quæst. crimin. cap.* 38. Alii distinguendũ putant esse, inter amicum deponentis & extraneum, penes quem res deponitur, ut similiter non nisi hunc depositarium indicia afficere videantur. *argum. l.* 78. *ff. depositi*, quanquam doli indiciis apparentibus, non minus ille furti indiciis scateat, cum inimici familiares sint pestiferi. *Llata. C. de dolo. c.* 1. *dist.* 93. unde *Boët.* nulla pestis efficacior est ad nocendum, quam amici familiares. Hinc *Luther. tom.* 3. *pag.* 105. † Satius est inter inimicos habere Caipham, quam inter amicos Judam. Ut enim marini scopuli, qui sub aquis latent, illis, qui apparent, & in conspectu eminent, navibus multo sunt nocentiores, ita & occultæ inimicitiæ † sub specie amicitiæ veræ latentes, majora damna dare solent. *Lucill. in anthol. lib.* 2. *Camerar.* 3. *med. hist.* 54. de delictis domesticis & amicitia hac fucata prolixè agit *Justin. Justinopol. in consid. considerat. pag.* 26. ubi ex scriptis Cardinalis Bennonis testatur & refert Gerhardũ Brazutum, Benedicti Noni familiarem, subdôla familiaritate † sex Romanos Pontifices intra spacium 13. annorum è medio sustulisse, quorum nomina sunt Clemens, Damasus, Victor, Leo, Stephanus, (veneno,) Benedictus X. (per vim & fraudem sublati sunt.) Qui jam sedet Papa Urbanus VIII. adeo familiares fugit amicos, ut nedum esculẽta vel bellaria, quæ ex Hispania adferuntur, attingat, sed aliis ea donet, & transmittat, ut exploret † sine suo discrimine sinceritatem illorum. Quin & hoc, qui Roma veniunt, referunt, ob veneni sibi propinati suspicionem in tantum conjectum metum, ut hic Pontifex ne sacristæ quidem fidere amplius velit, qui in Missæ celebratione ad consecrandam ostiam ipsi porrigere solebat, quam deglutiret, scilicet merito metuit Urbanus, quod olim à monacho Beneventano ordinis Dominicanorum Henrico VII. Cæsari contigit, qui infectâ Eucharistiâ occubuit. Porrò qui hunc præcessit Papam, idem subveritus, à cognata sua sibi juscula præberi voluit. A coquis metuit, quod & Sixtus V. fecit, & procul dubio Gregorius VII. idcirco Mathildæ familiaritate tantopere usus fuit, *qua de re alibi.* Quinimò Paulus V. à familiare domestico unico Bellarmino † plus periculi sibi censuit exspectandum, quam ab inimicis & hostibus manifestis, & hæc inter causas alias, cur Bellarminus ex Vaticano ad Jesuitas suos migrare coactus fuerit, non ita diu postea superstes, mœrore animi & indignatione exstinctus. De factis, furtisque domesticis, ut ad rem redeamus, plura congessit & scripsit *Aleman. in palæstra de peculat. conf.* 2. *pag.* 70.

4. Diximus *capite præcedenti*, tutorem vel administratorem rerum

sibi concreditarum, siquidem eas interverterit, non teneri furti, nec ejusdem
pœnæ, modò proairesis furandi non appareat per indicia dilucida, de qui-
14 bus pro re natâ jam dicetur. † Indicium itaque est, quoties registra redi-
tuum vel rationum datâ operâ, sciens prudens ob commoda sua depravave-
15 rit, corruperit, falsificaverit, & quasdam pensiones annuas in totum † omi-
serit. *Virgil. Pingiz. quæst.* 47. *num.* 10. *Ludov. Rom. sing.* 379. Perinde est, si-
quidem non corruperit, nec reditus aliquot totaliter omiserit; sed non inte-
grè saltem annotaverit, forte partem tertiam vel quartam non inscribendo,
16 ubi omissum cum duplo restituere † tenetur. *l. 9. C. de erogat. milit. annon.*
l. fin. C. de canon. frum. urb. Rom. l. fin. C. de frument. urb. Const. Roman. d. loc.

5. Indicia furandi suggerit, quando tutor vel administrator post ratio-
17 nes redditas administrationis & computatorum † libros exhibere nolue-
18 rit. *Socin. consil.* 159. *volum.* 2. *Farin. consil.* 96. *volum.* 1. Porrò si † apochas so-
lutionis factæ, non recepit, juxta expensas, si apochæ non speciatim comple-
ctuntur, quid quantumve, quo die & consule, quo nomine titulo, hoc vel il-
lud fuerit erogatum, *arg. Novell. Elect. Saxon. August. constit.* 41. §. es soll aber
auch, ubi *Moller. in comment.* Deinde nec scrupulo causa caret, quandocunq;
administrator apochas seu Quietantias inficiari vel in dubium vocare inten-
19 deret, cum jure ita comparatum sit, ut contra † apochas ejusmodi, nedum
exceptio non numeratæ pecuniæ possit opponi. *l. 14. §. 1 C. de non num. pec. l. 1.*
C. de apoch. publ. l. 11. Cod. de susceptor. præpos. quin quod hæ apochæ quoque
præjudicent pupillis, dominis præfecturarum, nec non ipsi fisco. *Bald. in l. 2.*
lect. 2. C. de præscript. quadr. Paul de Castro consil 34. *vol.* 1. *Jason. in l. duobus ff. de*
jurejur. Salycet. in l. 14. Cod. de non num. pec. gloss. in l. 46. §. 5. ff. de administ. tut.
ubi dicitur, adolescentem non posse convenire debitores paternos per apo-
cham à tutore liberatos, licet in libris rationum hujus vel illius accepti non
sit facta mentio specialis. Atqui fiscus & minor ut plurimum quoad privile-
gia pari passu ambulant, per notissima. Ergo Neq; hic obstat *l. 2. Cod. de con-*
veniend. fisci debitor, quæ saltem præscribit cautelam, quomodo securè fisci
administratoribus solvi debeat, scilicet, ut apochæ à tabulariis subnoten-
tur.

6. Indicium est, si administrator ex pecunia publica vel privata, versu-
20 ras † & cambia facit, si eas, dummodo apud se extant, ad usuras dat, indeq;
quæstum exercet. *l. 20 ff de præscript. verbis. & l. 13. §. si quem. ff. commod.* ubi di-
21 citur, quod lucrum ejusmodi cedat ei, qui pecuniæ † est dominus. Ergo si
quæstum illum supprimit, non est sine suspicione fraudis, quæ reluctatur illi
juris objecto, suum cuiq; tribuere. &c. Distinguunt verò in hoc articulo Dd.
aut pecunia illa statim eroganda erat in usus publicos, vel aliquantisper relin-
quenda ad tempus penes administratorem, adeò ut hoc posteriori in parte,
nonnihil lucrari possit, cum modicum non curet prætor. vide *Petr. Roiz. in*
decis.

decis.Lituan.decis.4.num.98.& seqq. ubi latè explicat, quid parvum, magnum, modicumvè dicatur commodum.

7. Indicium est, si administrator, qui ante inops erat, factus sit ilicò † 22
dives, quia divitiæ brevi acquisitæ, sunt suspectissimæ. *Farinac. d. consil.96.* nisi demonstrari possit, aliunde opes provenisse. *Idem d. loco. Mascard. de probat.lib.3.concl.1340.num.13.* Deinde si in accipiendis muneribus administrator fuerit liberalis, (quia & liberalitas in accipiendo consistit. † *juxta* 23
Rebuff.in tr.concordat.pag.568.) *Hippol.de Marsil.in sing.sing.353.& Idem in l. lege Cornel.ff.ad L.Cornel.de Sicar.* omnem baratriam officialibus interdictam contendit, nisi quod modicum acceptare possint. *Sebast. Medices reg. 5 nu.1. pag.160.* uti modo dictum extat, cum munus levidense non inducat corruptionem. *Idem d.loc. Wesenb.in parat. ff. de off. proconsulis*, ubi ait, Xenia † vel- 24
obsonia moderatè haud repudianda, nec avarè eadem recipienda esse.

8. Deniq; indicium parit, fama, quæ est multitudinis quoddam testimonium, ut *ait Cothm.resp.1.num.747.* quæ spargit, administratores malè & perfidè res Domini † agere, proventus plures redundare in culinas officia- 25
lium, si subditi conquerantur de nimia emunctione, eaq; nova & insolita. *Virgil.Pingiz.d.quæst.49.* Si res certo precio divenditæ, adpreciatæ reperiantur carius, nec taxa illa crescens augeat proventus pristinos, & quæ alia. *Farinac.d.consil.96.* vide *supra de indiciis peculatus.*

CAPUT XVII.

DE FURTIS DOMESTICIS, UT RERUM AMOtarum, & expilatæ hæreditatis.

SUMMARIA.

1. *Gravitas hujus delicti describitur.*
2. *Iudex ex officio non potest inquirere in amotores.*
3. *Conjuges non sese invicem commaculabunt famosis actionibus.*
4. *Compensatio delictorum hasce actiones excludit.*
5. *Post divortium hæc actio in furti actionem degenerat.*
6. *Concubina quoq; furti tenetur propter res amotas.*
7. *An jure Canonico concubinatus concedatur?*
8. *Canonici gratius intuentur concubinam quàm solem, & ardent in concubinis uti capo in pullis.*
9. *Concubinarii sunt Sathanæ instrumenta, ut jumenta rusticorum.*
10. *Concubinarii sacerdotes plus peccant, quam Herodes & Pilatus.*
11. *An hæretici rebaptisandi?*
12. *Concilium Tridentinum conclusit, Lutheranos habere verum baptisma.*
13. *Effatum est, concilia posse tollere sacramenta præter baptismum.*
14. *In Concilio Tridentino nihil est conclusum sine privato Papæ Concilio secundario, & expresso beneplacito.*
15. *Papa & authoritatis suæ umbone & armorum præsidio id concilium direxit.*
16. *Expilatæ hæreditatis delictum describitur.*

17. *Resolvitur quaedam juris antonomia.*

18. *Res expeditoria, gerada & cibaria, quae Iure Saxonico passim tribuuntur viduis, in Ducatu Brunsvicensi locum non habent.*

19. *Cur actio expilatae hereditatis quoad res expeditorias, geradas, vel cibaria non detur agnatis contra viduas?*

20. *Amatores & litigatores sunt instar eorum, qui degunt in Purgatorio.*

21. *Vsura, scabies, & inordinatus amor nulla Diorum festa celebrant.*

22. *Cur indicia hic nullo jure sint tradita?*

23. *Vide res admirandas.*

CRimen esse, res inter conjuges communes contrectare, vel expilare hereditatem, ait Ulpianus *in l. 3. ff. de extraord. crim.* Sed non publicum.
1 *Paul. 5. sentent. tit. de testib. constit. crim. Car. V. art. 165.* Si quis, textus † habet, levitate quadam aut impudentia clam quid de bonis, quorum proximus heres est, aufferret, aut tale quid inter virum & uxorem contingeret, & altera partium alterā propterea accusaret, praetor & judices cum manifestatione omnium circumstantiarum apud JCtos, & alibi, prout in fine hujus nostrae cōstitutionis indicabitur, consilium ineant atque explorent, quid in ejusmodi casibus communis vulgatiq; juris sit, ac se huic conformes gerant, magistra-
2 tus tamen vel judices † in casibus ejusmodi ex officio accusare aut punire non debent.

Et quidem rerum amotarum actionem quantum attinet, ipsa in hono-
3 rem matrimonii est † introducta, ne turpitudine seinvicem commacularent conjuges. *l. 2. ff. de act. rer. amot.* etiam divortium machinantes. *l. 17. l. 20. ff. eod.* atque res juncto fure divortii faciendi ergo surripuerit. *d. l. 20.* imò si quoque separatim habitaverit à viro. *l. 15. ff. eod.* in quam actionem commoda & inter-
4 esse † descendunt. *l. 21. ff. eod.* compensatur eadem nec minus, utrisque conju-
5 gibus se invicem spoliantibus. *l. 7.* post divortium verò transit causa in † furtum. *l. 3. ff. eod.* prout concubina etiam furti tenebitur. *l. 17. ff. h. t.* An jure cano-
6 nico id subsistat, haesitandum † est, quo concubinarum usus conceditur Canonicis. *t. t. de cohabit. cler.* suntq; eis instar uxorum. *Rebuff. de concord. p. 716.*
7 Parium vero idem est judicium, quia in simbolizantibus † facilis datur transitus. *Idem pag. 643. & d. pag. 716. ibi:* nunquid potest homo abscindere ignem in sinu, ut vestimenta ejus non ardeant? aut ambulare super prunos, ut non comburantur plantae ejus &c. scilicet qui (Canonici) eos intuentur gratius quam solem. *pag. 706.* quam matrem, ibidem, scilicet fatui circa causas concu-
8 binarum, imo Zelotipi ardentes in concubinis, ut capo in pullis. † *Idem pag. 713.* adeo, ut juramentum recipiendum non sit ab illis, quod nolint redire ad pellices. *Idem pag. 705.* quoniam id propter carnis fragilitatem difficulter servabunt. *Nevizan. in Sylv. nupt. q. 1.* qui inde saepenumero fiunt caeci.
9 *pag. 706.* & Sathanae instrumenta, uti juramenta † sunt rusticis instrumenta. *Idem Rebuff. d. tr. pag. 708.* & pascua Sathanae, quorum pascua aliàs dicuntur milites gregarii, uti rustici militum pascua dicuntur. *Arnold. Ferror. de reb. gest.*

gest. Ludov. 12. pag. 73. & hoc respectu, si jus sacrum intuemur, concubinarii sacerdotes sacra administrantes, plus peccant, quam † Herodes & Pilatus. 10
Idem Rebuff. pag. 709. Quantumvis Canones hic aliter sentiant, ut *dist. 19. cap. 8.* ibi: nam si visibilis solis radii, cum per loca fœdissima transeunt, nulla contactus maculatione inquinantur, multo magis illius, qui istum visibilem fecit, virtus nulla ministri indignatione constringitur, & alibi ejusdem contextus non quæritur, quis vel qualis prædicet, sed quid prædicet, ut invidi quoque Christum bene prædicare dicantur, imo ipse diabolus, licet is propter invidiam sit expulsus & dejectus; nam inviolabile sacramentum, quod per indignum datum est aliis, perfectionem suæ virtutis non perdit. *d. cap. 8. dist. 19.* hinc Concilio Tridentino placuit, baptizatos ab hæreticis † non 11
esse rebaptizandos. *Pet. de Suav. in hist. Concil. Trident. lib. 2. pag.* 217. multi tamen hæretici à patribus fuerunt rebaptisati, quod Concilium Nicenum approbavit, expressè disponens Montanistas rebaptisandos esse. Idem statuit Concilium Constantinopolitanum. D. Basilius vero non rebaptisavit Novatianos. *Idem d. loc.* disertè, quod notandum, Concilium Tridentinum conclusit, Lutheranos † verum habere baptisma. *Idem Pet. de Suav. d. pag.* 12
mihi 217. quod noluere impugnare patres, memores, si verum fuerit, penes Ecclesiam esse aufferre omnia Sacramenta præter baptismum. † *Idem lib. 6.* 13
pag. 625. quam sententiam Jacobus Gibertus tunc temporis dixit esse blasphemam in consessu, fuit is Episcopus Alliphiensis & assessor concilii. *Idem d. lib. 6. pag. 625.* uti eadem hac sessione ubi decretum de utraque specie non concedenda Laicis, adeoq; confirmatum Concilium Constantiense, omnes, præter Italos, consurrexerunt, atque protestati sunt. *sessione 21. Idem pag. 629.* nec mirum: nam licet in idem transiissent placitum patres, non tamen id quicquam profecisset, cum omnia Concilii decreta Papa ad concilium suum † secundarium revocârit, & quæ sibi displicerent, pro libero arbitrio, rejecerit, rescribens, quid quantumq; enunciandum pro canonibus, dictitans non 14
solo auctoritatis suæ umbone, sed armorum † præsidio concilia esse promovenda. *Idem pag. 646. d. lib. 6.* qua de causa non immeritò hoc concilium fuit suspectum omnibus nationibus præter Italos, Pontificum Ligios, quæ quoque palam contra concilium jam conclusum fuere protestati, nequaquam id subscribere volentes, exceptis Hispanis, qui cum reservatione subscripsêre canones. Quinimo concilio jam finito Papa fuit pronus indulgere Regibus Principibusq; totius pene Europæ atque convocatis & consentientibus prælatis Romanis, concedere Laicis calicem benedictum, & sacerdotibus conjugia. Verum Simoneta Cardinalis rem omnem turbavit & impedivit, cujus anima, quæ perpetuis ustuletur flammis digna. *Petr. de Suav. in fine Concilii Tridentini historiarum.* Sed hæc obiter pro re nata. Lector digressiones haud ægrè ferat. 15

Porrò expilatæ hereditatis delictũ est cõtrectatio rei hereditariæ, quoties
16 † hereditas nondũ est adita. *l.1.2. §.1.ff.expilat.her.* qua in re quoq; extraordinẽ
in factũ agitur, vel rei vindicatione, hereditate jã occupatâ, non expilatę hereditatis
actio, sed furti vel rapinæ locũ tenet. *d.l.2.§.1.* quo sensu accipiẽdã est *l.*
5.ff.h.t. ut conjicere liceat, expilatam hęreditatẽ dici, quæ jam quoq; adita est,
17 alias antinomia occurreret, & † sequitur ex responso Hermogeniani, crimen
expilatæ hereditatis æquè uti furti famosum esse, ratio est, quia uxor hac a-
ctione non convenitur respectu mariti, non extraneorum, *d.l.5.* ut dubium
non sit, si quid in fraudem heredum viri vidua commiserit, vel nomnihil he-
reditatis, quod ad se non spectat, contrectaverit, suppresserit, teneatur &
furti, & expilatæ hereditatis. *arg.d.l.2.§.1 h.t.* neque refert, sive contrectatum
cedat in hereditatem, sive jus hæreditati proximum vel consequens, uti sunt
quæ ex jure Saxonico, debẽtur, res expeditoriæ, geradæ, sive cibaria uxori de-
bita, Mußtheil (quæ in Ducatu Brunsvicensi singulari recessu, Landtages Ab-
18 schied / *de anno* 628. Hannoverano sunt abrogata) quia relatorum eadem † est
dispositio, imo pariũ eadem ratio & jus. *Eberhard. in top. in loc. à rel. & à pari.*
Non obstat, quod *Aleman.* in discursu feudali scribit *pag.* 101. scilicet jus Saxo-
nicum in Ducatu Brunovicensi, quoad successiones feudales observari, ve-
rum id respectu graduum, quousque præceptis civilibus, observata non re-
luctantur statuta. Alias discursus ille Alemanni in terminis, uti loquuntur,
terminantibus, ventilatus extat à *Wesenbecio consil.* 41. Quod utut sit, non
crediderim actiõnem famosam vel agnatis contra viduam, vel viduæ contra
19 agnatos, ratione † der Mußtheil promiscuè dandam, quoniam inter con-
junctas facilimè suboriuntur causæ & litigia personas, quæ cum pridem o-
pinione vel assentatione minimâ cœperunt agere fibras, in arbusta & nemo-
ra spaciosa solent propagari, *juxta illud*:

Quæ præbet latas arbor spectalibus umbras,
Quo posita est primum tempore virga fuit.
Tunc poterat manibus sumpta tellure revelli,
Nunc stat in immensum viribus aucta suis.

Omne malum nascens facilè opprimitur, inveteratum plerunq; fit robustius.
*Tac.14.annal. Cic.5. Philipp. & Ælian.lib.*14.

Ut idcirco, quò par, studio occasiones potius heredibus aufferendæ,
quam furti vel expilatæ hereditatis, quarum alias rancore præconcepto, nul-
lus esset finis, materiæ actiones struendæ, ipso Jehovâ sæpe numerò cum suos
punire vult, nõ minus litibus ac dissidiis forensibus, quàm morbis ac aliis ca-
20 lamitatibus, rempublicam coërcente. *Vent.de Valent.2.cap.1.* & ait † *Rebuff.*
in tract concord.pag 103. litigantes & amatores similes esse hîce, qui degunt
in purgatorio, & qui nulla festa Deorum celebrant, ad instar scabiei & usura-
21 rum. Tria sunt ait † *Schurff. consil.*50.*cent.*2. quæ nullum festum celebrant,
usura,

usura, scabies, & inordinatus amor. Quæ cum ita sint, nec hic de indiciis, utpote delictorum demonstrationibus, causisque causarum punitionis dicam, si qua tamen occurrunt tam crassa inter † cohæredes furta, vel expilationes, 22 earum indicia ex furti indiciis generalibus sunt petenda, quò lectorem remitto deproperans ad alia.

Multo minus agnati actionem istiusmodi deferant viduæ mariti morte sat superque afflictæ, dummodo exspectatur is qui in utero est, & nesciatur uter postumus, mas vel fœmina sit † proditura? Refert memorabilem historiam hac de re *Joan. Schenck à Grafenberg. lib. 4. annot. admirabil.* quem citat & inducit *Wolff. tom. 1. lect. mem. pag. 987.* adscribam verba authorum, qui 23 in manibus paucorum, uti existimo, habentur. Anno Christi (*ajunt*) 1584. posteaquam vir Nobilis D. Ludovicus ab Hirshorn (cujus sedes fuit in Palatinatu, tribus ab Heidelberga milliaribus, in oppidulo, quod ejusdem nobilis viri sedem sibi vendicat) rebus humanis exemptus esset, neq; ullum post se heredem reliquisset, viduâ interim ipsius uterum ferente statim ipsius defuncti agnati, & feudorum successores, ut qui vehementer dubitarent, ferretne masculum gravida vidua, † an potius famellam? non solum omne jus 24 successionis feudorum, in omnem eventum, à feudorum dominis obtinuerant, verùm etiam, quia libenter plenam & fundamentalem notitiã omnium feudorum & redituum habuissent, ideo statim à morte prædicti nobilis, superstitem ipsius viduam, adhuc immaturam defuncti mariti mortem lugentẽ, sua in domo operuerũt, eique claves ad cryptas & cellas è lumbis, non sine vi & vehementia detraxerunt. Quæ res adeò miseram & tristem viduam affecit, ut conjectis in verticem suam manibus, vociferari & ejulare magis cœperit, ut quæ graviter molesteque hujusmodi sævitiam & agendi modum ferret. Quin etiam paucis interjectis diebus, tandem peperit, & quidem egregium puellum, sed mortuum & calvaria carentem. Cæterum cum agnati & hæredes defuncti Nobilis ea de re certiores facti essent, persuaserũt sibi, suam ipsorum spem jam expletam, & ipsos sui compotes voti factos fuisse. Quare jus suum irrutenda fruenda hereditate feudorum persecuti sunt. Sed Deus Opt. Max. velut è saxo alium partum masculum, paternorum bonorum heredem viduæ illi mœstæ & desolatæ suscitavit atque donavit. Etsi enim non ita pridem puellum enixa esset, tamen subtumida à partu remansit, nihil aliud suspicata, quam vel tumorem præter naturam, vel aliquem morbum in suo residere corpore: id quod etiam aliquibus Medicis (quorum consilium separatim requisitum & auditum est) visum fuit. Causam enim morbi quidvis aliud existimarunt, quàm, quod ipsam gravidam adhuc esse, suspicarentur. Quare consilium ei dederunt, ut ad thermas fontis acidi Rhenum bey Elsaß am Rhein sese conferret. Ad quas illa thermas, secuta ea in re Medicorum consilium, ut vidua mœsta & orba, unica ancilla comitata profecta est.

Verum

25 Verum † enimverò ut tandem mense Julio anno 1584. eò loci venit, ad thermas accidit, ut ibi inveniret Electorem Saxoniæ Augustum (qui paulò post in fata concessit) cum conjuge, nec non alios, aliosq; principes, qui ita loca præoccuparant, ut ipsamet in diversorio locum manendi non inveniret: præsertim cum nemini notum esset, quæ qualisve matrona esset, quæ unica tantùm ancilla comitata pervenisset. Porrò tandem ejus loci præfecto, quænam esset significans & suum ei casum, qui non ita pridem acciderat, commemorans, ægre ab ipso hospitium ad sequentem noctem obtinuit. At verò ea ipsa in nocte, cum jam decima ageretur hebdomada, à priori & proximo partu ditata est, id quod statim fando pervenit ad aures illustrissimorum Principum. Et quidem ei Elector Moguntinus lautum ac nobile puerperium instituit. Elector verò Augustus eidem mille thaleros dono dedit: quin etiam, omne jus hereditariæ successionis & feudorum ab aliis repetitum, & huic ipsius filiolo, heredi videlicet legitimo restitutum est, qui adhuc ad præsens est in vivis. *Imp. Rud. a. Papa Urb.* 7.

CAPUT XVIII.

DE FURTO NECESSITATIS VEL FAMIS causâ commisso.

SUMMARIA.

1. *Ob famiem commissum furtum actionem non producit, nisi enorme & magnum fuerit.*
2. *Famis necessitas dominia nescit.*
3. *Iudicium Diogenis Cynici hac de re.*
4. *Necessitas non habet legem.*
5. *Sacrilegia impunita manent famis necessitate patrata.*
6. *Tempore necessitatis Laicus exercere potest actus Clericales.*
7. *Quando mulier exercere possit officia virilia necessitatis ergo?*
8. *Vir excellens sine examine promoveri potest in Doctorem.*
9. *Minor 18. annor. excellens promoveri potest ad gradum.*
10. *Bartolus puer exposititius anno ætatis 21. Baldus 20. promoti in Doctores.*
11. *Volateranus intra anni spacium didicit Græcas literas, Græcamq; Linguam.*
12. *Cartusiensis æger carnes comedere potest.*
13. *Monachi in monasterio, ut pisces in vivario degant.*
14. *Doctores sint in Musæis ut passeres solitarii in tectis.*
15. *Deficientibus personis egregiis, opifices ad munera publica admittendi.*
16. *Dimittendi indigni promoti, ubi excellentiorum copiâ resurgit.*
17. *Resolvuntur quædam argumenta dubitandi.*
18. *Qui umbratilem vitam degunt vix ad bella admittendi.*
19. *Romani rarò ad bella admiserunt opifices.*
20. *Periti rerum, an ad gubernacula Reipublicæ admittendi?*
21. *Odit natura fucos, & quicquid nulla arte est instructum.*
22. *Respublica maximè periclitatur, ubi plebeji dominantur, nobiliores serviunt.*
23. *Necessitas excusat à contumacia.*

24. *Pau-*

24. Paupertas soror necessitatis.
25. Referuntur privilegia paupertatis viginti unum.
26. Ex publico sumptus litis præstari debent pauperi.
27. Incommoda paupertatis legibus expressa connumerantur decem.
28. Divitiæ sua quoq; habent privilegia & incommoda.

PRæterea famis necessitate urgente, furtum commissum actionem furti
† non producit. *const.crimin.Carol.V.art.* 166. nisi id insigne magnumq; 1
fuerit. *l* 1.*ff.de furt.* neque enim factum, sed faciendi causa consideratur, *l. ve-*
rum.ff.eod. voluntas enim & propositum delicta distinguunt. *l.55.ff.eod.* cum-
primis, quod famis necessitas dominia nesciat, faciatq; res communes, † 2
c.si quis propter.ext. de furt. Atqui socius re communi sine delicto utitur
merito.ff. pro socio. Ergo & ille, cui, si manum ab eo, quod alterius erat, abs-
tinuisset, perire poterat. *Pet. Roiz.in decis. Lituan. decis.*3.*nu.*195. Sic cum Dio-
genes Cynicus ære carens, id aliquando ab amicis mutuo acciperet, sugillan-
tibus verò eum, quod præter † philosophorum dignitatem ageret id, quod 3
mendicorum esset proprium, respondit: οὐκ αἰτῶ, ἀλλ' ἀπαιτῶ, id est, non pe-
to sed repeto: repetimus enim mutuum vel depositum, amicus autem ami-
co egenti dans, non donat, sed reddit, quod debebat: imò quisquis necessita-
tis tempore pecuniam vel panes servat, rem alienam detinet. *Erasm.lib.* 3.
apopht. Ulr.ab Hutt. in Epist. ad Cardinal. Roman. existimat satius esse panes
& reditus ociosorum monachorum conferri in hoc, qui necessitate premen-
te latrocinari, vel furari coguntur. *Johan. Wolff. tom.* 2. *lect. memor. pag.* 89.
Spectant huc trita juris brocardica: necessitatem non habere leges: *c.sicut.de*
consec. dist. 1. † *gloss.in l.*1.*ff.de off. consul. & in l. item quamvis. ff.comm. divid.* 4
in verbo necessitatem. vel quod lege licitum est, necessitate licitum esse. *c.quod*
non est. de R.J.in 6. vel inculpabile id judicari, quod necessitas, lex suprema
suasit. *c.ad limina.* 30.*quæst.*1.*& cap.*1. 34.*q.*1. quæ quidem naturæ prævalet,
ἰσχυρώτατον ἀνάγκη, κρατεῖ γὰρ πάντων, sic adeò, ut furta quoque in locis sacris
commissa, sacrilegia, necessitate famis excusentur, uti † delicta juventutis 5
pueritiæ vel imperitiæ. *Justin.Gobler.ad const. crim. art.* 166. & 175. ubi textus
hac de re clarus extat. Ut vero verius edictum sit, ne Deos quidem necessi-
tati resistere. *Liv. ab urbe condit.* 9. *ibi:* pareatur necessitati, quam Dii non
superabunt. vide *latè Tiraquell.de pœn.caus.*33. Adde, quod necessitatis tem-
pore omnia sint communia. *d.c.si quis propter. Quintil. declam.* 260. quævis,
modo scandalum majus absit, permissa, ut Laicus possit quoq; recipere con-
fessionem atque absolvere, *gloss.in c. pastoralis. ext. de off. ordin.* baptisare, a-
liosq; actus clericales exercere. *Pet. de Rav.in alphab. in verbo necessitas. Pet.*
*de Suav. in hist. Concil.Trid. pag.*278. † quod hæretico similiter indultum ap- 6
paret, *d.loc.* nec non mulieri, negante id Bezâ, satius esse ipsum diabolum in
Ecclesia baptisare, quam mulierem, differente contra *Selnecc, Hoë in libell. de*

7 errorib. Calvin. † adeò ut necessitate remotâ in mulierem excellentem, quæ
regulariter judicandi muneris est incapax, *l. 2. ff. de R. J.* compromitti possit. *c.*
dilecti. ext. de arbitr. Rebuff. in tract. concordator. pag. 186. non secus uti de viro
8 excellenti statutum constat, ipsum sine examine ad honores Doctorales †
promovendum esse, quia à statuto receditur propter eminentem scientiam.
Bald. in l. sed & reprobari. §. amplius. ff. de excus. tut. in verbo. valde disciplina-
9 *tos.* & minor 18. annis, aliâs non † promovendus, propter excellentiam (quæ
non præsumitur, ut ait *Rebuff. d. loc.*) gradum Doctoris assumere potest. *Bened.*
in c. Raynutius. in verbo adjectæ. num. 18. de testam. Bald. in l. 1. §. interdum. ff. de
10 *legit. tutel.* † prout de Bartolo recensetur, quod quidem annorum 17. dispu-
tat publicè, Doctor verò creatus demum anno ætatis 21. citius forsan ad
11 honores aspirans, nisi expositititius à peregrinis fuisset † educatus. Baldus æta-
tis anno 20. Doctor factus. *Eberhard. in top. in loc. ab auctoritat. pag. 541. &*
seqq. exempla ingeniorum rarissima, nigroq; simillima cygno. *Dd. in l. 7. C. de*
prox. sacr. scrin. unde evincunt, quod Doctor junior asserens solidiorem sci-
entiam eruditione senioris, qualitatem allegatam quindecim testibus pro-
bare debeat. Volateranum intra anni spacium Græcas literas didicisse, scribit
Angel. Polit. lib. 12. ibi: Quinimò quanquam ego gravissimis vigiliis totam
12 ætatem insudavi ac propemodum volvendis Græcarum literarum libris con-
senui, non protinus tantum mihi profecisse videor quantum tuipse, modò
annum neque solum in studio versatus, idq; per solitudinem & citra omnem
præceptoris operam. Quis igitur quæso Deorum compendiariam tibi bre-
vissimamq; viam indicavit, aut qua ratione factum est, ut ita repentè nobis ex
Romano Græcus evaseris? *hæc ille.*

Porrò necessitate urgente Cartusiensis ægrè laborans, comedere potest
13 † carnes, siquidem medici id suadeant. *Abbas in c. si verò. de jurejur.* imò, quod
14 minus, animi causa, exspatiari cœnobiis, quibus alias monachi, ut † pisces in
vivario degunt, inesse debent. *Rebuff. de concord. pag. 673.* Idem de advoca-
15 tis & Doctoribus sentit, scilicet ut illi sint in Musæis suis, † remoti à fece ple-
beja, ut passeres solitarii in tecto. *pag. 105. Valer. Max. 6. cap. 7. ibi:* Quic-
quid loco excelso est positum, humili & tritâ conversatione, quò sit vene-
rabilius, vacuum esse convenit. Neque hîc obstat: mala non esse facienda
ut eveniant bona, per vulgata. Resp. Extra necessitatis causam, canonem
hunc verum esse, & ubi scandalum abest immodicum. *Tiraquell. d. loc.*

Præterea necessitate premente, opifices & homunciones sordidi ad-
16 mitti † possunt ad honores & decurionatus in Republica, deficientibus per-
sonis egregiis & prudentioribus. *Ravenn. d. supra loco.* qui aliâs à consessu
judicum, vel curiis sunt repellendi. *Ecclesiast. 38.* juxta illud: ne sutor ultra cre-
pidam: vel ubi antiquitùs in defectum virorum clarissimorum, per necessi-
17 tatem fuerunt admissi, inde vicissim bonâ gratiâ, & absq; strepitu populari †
remit-

remittendi. *Bodin. lib. 3. de rep. cap. final. numer. 57.* Neque denuò obstat: Quod sæpenumerò in Rebuspublicis bene constitutis quondam fuerint indistinctè admissi, ut refert *Herodot. in Euterpe. & Xenophon in œconomicis*: idq; inde, quod † umbratilem & sedentariam vitam agant. Ratio sanè est 18
levis & viro philosophico indigna, uti testatur *Bodin. d. loc.* cum nedum ad militiam ejusmodi hominum genus à Romanis † fuerit admissum, propter vi- 19
litatem & animi pusillanimitatem, quâ plerunque laborare præsumitur, *Idem d. loc. & nos supra part. 1. de indic. quæ ex opific. descendunt, &c.* Nec porrò adversatur, quod viri usu rerum periti à munere judicandi, nec à gubernaculis Rerumpublicarum vix hodie sint arcendi. † *vide Alem. de mag. elect.* 20
sæpiusq; fallant magis artificiales quam periti rerum & causarum, juxta illud: Solus & artifices, qui facit usus erit: vel ut *Erasm. de laude stultit. pag. 41. ait*: odit natura fucos & multo felicius provenit, quod † nullâ arte munitum est, 21
& pag. 29. Agedum, an non videtis ex uno quoque animantium genere, ea felicissimè degere, quæ sunt à disciplinis alienissima, nec ullius magisterio, nisi naturæ ducuntur. *Idem d. loc.* Resp. distinguendum esse inter viros re militari, aliâve rerum gestarum industriâ claros, & opifices, homines sordidos & ignaros, ut enim illi juxtà peritos artium admittuntur ad rempublicam administrandam: Sic hi ab ea cura & officio exterminandi, non quid jus, curvumq; intelligentes, peculatu, sordibus, & rapacitate, utplurimum turgentes. *vide cap. 1. p. 1. de indic. general.* Imò dum admittuntur socii & ignorantiæ fratres, verius sonat ejusdem Erasmi dicterium: nempe sic sculptum esse hominis animum, ut magis fuco, quàm veritate capiatur. *dicto loc. p. 41.* juxta illud: mundus vult decipi. Cujus verba priora potius ad animalium naturam in genere, quàm hominem † in specie spectant, multò minus ad de- 22
curiones, qui cum ex populi fece depromuntur, melioribus servientibus, non tàm politicus, quàm Ecclesiasticus periclitabitur status, scilicet qui proditione, mutatione, aliave urgente necessitate, eo citius, quam optimates, sive agatur dolo aperto vel clanculario, poterant supplantari, originariis dum solum obsequuntur, à consiliis repulsis, quod malum politicum pressius ventilatur in ministerio iniquitatis, *à Justino Justinopolo. pag. mihi 310.*

Denique necessitate stringente excusatur litigator sine veniâ & purgatâ contumaciâ non accedens ad judicium. *Landrecht lib. 2. art. 7. Gail. obs. 140. num. 7. ibi:* Si itinera † propter inundationes aquarum, aut propter bellum 23
minus tuta, vel si casus fortuitus vel fatalis occurrat in persona nuncii. *l. præses. C. de appell. ordin. Câmer. 2. tit. 30.* ut cum sub Concilio Tridentino nuncius Decretorum autoritatem reportaret Româ, quo diutius propter inundationes absente, fama Tridenti spargi cœpit, nolle Spiritum sanctum amplius ferri super aquas, uti *Genes. 1.* legitur. *Dudit. in epist. ad Maxim. Cæsar.* quam refert *in princ. histor. Tridentin. Petr. de Suavis.*

Affinis necessitati est paupertas, quæ in omnibus ferè æquiparantur,
24 quorum idem est, eritq; judicium, nisi specialibus † quibusdam exceptis, quæ regulam confirmant in casibus non exceptis. *Tiraquell. de pœn. caus. 33. n. 4.* paupertatem appellat necessitatis speciem, quæ quoque leges ignoret, ac in multis à jure recedat. *c. querelam. ext. de jurejur. gloss. in c. 34. q. 1.* quos recessus vel remissiones, aut, ut vulgò loquimur, fallentias, privilegia nuncupat *Archidiacon. in c. paupér. 2. q. 3.*

25 Quorum primum est, referre † nonnulla libet, quia relatu digna sunt, non cogi restituere id, quod non potest, id est, non condemnatur pauper ultra id, in quantum potest: de qua exceptione agit. *§. 37. Inst. de act. c. olim de restit. spoliat.*

2. Propter paupertatem testis excusatur à testimonio dicendo, qui aliàs non excusaretur. *c. si qui. ext. de testib.*

3. Ab usuris & interesse præstando. *c. cum tu. §. penult. ext. de usur. Roland. à Valle cons. 87. n. 44. vol. 2.*

4. Propter eam decernuntur alimenta, aliàs non decernenda. *l. si instituta. §. de inofficioso, ff. de inoff. testam.*

5. Excusatur paupertas ab appellatione, ejusq; prosecutione. *c. penult. ext. de procur. l. si procuratores. §. ignorantes. ff. mandati.* quia paupertatis ergo, genus non debet pati injuriam, adeò ut magistratus teneatur pauperi
26 suppeditare † sumptus litis. *Gobler. ad const. Car. V. art. 154.* atque cogere divites, ut causas pauperum in se recipiant atque exerceant. Unde *locus Erasmi,* de Epaminonda Thebanorum Duce, qui mandavit pauperi, ut ab amico divite nummos peteret, amico percunctanti, cur id jussisset, quia (*inquit*) vir bonus inopia premitur, tu verò dives es, multa de publico depeculatus. *lib. 5. Apophț.*

6. Excusatur pauper, ne teneatur commigrare Romam ob absolutionem pro re nata impetrandam. *c. quod de his. ext. de sent. excomm.*

7. Propter paupertatem remittitur onus tutelæ aliàs subeundum. *l. post susceptam §. paupertas. ff. de excus. tutor.*

8. Collationis inter coheredes, necessitas propter paupertatem remittitur. *l. 1. § cum duobus. ff. de collat.*

9. Remittitur satisdatio aliàs non remittenda. *l. si non facile. ff. si cui plus, quam per l. Falcid. Marsil. in prax. crim. § ordine. n. 12.*

10. Remittuntur expensæ judiciales. *l. in fundo. ff. de R. V.*

11. Solutio & actio dotalis propter paupertatem elliditur. *l. si constante. ff. solut. matrim.*

12. Propter eam solutio differtur & absolutio sæpè decernitur. *c. odoardus. ext. de solut.*

13, Datur

13. Datur actio pauperi ex officio, qui actionem aliàs jure non habebat. *l. ideoq; ff. de dolo.*

14. Propter paupertatem conceditur flebile cessionis & moratoriæ dilationis beneficium. *l. 1. & ult. ff. qui bon. ced. poss. Wilhelm Antonii de rescr. morator. concl. 5. n. 61. & seq.*

15. Remittitur pœna pecuniaria aliàs non remittenda. *l. illicitas. §. penult. ff. de offi. præsid.*

16. Propter eam quis cogitur emere operas à patrono. *l. 1. C. de oper. libert.*

17. Ratione paupertatis valet legatum, aliàs non valiturum. *l. id quod pauperibus. C. de Episc. & Cler.*

18. Pecunia confiscanda sæpè pauperibus datur, nec non mulcta, ex injuriarum causis profecta. vide *Gilman. tom. 2. decis. Camer. p. 155.*

19. Propter paupertatem remittitur votum. *c. super his. ext. de vot. & vot. revocand.*

20. Benigna interpretatione indulgetur pauperibus, quandocunq; de iis non fuit expressa mentio facta, in ultimis voluntatibus. *l. si quis ad declinandam. 49. C. de Episc. & Cler.*

21. Conquisita à clericis negotiatione seculari, eroganda sunt in usus pauperum. *l. 2. C. eod. c. 12. q. 2. ubi dicitur:* Sacrilegium esse, debita pauperibus subtrahi. *d. loc.* Sed ut commoditas omnis † sua fert incommoda secum, sic 27
paupertatis quoq; status sæpè est odiosus.

1. Quia paupertas facit debitorem suspectum. *l. creditores. ff. de privil. cred.*

2. Repellit testem à testimonio. *l. 3. ff. de testib.*

3. Facit quod pauper per procuratorem non possit æquè ut dives agere. *l. in servorum. §. fin. ff. de pœn. l. 7. §. 3. ff. de jurisd.*

4. Pauper satisdare tenetur in casibus, ubi diviti remittitur satisdatio. *l. sciendum. C. qui satisd. cog. l. 27. C. de Episc. audient.*

5. Propter inopiam rei sequestrantur fructus rei litigiosæ, aliàs non sequestrandi. *l. si fidejussor. §. fin. ff. qui satisd. cog.*

6. Pauper non potest adoptare vel arrogare. *l. nec permittitur. §. 1. ff. de adopt.*

7. Paupertas obest transactioni de alimentis. *l. cum hi. §. sed personarum. ff. de transact.*

8. Actionem de dolo facilius fundat. *l. non debet. ff. de dolo malo.*

9. Pauper non æquè & tam citò, ad agendum vel accusandum, quàm dives admittitur. *l. alii. l. nulli. ff. de accusat.*

10. Pauperi denegantur inhibitiones in Camerâ, qui in appellatio-

num causis decernuntur compulsoriales primo loco, ut visis actis demum decernantur processus. *Christoph. Suanman. lib. 2. process. c. 2. in fine.*

Quis autem dicatur proprie pauper nec ne? Vide *Pet. Roiz. in decis. Lituan. decis. 4. num. 278. & p. 1. de indic. general. de indic. ex paupertate, & c. c. 42.* adde *Archidiac. in c. pauper. 11. quaest. 3. & c. hac autem. 30. dist.* ubi de privilegiis

28 † divitiarum quoque agit, earumq; incommodis, quae forsan ad lectoris fastidium hic recensere nolo, saltem magnatum ex divitiis nata incommoda referam hisce versiculis *Borb. lib. 2. nugar.* quibus hoc caput concludam.

Semper habet varias immensa potentia curas,
Et refici placido membra sopore vetat.
Non prodit Princeps nisi milite cinctus & armis,
Infelix aliquo semper ab hoste timet.
Vescendum est quoties, aliquis praegustet oportet,
Praelibetq; prius, quam bibat ille merum.
Esse parum tutum declarant talia Regem,
Quam grave sustineat magna Tyrannis onus.
Nempe satellitium metuendos indicat hostes,
Toxica praegustans ille cavenda monet.
Ergo metu quisquis vacat hic locus, illa timorem
Quae pellunt, eadem plena timore vides.

CAPUT XIX.

DE FURTO, TERMINIS MOTIS, IUNCTO, NEC non furto instrumentorum rusticorum.

SUMMARIA.

1. *Furtum terminis motis junctum quid?*
2. *Delicta plura & diversa, separatas pariunt poenas, omnes & singulas luendas.*
3. *Poenae ex hoc maleficio antiquissimae sunt.*
4. *Fines qualiter probentur?*
5. *De quaestionibus finium inter magnates motis.*
6. *Suis finibus non contenti invadunt possessiones alienas.*
7. *Speciosus religionis titulus est invadendi fines & ditiones peregrinas.*
8. *Catholicorum nonnullorum haec de re judicia referuntur.*
9. *Religionis velum Regi Hispaniae valde opportunum.*
10. *Arcano hoc politico Pontifices ad tantas pervenerunt divitias.*
11. *Petrus Ferrariens. vulgò dicitur Bigamus.*
12. *An Papa Imperatorem possit spoliare corona, & dare eam, cui velit?*
13. *Nulla finium propagatio nos eò reducet, unde discessimus.*
14. *De furtis instrumentorum rusticorum eorumq; poenis.*
15. *Qui aratrum spoliat furandi animo, relegatione & carcere mulctatur.*
16. *Qui lascivia corrumpit instrumenta rustica, quomodo conveniatur?*
17. *An paria sint rē auferri vel inutilē fieri?*

18. *Velun-*

18. Voluntas & propositum distingunt maleficia.
19. Dubia hic quadam incidentia explicantur.
20. Vbi certa pœna ll. expressa non est, judex ex officio determinat pœnam.
21. Leviter & paulatim delictis crescentibus aquè opus est exemplo, uti in maleficiis gravioribus.
22. An ob furta ejusmodi reiterata, & quinque solidos excedentia, fur strangulari possit?
23. Solidus ducatus florenus quid, & unde florenus dicatur?
24. Quid si quis novi acquirendi, vel tuendi juris ergò, equos vel boves ex agris abducat?
25. Qui fures vel latrones equos de aratris aufferunt, rotis tundantur.
26. An instrumenta rustica in judicati caussam capi debeant?
27. Vrbem aratro designare quid?
28. Pœna antiquissima est, urbem aratro vertere propter rebellionem.

FUrtum terminis † motis junctum, est contrectatio ipsorum limitum, si quod lucrum inde redundare possit, vel pervenerit ad fraudatorem finium, quo casu & furti & termini moti tenebitur reus per regulam: Quod ubi delicta plura, pro quibus diversæ à lege infliguntur pœnæ concurrant, tunc pœnas ejusmodi † omnes & singulas simul & semel per ordinem infligi, & procedendum esse de minori ad majorem, & sic gradatim ad omnes pœnarum species, donec legi fuerit satisfactum. *Paul. de Castr. in authent. sed novo jure. Cod. de serv. fugitiv. num. 4.* Quæ quidem persecutiones sunt antiquissimæ, † ac cum gentium jure secundario, ut loquuntur, cœptæ *arg. l. 5. ff. de J. & J. ibi*: termini agris positi, *Dion. Hall. 2. antiq. Rom. ait*: Statim ab urbe conditâ, Numam Pompilium consecrato Diis termino, jura finium religione quâdam munivisse. *Wesenb. in parat. ff. fin. reg.* Hac de re extant loci Poëtarum, ut *Virgil. 12. Æneid. ibi:*

Limes agro positus, litem ut discerneret omnem,

Et *Ovid. 2. Fastor.*

Termine sive lapis, sive es defossus in agro
Stipes, ab antiquis tu quoq; nomen habes.

De furto, homicidio, vel alio maleficio in confinibus commisso, cujus sit cognitio vel inquisitio cum primis, finibus in controversiam litigiosam deductis, disputat *Zanger p. 2. de except. c. 1. num. 90. Cujac. 21. obs. 4. Dd. in l. 1. C. ubi de crim. agi oport.* Porrò fines qualiter probentur libris, archivis, famâ, instrumentis, testibus, visitatione & oculari inspectione, custodiâ & excubiis, coërcitione † delinquentium, mulctâ, edictis & programmatis affixis, & quibuscunq; aliis? prolixè & nervosè tradit *And. Knichen. in tract. de sublim. & reg. terr. jur. cap. 3.* quò lectorem remitto.

Nihil hic de terminis motis, territoriis à magnatibus sibi invicem vi & bello commotis, spoliatis, quorum delicta non † secus manent, suntque passim impunita; uti aranearum tela parvas solummodo capit & magnas dimittit muscas. *gloss. in l. ad splendidiores. C. de divers. off. lib. 12.* De quibus Propheta: Exurge Domine, cur obdormis & sinis eos vivere super terram? *Rebuff.*

buff. in tract. concord. rub. de pub. concubin. pag. 713. de quorum rapacitate
6 Tiridates apud *Tacit.* 3. *annal.* Suis finibus, *inquit*, non † contenti, alienas invadunt ditiones, privatæ domus esse, sua retinere, existimantes, ac de alienis certare egregiam laudem. Et *Justin. Justinop. in mist. inqu. libello incomparabili, pag.* 289. *ibi:* Religionis propagatio speciosus est titulus, interim rei suæ
7 augendæ & finium proferendorum † occasiones quæruntur. Et *pag.* 208. *consid.* 41. *ibi:* Dominatio tantum illis; non religionis cura proposita, &c. Et *pag.* 72. *consid* 11. Nec enim religionis propagatione ullus esse potest justior ac probabilior rei suæ augendæ ac finium proferendorum titulus. *Et pag.* 116. *considerat.* 16. *ibi:* Religionis Romanæ propagationem rei suæ augendæ & finium proferendorum justum titulum esse statuunt; &c. *Et Sciopp. in class. bell. sacri, cap,* 2. suadet; ut Lutheranismo & prædicantibus, necnon Princi-
8 pibus simul Lutheranis in transmigrationem † ductis, Provinciæ illorum Cæsari & familiæ Austriacæ vendicentur, cum nullus esse possit religionis propagatione rei suæ augendæ ac finium proferendorum justior ac probabilior titulus, &c. Et *Justin. d consid.* 41. Religionis velum sanè Hispaniarum
9 Regi, inprimis utile ac fructuosum esse apparet, † proinde diverbium exiit ex religionis pallio penulam Zelotas sibi Hispanam facere. Adde quæ scripsimus *part.* 1. *cap. pen.*

Quæ aliaq; arcana licet nova videantur ex auctore illo emunctiori, attamen uti constat, antiquissima sunt acquirendi media, exorta subinde, quò primitus religionis etiam falsissimæ intuitu, seculares tum publici cum privati se rerum proprietatibus abdicarent, opinione fatali religiosis eas conce-
10 dendi, persuasi. Ecquid sanè causæ, nisi quod pontifices maximi † velamine superstitionis ad tanta existimationis & rerum abundantiæ inde pullulantis vestigia sint evecti. Reprehendit *Rebuff. in tr. concordat. pag.* 816. Petr. Ferra-
11 rium, quem bigamum appellat, † statuentem: Quod Papa teneatur restituere Cæsari jurisdictionem temporalem, unde animam in inferno ait esse Ferrarii. *pag.* 817. *per c. ad Apostolicæ. de re judic. in* 6. *& c. alius.* 15. *q.* 6. *ubi dicitur:*
12 Papam spoliare posse Cæsarem Imperio, & dare † regna mundi, cui vult. Aliâs de zelo terminorũ patriæ extentendorum, extat exemplum prænobile & memorandum penes *Valer, Max. lib.* 5. *cap.* 6. *in fine.* Sed ut ut hæc sint omnia, vanitatis exempla saltem appellitat necnon impietatis *Joh. de Pined. in*
13 *Job. cap.* 22. *vers.* 8. *in fine.* qua de re pulcher est locus † Senecæ *Epist.* 19. Licet agros agris adjicias, vicinum vel precio tollas pellasve, jure vel injuria, quamvis in provinciarum spacium jura dilates, & possessionem dixeris, per longã tuam peregrinationẽ nulla te finium propagatio eò reducet, unde discessisti. Et *Cyrill. in Isai. cap.* 5. Væ qui conjungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis, numquid habitabitis vos soli super terram? &c. Multaq; egregiorã congessit hac de re, quò remitto lectorem. Atque tantum de hujusmodi furto, quantum satis.

Furtum

Furtum instrumentorum rusticorum est admodum detestabile, vel ad
res inanimatas vel animatas spectans. Si qui fur inanimata contrectat instru-
menta, † aratra vel currus ruri relictos spoliat, pro diversitate factorum coër- 14
cetur. ¹· si aratrum furandi animo expilatur, fur carcere vel relegatione pu-
niendus † est. *Pet. Heig. q. 30. num. 3.* atque sic respondere solitos esse Lipsen- 15
ses, refert *Idem* etiam extra terram Saxonicam, ubi hæc pœna expresse sic est
determinata. *Constit. Augusti p. 4. const. 35.* Quanquam satius esset, ex jure ci-
vili in territoriis, ubi jus provinciale hac de re nihil disponit, pœnam hanc
definiendam, proinde *expressius textus in auth. agricultores. C. quæ res pign. ob-
lig. poss.* aratri spoliatorem, in quadruplum & famæ jacturam condemnans. † 16
Porrò qui petulantia & lascivia acti, aratra corrumpunt, incidunt, vel fru-
stratim collidunt, aut injuriæ pro re nata, aut legis Aquiliæ tenentur. *arg. l. 53.
ff. de furt.* Constitutio prædicta, hosce delinquentes gravius quoque coër-
cet, uti refert *Berlich. 4. concl. pract. 49. num. 9.* pet §. oder abert ꝛc. Sed vide-
tur, quod is textus ultra abductionem & contrectationem fraudulosam non
sit extendendus: Quia odiosa sunt restringenda, neque exorbitare debent
ultra & præter verba legis vel statuti. *c. odia. ubi Dd. de R. J. in 6.* Neque mo-
vet ratio à Berlichio adducta: Quod paria sint, rem mihi aufferri vel inutilem
redditam relinqui, † hoc quidem effatum in causa pignorationis obtinet, uti 17
citato loco id *Mindan.* eò restringit *lib. 1. cap. 36. nu. 9.* nequaquam verò in
maleficiis, quæ voluntas & propositum † distinguunt. *d. l. 53.* ubi Paulus diser- 18
te ait: Quod qui causa injuriæ effringit januam, rem corrumpit, quamvis in-
de res sint amotæ, non teneatur furti, adeò ut nisi ipse, qui aratrum petulan-
ter collisit, frustra aufferat, vel aratrum totum, quo cultura impediretur † 19
agri, subducat, celetve, non furti, sed, ut diximus, legis Aquiliæ vel injuriarum
tenebitur. Nec præterea movet textus *l. 66. §. 2. ff. de furt.* ubi Idem Paulus
non immemor sui ipsius veterum responsa solummodo citat, eadem in medio
relinquens. Neque dubium nobis apparet, quin magistratus officii sui par-
tes hic interponere, atque grassatores ejusmodi pro causæ modulo vel cir-
cumstantiarum adminiculo, durius † quoque plectere, atque ad terrorem, 20
vel reprimendam lasciviam aliorum, in delicta graviora paulatim excrescen-
tem, exempla statuere meritò queat, etenim leviter vel paulatim grassanti-
bus, æquè uti gravius vel multis † deviantibus exemplis est opus; in minutis 21
quippe advigilare decet magistratum, ne paulatim in maxima incidat scanda-
la malum pridem latens. Hinc illud: minutula pluvia imbrem facit. *Gail. de
pac. pub. 2. cap. 3. num. 11.* Et præstat hic *constit. eadem d. loc.* quæ ob delicta, vel
potius spolia aratris illata aliquoties prævaricatorem virgis cædendū sancit,
ac si quidem spolia furtiva solidos quinque excedat, pœna gravior statuatur
vel ipsius strangulationis, argumento à contrario sensu adducto, quod † for- 22
tissimè stringit, *Eberhard. in top. in loc. à contr. sens.* neque fallit unquam, nisi

juris correctio inde redundaret. *Rebuff. de concordat. pag.* 428. vel obstare brocardicum juris: ne inducta ad unum finem operentur contrarium. *Idem pag. mihi* 214. Solidum explicat *Berlich. d. loc.* & Dd. passim pro aureo Ungarico, *Arum. in exerc. just. exerc. Rebuff. d. tract. pag. mihi* 440. ubi florenos à
23 flore lilii illis impresso, nuncupatos † esse dictitat, vel à Florentinis, ubi primò sunt percussi. *Gomez. in reg. Cantell. de val. expr.* quo in loco, florenum, solidum, & ducatum ejusdem valoris esse evincit.

Cæterum de his, qui vel inimicitiam vel quidvis contra dominum agri moliuntur, ac subinde ministros vel vulnerant, vel equos aut boves, acqui-
24 rendi vel tuendi juris † ergo, abducunt, jus erit; ut quoties [1] acquirendi novi juris vel retinendi id attentetur, constitutioni pignorationis locus detur. *Mindan. 1. de process. cap. 36. num. 1. ibi:* sed etiam jumenta, grex, equus, &c. imò personæ & homines, &c. [2] si petulantia & lascivia, uti modo dictum, procedetur vel injuriarum, legis Aquiliæ, & damni dati, ratione interesse, damni emergentis & lucri cessantis. *Beust. in l. admonendi,* 31. *ff. de jur. n.* 1179. *Dd. in auth. agricultores. C. quæ res pig. oblig. poss.* [3] sin furandi prædandive animo, pro re nata vel ultimum supplicium, vel pœna mitior, juxta antedicta, locum habeto. Proinde jus Saxon. Landrecht/ 2. *art.* 13. *ibi:* Daß man alle
25 Mörder/ vnd die † den Pflug berauben/ id est, qui hoc pacto aufferunt equos vel boves, de aratris, radebrechen solle/ ꝛc. Quo alludit *Damhoud. in pract. crim. cap.* 110. *num.* 41. in Gallia, adserens, fures, qui primò ex aratro furantur vomeres aut equos, confestim suspendantur. Facit toties citata *constit. Saxon. Augusti, p.* 4. *const.* 35. quæ pœnam gladii dictitat prædoni ejusmodi, quoties solummodò equos, boves, sine alia vi & scelere abstulerit de aratris, si homines vulneraverit vel occiderit, rotæ & membrorum fractionis. *Moller. in comm. ad d. constit.* existimat illum laqueo strangulandum. Sed de abigeis propriè sic dictis, dicemus, Deo volente, infrà sub tit. de latrocinio. Nihil hîc
26 de prærogativis rerum † ad agriculturam pertinentium dicam, ne capiantur in causam judicati, nisi deficientibus aliis bonis debitorum. Qua de re *Jason. Zas. & Dd. in §. item serviana. Inst. de act. Dd. in l. à Divo Pio. ff. de exec. rei jud.* Uti nec, de usu aratrorum, quando novæ urbes vel condendæ, vel veteres ob delicta evertendæ essent. *l.* 239. *ff. de V. S. §. 6. ibi:* Urbs ab urbo appellata est, urbare est aratro definire. Et Varus ait, Urbum appellari curvaturam aratri,
27 quod in urbe condenda adhiberi solet. Hæc *Pompon. in d. l.* 239. † Planè quò essent eadem destructionis, quæ constructionis principia, hac etiam in re, placuit antiquitati in demoliendis urbibus aratrum induci. *Varro 4. de lat. ling.* Sic Friderici Barbarossæ seculo urbs Mediolanensis aratro subjecta & sale cōspersa fuit. *Alber. de Rosate in l. si usufructus. ff. quib. mod. usufr. amittat.* Et refert *Bartol. in l. 16. ff. de pœn.* Brixensem urbem ad aratrum condemnatam

propter

propter crimen rebellionis nec tamen eversam, quæ pœna non fuit incognita Horatio, 1. *carmin. sic ajens:*

—— imprimeretq; muris
Hostile aratrum exercitus insolens.

† *Gail. 2. de p. p. cap. 9. lib. 2. num. 28. Blanc. de indic. §. 2. Joan. Borcholt. de feud. cap. 9. num. 7. & seqq. Ego in lection. feudalib. cap. fin.* Hodie aquis letheis consecranda, ut innuit *Gail. d. loc. ibi:* sed hoc casu princeps clementia & gratia uti consuevit, parcendo universitati, ne insontes pereant cum nocentibus, &c. & sanè: cum longè tutius propter misericordiam sit reddere rationem, quàm crudelitatem. 28

CAPUT XX.

DE RESIDVIS, EORVMQVE COERCITIONE.

SUMMARIA.

1. *Residuorum definitio traditur.*
2. *Exemplum subjicitur.*
3. *Mandati actio affinis est de residuis.*
4. *Mandati violatio sæpè pœnam capitalem producit.*
5. *Crudelis mandati violati vindicta.*
6. *Residua cum peculatibus sæpè confunduntur.*
7. *Antinomia quædam apparens resolvitur.*
8. *Quam ob causam residua cum peculatibus confundantur?*
9. *Immensi Neronis peculatus referuntur.*
10. *An Gabellam emens possit debitores pro residuis capere, bonave eorum subhastare?*
11. *Explicatur vulgata regula, surrogatum sapit naturam surrogati.*
12. *An subverso castro, servitia & accessionis ejus inde intereant?*
13. *De residuis tenentur, qui census publicos non fideliter fuit professus, vel negligenter eos descripsit.*
14. *In heredes hæc actio datur.*
15. *Historia de Ioanne Hotzmanno jucunda.*
16. *Quid si Legatus Principis alleget morbos & deprædationes, unde pecuniam publicam perdiderit?*
17. *Rigorosa inquisitio non admittatur in Legatum hoc casu.*
18. *Offendens Legatum vel officialem, officio suo jam exauctoratum, tenetur parricidii pœnâ.*
19. *Officiis finitis utplurimum residuorum quæstio succedit.*
20. *Officialis resignans vel resignatus successori omnia & singula residua nota facere debet.*
21. *Qui residua allegata non probant, severius coerceantur.*
22. *Cur Princeps non confestim credere debeat residuorum delatoribus?*
23. *Quid præstare teneatur officialis à principe in aliã provinciam translatus, priusquam commigret, respectu residuorum.*
24. *An præfecti de residuis cavere teneantur?*
25. *Præfectus non exactam reddens rationem, ubi quotannis ratio exigitur, prædonis loco habetur.*
26. *Præfectus non tenetur de residuis, quæ paupertatis vel calamitatis publicæ ergo, à subditis exterquere non potuit.*
27. *Pœna residuorum est mulcta pecuniaria.*
28. *Quando residua pariant pœnas capitales?*

HIsce ita hactenus præmissis, subnectamus modo, quæ furti pertexendi materiam attingunt partim, & nonnihil participant aliunde petitis delictorum speciebus. Restant itaque, de quibus proximè & finaliter dicendi ratio dictitat, delicta sequentia. 1. De residuis. 2. ambitu. 3. repetundarum reatu. 4. annonæ. 5. & plagiariis.

De primo acturi, de residuis, ex l. Julia maleficium sic dictum, dicimus
1 esse † contrectationem, vel si mavis, usurpationem pecuniæ, non eo, uti destinabatur, modo, mandato, fine, vel, quod deterius, in usus proprios ejusdem erogationem. *l. 2. l. 4. §. 3. & 4. ff. ad L. Jul. pecul.* Verbi gratiâ quoad mē-
2 brum primum: Ut cum † quæstor, officialis ad nundinas Lipsienses missus jussusq; pecuniâ transportatâ satisfacere creditoribus principis, is negotiationes subinde exercet; sibi persuasum habens, insigne aliquod commodum ea propter proventurum, ducemque gesta sua ultrò ratificaturum. *Bart. &*
3 *Dd. in d. l. 4.* quo respectu in † mandati causam quæstio cadat, probabilius atque benignius statui præstat. *§. is qui. 9. Inst. de mandat.* nisi enormiter principis mandata transiliisset ille. Etenim hoc casu de residuis solummodo eum teneri, humanius est, quæ pœnam præ se ferunt mitiorem. *d. l. 4. §. 5. ff. ad l. Jul.*
4 *pec.* cum violatio mandati tanti apicis, sæpenumerò involvat pœnam † capitalem. Qua de re *p. 2. cap. 4. de crimine læsæ majestat.* Sic Waldemarus Marchio nuncium, qui non de mente Domini, sed voluntate propria, expedivis-
5 set mandata, redeuntem diu carcere † maceratum, fame demum extinxit, cum pomum in ejus aspectum jussisset continuo appendi, quod tangere non posset. *Albert. Crantz. in Saxon. lib. 9. cap* 8. Addens hæc moralia: Ut doceat ille pœnæ suæ exemplo, discantque minores, mandati fines nulla in re prætereire.

Quoad secundum membrum, residua passim in peculatus degenerant
6 speciem, cum quâ sæpenumerò † confunduntur, *l. 9. §. 6. ff. h. t.* adeò ut non pauci ex nostris antinomiam juris expressam hic subesse clamitent, quorum quidem distinguentes ajunt, *d. l. 9. §. 5. & 6. ff. eod.* agere de eo, qui pecuniam publicam ab initio, non animo eo abstulit, ut sibi eam haberet, sed in Rei-
7 publicæ usum congruum expenderet; † postea verò, consilio mutato cœperit eam malè transigere. *l. 2. ff. eod. tit.* autem loqui de hujusmodi reo, qui statim ab initio machinatus sit furari pecuniam, atque in usus proprios convertere, cum voluntas & propositum maleficia distinguat. *l. 53. ff. de furt.* Sed esto, divinatoriam hanc dilutionem satisfacere causæ, quæ quoq; inde redditur suspecta & anceps, quod nec minus præsumatur de receptâ pecuniâ publicâ pejeraturum, qui peculatus postea reus factus, quàm qui repetundarum judicio obnoxius factus fuit, cum Deus solus sit καρδιογνώστης, nec nisi indicia sufficientissima appareant, nihil maturius citiusvè de uno, quàm altero maleficiorum specie distinctorum, affectu & intentione prava judicandum.

candum. Interim hoc manet, propter magnam & insignem concomitantiam ac familiaritatem, hæc delicta † sæpè confundi. Quod quoque nominis 8 notatio in residuis arguit. *l.4.§.3.eod.* uti enim pecunia publica per peculatum subtracta, resedit paulò ante, vel adhuc residet & remanet penes peculantem, itaque quoq; in culpa residuorum & vice versâ. Sic autem J Ctus *in d.§.3 fatur:* Lege Julia de residuis tenetur is, apud quem ex locatione, emtione, alimentaria ratione, ex pecunia, quam accepit, aliâve quâ causâ, pecunia publica resedit, *Hæc Marcian. & Justin Justinop.* nihil residet, nec ex residuis tenentur *in considerat.* vide *Adam. Contz.* 8. *polit.* 19. ubi Neronis residua describit: Nero, inquit, † in primo Consulatu tria millia pondo auri, è capitolio furatus est, 9 & tantundem æris inaurati reposuit. Nec verò ad residua spectat, quoties professus ad ærarium pecuniam, quis retinuerit, atq; in usus privatos converterit nummos fisco dandos. *l.9.§.fin.eod.* cessante hîc regulâ: Quod surrogatum sapiat naturam surrogantis. *l.1.§. hæc actio.ff. si quis test. liber. esse juss. & l. si eum. §. qui injuriarum.ff. si quis caut. & l. unica. §.1. Cod. de rei uxor. act.* Et gabellam † è mensa communi, debitores pro residuis capere, eorumque bona 10 subhastare possit, uti poterat ipse fiscus, in cujus successit locum *l. creditor. ubi Bart & Paul. de Castro ff. de act. emt.* Vel uti redituarii, quæstores & officiales Cæsaris, pro aliis, quos vel nondum compellarunt vel hactenus extorquere de iis non poterant, solverunt, perinde possunt urgere, ac si adhuc deberent fisco. *Joan. de Platea in l. missi. Cod. de exact. tribut. lib.* 10. Ratio diversitatis in eo hæret, quod residuorum reatus non nisi ex ære publico ejusq; defraudatione contrahatur, ære publico reverâ illato, non penes subditos, residente, & nondum pensitato. *d. l. 9. §. fin.* Unde surrogatum † dici nequit illius, quod nunquam induit naturam, cujus surrogatum meritò erat dicendum qualitativè, cum non entis nullæ sint affectiones, & surrogatum nihil præstat, si non per omnia quadrat surroganti, respectu qualitatis non quantitatis, adeò ut igni consumpto castro, eoque bello devastato, † non 12 servitia operæ vel reditus, à privatis castro debiti, inde una submergant, quin potius exstructo novo castello, antiqua servitia teneantur eidem conferre, præstare subditi. *Alb. de Rosat. in l. si usufructus. in fine. ff. quibus mod. usufr. amitt.* non obstante vicissim, quod urbs penitus eversa, perdat omnia privilegia sua, qua de re *cap. anteced.*

Præterea hac lege tenentur, † qui in tabulis publicis pecuniam mi- 13 norem, quam quid venierit, aut locaverit, scripserit, *l. 10. ff. eod.* census non fideliter professus, quid eorum retinuerit; puta siquidem in tabulis major summa esset expressa, aliâs quippe contradiceremus, *d.l.9.§.fin.* Atque hæc de residuis judicia publica quoque contra † heredes dantur, cum in his quæ- 14 stio principalis, *ait JCtus*, ablatæ pecuniæ moveatur. *Papin. in l.fin.ff.h.t.*

Denique tenentur hac lege Consiliarii & Legati principum, res fisci, pe-

cuniam publicam prodigaliter expendentes, prætendentes teneri sese authoritatem Principis inde conservare, interea æs publicum in lupanari cum scortis: in popinis cum ardelionibus consumentes: qua de re memorabile recitare solebat exemplum Wulbrandus de Reden, JCtus eximius, de Joanne Holtzman. J. U. D. & Cancellario Comitum ab Isenberg: transmisso à Dominis suis ad nundinas Francofurtenses, cum pecuniâ publicâ, ibidem Fiscali

15 Cameræ, nec non aliis erogandâ: Sed quid rerum? bonus ille incidit † in nebulones, latrones, qui chartarum lusu, pecuniâ omni ipsum spoliant. Contristatus Cancellarius, nec unde Comiti satisfaceret, spem cernens, abnegatâ dignitate, militatum abivit ad Status Hollandiæ, quorum annos aliquot castra secutus, tandem Signifer evasit, nec superiores potuit acquirere militiæ gradus. Denique juramento renuncians, cœpit in pagis conciones tentare, atque hac sub professione, longè citiùs emergens, parochalis in Pago, & demum Concionator Aulicus Comitum à Nassau factus est. Accidit autem, ut Isenburgicus visitaret Comites de Nassau, ibi fortè fortunâ concionator mensæ Comitum jungitur, è regione autem sedens Comes Isenburgicus juxta parochum, & observans faciem gestusque ejus, interrogavit Nassovium de Parocho, ejusq; vitâ, illo recensente omnia, nec tamen quævis, surrexit parochus, ac ad pedes Isenburgici supplex jacuit, veniam repetundarum, & commissi peculatus exoravit, quam facilè impetravit, singulis rem novam admirantibus. Hic Holtzman: forsan ille est, cujus quoq; meminit *Otto Meland. in Joc. Seriis ad fin.* quærentis ex quodam Juris Candidato, publicè disputante, ad quasnam servitutum species referret, quia de servitutibus fuit disputatio, actus Comœdiantium, & actiones Penalium Academicas? Sed ad seria, jocis seria misceri suadet *Camerar. meditat. hist. cap. 99.*

Cæterùm si officialis, vel Ambassiator morbo pressus in legatione nonnihil fecisset expensarum immodicarum, aliter jure expeditum foret, modò absens rationes hac de re posset quodammodò justificare, & docere corporis

16 † ægritudinem. *Bart. in l. 2. ff. ad L. Rhod. de jact. Paris de Put. in tract. syndic. in verbo nuncius. in fine. pag. mihi 646.* Perinde est, siquidem in via spoliaretur à prædonibus, à pyratis, ne teneatur ex residuis, nisi culpa eidem possit imputari, non aliter, uti de nuncio derobato, spoliato in itinere jus est: prolixè *Berlich. 5. concl. pract. conclus. 5*8. quâ nec apparente, nec probabiliter probatâ magis dicendum est, præsumi pro officialibus residuorum respectu, neque

17 admittendam † contra ipsos rigorosam inquisitionem. *Menoch. 2. præs. 8*5. *Grach. in consil. syndic. num.* 44 non præsumptiones, nisi probationes omni luce meridiana fulgentiores recipiendas, non binos, sed plures testes ad infamandum virum bonum esse sufficientes. *Idem num.* 101. adeò ut offendens

18 officialem officio suo jam † exauctoratum, puniatur pœnâ parricidii, quia pater civitatis fuit. *Paris de Puteo in tract. syndic. in verbo de off. synd. pag. 63.*

Porrò

Porrò officiales & exactores Gabellarum de culpa nedum levissima teneri, ait *Curt. consil.* 19. & quæ alia *à Par. de Puteo in d. loco* relata extant.

Denique residuorum ratio, munere quovis † depoſito, etiam requiritur, & non immeritò deſideratur in ipſo Magiſtratu vel Judice. *Paris de Put. in tr. ſyndicat. in verb. de off. ſynd. pag.* 110. *num.* 8. *ibi*: Aſſignatio actorum unà cum reſiduis & actis dependentibus ſuis, & anteceſſoris debet fieri per inventarium & cum Sigillo, &c. & porrò: poſt receptas admonitionis literas, notificet ſucceſſori omnia † reſidua fiſcalis pecuniæ, &c. & debet remanere in loco ſyndicatus, uſquequo aſſignet omnia acta pendentia (reſidua & ratiocinia) & alibi, *pag.* 111. Tu aſſeſſor cum ærarii & actorum magiſtro componere omnia dependentia debes etiam finita, & diligenter videre quinternos proventuum, ut poſſit officialis omnia diligenter aſſignare, & reddere rationem proventuum, & cōpoſitiones factas verificare: in actis ſcribant, qualiter factæ ſunt, & probationes illarum, ut ſi contingant querelæ caſus, poſſint verificari, & ratio reddi de omnibus. &c. Hæc ille. 19 20

Quâ cautelâ exquiſitè obſervatâ, maledicentium obturabis ora, nec quivis facilè ad reprehendendum aſſurget, prout aliàs jura pœnas [illegible] graviores hiſce, qui officiales † ex reſiduis arguunt, neq; probant [illegible] 21
Paris de Put. d. loc. pag. 66. in tantum, quod magiſtratus † nec credere confeſtim tenetur querelis ſubditorum, cum hoc pacto calumniatores fiant audaciores, inſolentiores, frangatur juſtitiæ nervus, authoritas judiciorum deprimatur, & ſucceſſores in officio, calle lento procedant. *Idem in verſ. per ſyndicatores. pag. mihi* 64. *& Idem in verſ. officiales, pag.* 89. *ibi:* Hic ergo, qui ſe benè geſſit in officio, furtis & ſceleribus ſe minimè maculando, meretur omnem dignitatem & honorem *per l. Judices. C. de dignit. l. pen. de veter.* Non abſimilem priori cautelam tradit *Idem Paris de Puteo. in verb. reddit. pag.* 788. Si aliquis officialis, ait, deſtinatur ad aliquam neceſſitatem tributorum, vel functionem procurandam in aliqua Provincia, debet † infrà annum componere, & ordinare rationes officii ſui, & eis collectis redire ad judicem, qui miſit eum, ut oſtendat, quid exegit, & quid reſiduum eſt, & quis eſt debitor reſiduorum, & cujus culpâ, & ex quâ causâ talis reſiduum in ipſa Provincia eſt debitum. *juxta l. fin. C. de exec. & exact. & l.* 3. *eod. ibi:* Sciat ſe intra anni metas debere collectis ratiociniis ad proprium judicem remeare, &c. porrò quidve in debitis habeatur, & penes quos reſederit? 22 23

Aliàs conſtitutum jure apparet, officiales & præfectos, † priuſquam admittantur ad gubernacula, cavere teneri de reſiduis, atque jure fiſci fideliſſimè conſervando, ne quid decedat ex intradis ſive privilegiis ejuſdem. *Bart. de cap.* quem refert. *Put. d. loc. ad l. ſi filio. §. maritum. ff. ſolut. matr. & l. creditor. ff. de pig. act. Bart. in l. comperimus.* 4. *C. de navicular. lib.* 11. Ubi verò jam rationes vel quotannis, vel finito officio, reddendæ ſunt, perfectè omnia, quæ ex 24

publico

25 publicò acceperunt, in libro vel registris contenta exhibere debent, † ni prædonum loco haberi velint. *d. l. 3. Cod. de exec. lib. 12.* residua vel reliqua, 26 † quæ paupertatis & calamitatis publicæ ergò extorqueri non potuêre à subditis, decenter & ad amussim designantes, quorum nomine præfectos teneri, iniquissimum & tyrannicum foret, *arg. l. 4. C. eod.*

27 Denique ex l. Julia de residuis † pœna est tripli mulcta illius pecuniæ, quam quis retinuit dolosè, nec in usum Reipublicæ expendit. *l. 4. §. fin. ff. ad l. Jul. peculat.* nonnunquam solius dupli. *l. Pompon. §. ex facto. ff. de acquir. poss.* sæpenumerò quadrupli. *per d. l. 3. C. de exec. & exact. l. 3. C. de assessor.* & pro re 28 nata degenerantia in peculatum † enormem residua, pœnam præ se ferunt capitalem. *Vide suprà de peculat. Paris de Put. in tr. synd. in verbo redditio. pag. mihi 790. & de offic. synd. vers. dicitur. pag. 95.*

CAPUT XXI.

DE INDICIIS RESIDVORVM.

Summaria.

1. *Emptio officiorum indicia parit residuorum.*
2. *Nulla est major pestis Reipublicæ, quàm avaritia magistratuum.*
3. *Qui pecuniam recipit pro officio, plus peccat, quàm qui erogat.*
4. *Officia per Simoniam acquisita, sordibus scatent.*
5. *Qualis fuga hic indicia pariat?*
6. *Quomodo differant peculatus & residua?*
7. *An evadens custodiã dicatur fateri delictum?*
8. *Officialis effringens carcerem & aufugiens, tenetur læsæ majestatis.*
9. *In curiis plura, quàm in sylvis committuntur latrocinia.*
10. *Quæ fuga nulla indicia pariat?*
11. *Timor sævitiæ judicis est justa fuga causa.*
12. *Cautela pro fugiente traditur.*
13. *Latitatio qualia indicia generet?*
14. *Officialis in loco villicationis rationem reddat.*
15. *Remotio ab officio simili, indicia residuorum generat.*
16. *Summum dedecus, removeri ab officiis honestis.*
17. *Distinctio traditur sub hoc indicio.*
18. *Quomodo celatio indicia faciat?*
19. *Quæ requisita libri rationum præ se ferant?*
20. *Expensæ minutæ juramento probantur.*
21. *Qualiter negligẽtia hic indicia generet?*
22. *Ipsa rerum natura diligentiam desiderat.*
23. *Diligẽtia est ipsa bona fides officialium.*
24. *Negligentia est causa causarum omnis syndicatus.*
25. *Iudex delicta punire negligens, dicitur homo sceleratus.*
26. *Quibus indiciis negligentia demonstretur?*
27. *Negligentia dolosa quæ?*
28. *Fiscus non delectamentum habeat in calamitate aliena.*
29. *Quid probare debeant testes de negligentia deponentes?*
30. *Propter negligentiam solam non removeatur magistratus.*
31. *Ingessio ad officia indicia parit residuorũ.*
32. *Viri ignavi & inepti ut maximè invident viris bonis.*
33. *In magistratum assumi non debet, qui formam discipuli nondum assumpsit.*

1. Indi-

1. INdicium est emtio † venditio officii, de cujus residuis quæritur, quoniam 1 officia emens, pessimè agere præsumatur. *novella* 8. *cap.* 1. *ibi*: An certè non omnibus manifestum est, quoniam qui aurum dat, & sic administrationem emit, &c. & porrò ibi: judicum furta & injustitias accusantes, junctâ officialium avaritiâ, quæ ratò vel nunquam à promercatione ejusmodi abesse solet. ibi: *in d. novella:* Civitatum seditiones & publicæ turbæ plerunque pecuniæ causa fiunt atque sedantur, & omninò una quædam est hæc omnium occasio malorum; & accipere suffragium à judicibus, totius nequitiæ est principium & terminus, est quoque hoc sacrorum eloquiorum mirabile & verum: quod avaritia † omnium sit mater malorum, maximè quando non 2 privatorum sed judicum inhæret animabus. Hæc *Justinian. in d. novella.* De hoc indicio, vide *Parid. de Put. de off. Syndic. in vers. dicitur. pag.* 95. *& ibid. vers. & primo. pag.* 111. *ibi:* Non licet hodie dignitatem petere cum administratione, & dare pecuniam, quia lex præsumit, quod gravet Rempublicam. *Bart. & Dd. in l. fin. C. de ambitu*, nam statuit (*ita pergit Paris. de Puteo*) princeps officia gratis conferri, quia si emuntur, emens omnia mala cogitabit propter avaritiam, quæ in animis judicum inhærens est radix omnium malorum. Proinde *Bart. in l.* 11. *C. de mutileg. de officiorum emptoribus ait:* Quod pecuniam expendentes pro officiis, præsumantur indebitè lucrandi, ac malefaciendi, & quod † pecuniam acceptantes plus peccent, scilicet furandi occasionem præbentibus. Et *Angel. de Aretin. in d. novella.* 8. *cap.* 1. appellat ejusmodi venditores & mercatores barratarios, qui unà justitiam vendunt, & innocentem gregem lupis devorandum exponunt, cùm impossibile sit, ementes officia, habere puras manus, officia † per simoniam acquisita sordibus & 4 residuis non esse plenissima, eoq; tanto magis, quo officia circa quæsturas, res monetarias, pecuniarias vel quæstuarias ut plurimum occupantur. Meminisse enim oportet differentiæ rationem inter peculatum & residua, in eo esse πρώτως positam, quod lege peculatus teneatur propriè, qui subtrahit pecuniam, quam non administrat, is verò qui administrat rem pecuniariam, teneatur hac lege Juliâ de residuis. *gloss. ad l.* 1. *C. ad l. Jul. pecul. Paris de Put. in tr. synd. de off. synd. in vers. syndicantur. pag.* 119. vel ut *Idem alibi* dicit, officialis tenetur de residuis, apud quem pecunia publica, quam administrat, ex aliqua ratione, tota vel pars resider, &c. *eod. loc. pag.* 118.

2. Indicium parit † fuga officialis de residuis conveniendus. *l.* 2. *C. ubi* 5 *de rat. l.* 1. *C. de decur.* ubi vulgò Dd. distingunt: aut fugit, inquiunt, ante finem administrationis, & indicia indubitata hinc descendunt, & fugitivus capi sistiq; debet judici. *d. l.* 2. nec non incarcerari, uti vilissimus. *d. auth.* 8. *cap.* 9. *ibi*: Fugiens capiatur velut aliquod inhonestissimorum mancipiorum. Ubi *Cujac. in exposit.* Aut aufugit post depositum † munus, & subdistingunt, 6 sive intra spacium syndicatui præfixum, sive postea: primo casu similiter in-

dicia generari contra fugientem, evincunt ex *l.1.C.ut omnes causæ. &c. d. novell.8.cap.9.* secundo non utique casu, nisi nova & alia accederent indicia ad fugam, post tempus prædictum, exactam. Alii distingunt: an captus sit, & evaserit officialis nec ne? sic ut contra captivum auffugientem exoriatur plena probatio, vel potius ejusmodi indicium, quod quæstionem rectà producat. *l.3.C.de exact.tribut.lib.*10. Aliter distinguere videtur *l.3. C. de assess ibi:* pro confesso tenebitur, qui accusatus hujusmodi personam subtraxerit, &c.
7 Aliàs *in l.13.ff.de cust. & exhib. reorum.* dicitur ἀπλῶς, quod † evadens custodiâ censeatur fateri crimen. *Johan.And in addit.ad specul.de præsumpt.§.sciens.* ubi quoque simpliciter tradit, quod frangens arrestum vel custodiam, & aufugiens, habeatur pro confesso, atque in ipsum dictitari possit sententia sine citatione & processu ulteriori. *Angel. in l.1.de priv.carcer.Andr.d.loc.* Quin-
8 imò non pauci tradunt † officialem carcere effracto evadentem, teneri læsæ majestatis. *Paris de Put. in d.tract.in verbo fuga official.pag.* 430.

1 Quod si tamen quis fugeret, subveritus oppressionem, judicium inju-
9 stum, cum in curia † committantur sæpè crimina & latrocinia majora, quàm in sylvis latronum; ut Idem testatur. *d.loc.vers.an judex.pag.* 432. imò si rediret, purgaretq; fugam, nihil indiciorum ex fuga sequeretur. *Bart. in l. quid si. §.1. ff.de ædil. edict. Paris de Put. d. loc. ibi:* Si ipsum fugientem aliqua causa excusaret, puta timor partialitatis, vel capitalis inimicitia, ut quia minati fue-
10 rant officiali, quod deposito officio illum malè tractarent, quia tunc † contra eum fuga nullam faceret probationem, nedum indicium. *Bart.in l.1.C.de bon. eor.* & ibi: Quia sibi constabat, quod de facto deberet capi, vel quod judex
11 esset nimium crudelis, nam timor † sævitiæ Judicis est justa causa fugæ, nec indicium parit. *Lucas de Penna in l.si coloni. C. de agric. & censit.* cum de judice sævo & crudeli, non nisi sævitia & crudelitas sit præsumenda. *l.si per impress. C.quod met. caus.* Cautelam autem tradit ejusmodi *Paris de Put. d.loc. p.* 435. Ut fugiens in loco judicii relinquat procuratorem, atque extra carceres cau-
12 sam suam dicat, introducatq; coram superiori, ut vel inhibeatur judici, † vel adjungantur fortè judicibus assessores ex aula vel Camera discreti, & ab omni suspicione remoti, vel causam cum omnibus pertinentiis ad se revocet trahatq; superior. Qui idcircò quasi in specula collocatus super inferiores eminet magistratus, ut omnem concussionem & libidinem grassandi in res & sanguinem tenuiorum inhibeat sistatq;. *Fridcr. Mindan. lib.2. de process. cap.* 12. *num.*11.

13 3. Simile est indicium jam exhibito, quod ex † latitatione descendit; quandoquidem ita jure comparatum sit, ut officialis eo in loco reddat rationem villicationis suæ, ubi officio suo est functus. *l.1. C. ut omnes causæ tam civil. &c. Paris de Puteo de off. synd. vers. visæ. pag.*108. *ibi:* Si officium gessit in
14 civitate una, debet † stare in illa, non in domo potentis vel Ecclesia, sed

palàm

palàm & publicè ante faciem omnium, quos vexerat, ut satisfaciat fisco, quia usquequo satisfecerit fisco, non est ad officium aliud eligendus. *l. neminem. C. de suscept. & arch. lib. 10. l. fin. §. cond. ff. de voc. & excus. mun.* Scilicet qui ante omnia respondere tenetur super querelis suis & collegarum, vel potius substitutorum sub vel delegatorum, eorumq; furtis extorsionibus & residuis. *d. l. 1. C. ut omnes jud. l. 1. & 2. ad L. Jul. repet. l. 3. C. de off. assess.* Ut sic copulatim duo requirantur in præsentiarum, [1] ut officiales etiam spectabiles, uti *text. d. l. 1.* loquitur, sive civiles sive militares publicè, non domi, vel intra sacros terminos, vel regiones, aut potentes domos latitantes. [2] antè ora omnium super furtis & criminibus suis in querimoniam vocati, decentem reddant rationem. *juncta l. 4. C. de suscept. ibi:* Cogantur exponere, quibus titulis suscepta dispeserint, ut facilius, si quis in furto fuerit deprehensus, recentem queat redintegrare jacturam, &c.

Neque adversantur, quæ modò sub indicio, 2. diximus, posse scilicet salvâ famâ fugere quandoque officialem, & provocare ad superiorem. Resp. Quod superiora per limitationem quandam sint capienda, ut dubium nõ sit, quin in hoc passu quoque, quoties concussionis timor, impetus popularis, aliáve scandala subtimescenda sunt, recedere possit officialis, seq; judicio dextro submittere, ubi suspicio omnis exulat, affectus non dominantur, nec injustitia clavum lancemq; tenet; misericordia enim & veritas custodiunt Regem, & roboratur clementiâ thrônus ejus. *Proverb. 20.*

4. Indicium generatur ex remotione ab officio † simili, vel quoque diverso: Cum remotus non nisi ob delicta, culpam, vel sinistram administrationem censeatur repulsus, *Carol. Tapia de const. princ. p. 2. c. 9. num.* 78. quem refert & sequitur Reiger: *in thes. jur. pag.* 302. maximumq; † sit dedecus removeri ab officio honesto, quasi de eo dominus non confidat. *Idem d. loc. Paris de Puteo in d. tr. syndicat. in verbo remotus. pag.* 786. qui quoque pro mortuo habetur, non secus ac si tutor ob dolum remotus à tutelâ fit infamis. *Plot. & Dd. in l. 1. C. de primicer.* Respiciendum verò est in hoc casu, an remotus sit à præcedenti aliquo officio ejusdem generis, & ob delictum idem, de quo jam quæstio ventilatur, deinde an amodò removeatur pridem, hactenus ab alijs non repulsus provinciis; porrò an remotio facta sit cum causæ cognitione necne? Si ob idem † delictum retrò repulsus existit officialis, indiciis non immeritò premitur residuorum; per tritam, eamq; vulgarem regulam: Qui semel malus, &c. Sin primùm removeatur, absque causæ cognitione, res quoque plana est; Nam licet prohibitio sola officii remotionem inducat, meratuq; nomen remoti. *Bart. in l. nec enim ff. de suspect. tutor. Paris de Put. d. loc.* non tamen ipsa eo tendit, ut solâ hac denominante, & fortè ab invidis improbisq; propullulante personis, indicia quæstioni inde præparentur haud alia, quàm quæ nudam solamq; residuorum diffamationem ingerunt, quæ

factâ causæ cognitione demum diluentur, ubi bonum fecit computum officialis, nec residua dolo suppressa reperiantur, quo spectat *l. fin. C. de decur.* ubi remotus ab officio vel dignitate, retinet pristinæ dignitatis reliquias.

5. Celatio residuorum indicia hìc præbet. *Paris de Put. d. loc. in verbo*
18 *redditio. in vers. officialis. num. 2. ibi:* Reddens † rationes, videtur habere animum fraudandi, quando rationum reddendarum tempore aliquid celat, (intellige sciens prudens) *Bart. in l. si pupilli. §. sed et si quis. ff. de negot. gest.* vel quoque rationum libros non dextrè, sincerè, vel dilucidè exhibuerit conscri-
19 ptos, scilicet qui † continere debent [1] à quo, [2] quidq; receptum, [3] & ex quâ causâ. *l. apparitores. 5. ibi: titulorum debita, &c. C. de exact. tribut. lib. 10. l. 4. ibi:* cogantur exponere quibus titulis suscepta dispersérint. *C. de suscepto. & arch. lib. eod.* [4] cui erogata recepta. *d. l. 4.* ut facilius, si quis in furto fuerit deprehensus, recentem queat redintegrare jacturam. [5] quo die, quo con-
20 sule. *l. 4. C. de navicular. lib. 11. ibi:* quæ etiam diem illationis, &c. Expensæ † minutæ tamen solennes ejusmodi non requirunt annotationes, quæ regulariter juramento officialis justificantur, *l. scimus. §. in computat. ff. de jur. delib.* Vide suprà *de Indic. peculatus, & rer. creditar. interversione:* nisi fraudis suspicio immensa, & has efficeret admodum incertas, si varietas crassa, quæ in scriptis æquè, uti verbis attenditur, commissa appareret. *part. 1. de variant. cap.* Si pars minutarum expressum præ se ferat falsum: juxta illud: falsus in uno, falsus in aliis, vel ——— *crimine ab uno,*

Disce omnes, &c.

Justin. Justinop. considerat. 18. pag. 123. Paris de Put. d. loc. in fine. & num. 4. ibi: & ideò administratores, qui non reddiderunt domino plenè rationes, & non perfectè omnia, quæ ex publico acceperunt, in libro scripserunt, appellantur prædones, &c. Denique [6] continere debent libri rationum decentem introitum & exitum, uti Idem loquitur *d. loc per l. 5. ibi:* Species, quas ex fiscalibus conditis dissimularint, excludere. *C. de erog. ann. milit.* ubi quoad introitus nudæ creditur relationi, secus quoad expensas in exitu commemoratas, quæ probari debent. *l. qui sub conditione. 111. ff. de condit. & demonst.* textus ad rem est egregius: Qui sub conditione, ait JCtus, rationum reddendarum liber esse jussus, docere debet, constare fidem omnibus, quæ ab eo gesta sunt, ut neque subtraxerit quid ex his, quæ acceperit, neque expensum rationibus præscripserit, quod non dederat: sed & quod reliquum per contextum scriptum est, remanere apud eum, solvere debet, &c. Vide *Paris de Put. de off. syndic. vers. syndicantur. num. 2. ibi:* tenetur etiam officialis l. Juliæ de residuis, apud quem pecunia publica tota vel pars residet. *& pag. 118. ibi:* Hoc lege tenentur capitanei & justitiarii, qui integros proventus non scribunt in libris, & etiam illos remittunt gratiâ vel amore, quia hoc non possunt, quâ notâ exacta residuorum & peculatus distinctio traditur, pecunia enim jam fisco vel

vel ærario illata, remitti non potest debitori fisci, sed nondum soluta, pecuniæ in fiscum delatæ defraudatio peculatum, nondum redditæ, residua producit & infert. *l. 4. l. aufertur. ubi Dd. in fine. ff. de jur. fisci.*

6. Indicium parit negligentia, † quam fisci procurator vel officialis 21 quilibet nedum spondere, sed & cavere tenetur, Reipublicæ res, suâ diligentiâ salvas fore. *Bart. de cap. in l. si filio. ff. solut. matr.* quem allegat *Paris de Put. in d. verbo redditio. n. 1. p. 789. Bart. in l. 4. Cod. de naucler. lib. 11.* Cum & ipsa hominum † natura diligentiam desideret, *l. quod Nerva. ff. depositi.* quâ prætermissâ, nec naturæ vitium excuset negligentiam *l. 27. §. 6. ff. ad L. Aquil.* Quin 22 quod diligentia sit ipsa bona † fides, quam leges ubique, uti causam actuum 23 humanorum formalem requirunt. *Rebuff. in tr. concordat. de collat. §. teneantur, pag. 403.* obedientia & paritio mandatorum *l. de unoquoq. §. 3. ff. de re jud.* nec non justitia ipsa. *Joan. And. in c. legitima. ext. de appell. Paris de Put. in verb. negligentia per tot.* Hinc inquisitiones in officiales vulgatissimæ de negligentia eorum, utpote † causâ causarum syndicatus. *Idem d. loc. vers. interp. 607.* 24 *& seqq. Petr. de Suavis in histor. Concil. Trident. lib. 6. pag. 578.* ubi negligentiam Simoniæ indicium quoq; esse dictitat. &c. adeò ut judex maleficum punire † 25 negligens, ipse dicatur sceleratus, nec non infamis, ut sic negligentia pro diversitate rerum, vel indicium, vel ipsum reatum & maleficium inferat. *Idem d. loc. Tiraquell de pœn. in procem.* Porrò quomodo negligentia probetur? docet *Bart. consil. 102. Rebuff. d. loc.* quæ quoque † indiciis poterit demonstrari, ut si delictum est notorium, judice supersedente, ne animadvertat in facinorosum. *Joan. And. in c. quanto. de off. ordin.* cum notorii ignorantia neminem excuset. *c. quod dicitis. dist. 16.* dicaturque ejusmodi igorantia affectata. *cap. fin. dist. 41.* cui affinis est negligentia † dolosa, ut cum judex se ægrotare 27 fingit, sese absentat, quò subditi audacius rixentur, seque vulneribus mutuis conficiant, vel maleficia alia committant, forsan non commissa, præsente officiali, ut judex posthac suos inde saginet, faciatque bursas locupletiores. *l. 9. Cod. de re milit.* lætificans in malitiâ cum improbis, uti adserebat ille scriba, Es habe/ Gott lob/ das Bruch-Register ein ehrliches getragen. *Ventur. de Valent. in parth. litig lib. 1. cap. 14. num. 3.* quæ regesta, bursalia, ut fulgura aversantur subditi, ait *Rebuff. de concordat. pag. 265.* adeò ut sanctum Cæsaris dictum appellitet Crantzius, fiscum † nihil habere delectamenti in calamitate alie- 28 nâ. *lib. 13. in Wandal. cap. 40.*

Cæterùm ubi negligentia probari debet directò, † testes accuratè de- 29 ponere tenentur, cum negligentia sit quicquam privativum vel negativum, non formatum, quod sensu visuque corporeo queat percipi, ut itaq; ex actibus rationabilibus liquida illa fieri debeat, quam ex reali quadam demonstratione. *c. cum causam. ext. de testib.* id est testis negligentiam probaturus affirmabit se facta ejusmodi observasse, unde judex negligentiam colligere pos-

sit. §. *si verò*, *Novell.* 1. *ubi Cujac. & Dd.* Colophonis ergo hîc notatum esto:
30 Quod propter negligentiam † non removeatur officialis, nisi munus aliquod per corruptionem suscepisset, ne administraret officii sui partes. *Bald. in l. mancipio. ff. de fugitiv. l. fin. ff. de lege Julia repetundar.*

31 7. Indicium parit ingestio vel intrusio †. ad officia publica vel privata, per sese vel alios facta, viris aptioribus & dignioribus fraude & adulatione supplantatis vel remotis. *Paris de Put. in d. tr. in verbo suspicio. vers. an syndicat. num. 6.* ubi ejusmodi officialem crudelem vocat, parum vel nihil à syndicatore sese ingerente, distante. *Et in verbo negligentia, vers. contra:* ubi de assessore, se consiliarium nominante, agit, *pag. 625.* Ita quippe, experientiâ dictitante, comparatum est, ut qui plurimum se profecisse arbitrentur, mini-
32 mum præstare valeant, † inimici hisce, qui gradu rectoq; tramite transcenderunt ad virtutis culmen, inimici si non aperto, cœco tamen & exitiali affectu, Principibus vel Reipublicæ, existimantibus nucleum se credidisse, imò actutum ministrari Reip. cardines, qui vix circa nuces laborare didicerunt. *Rebuff. de concord. pag. 468. & pag. 176.* ubi ait: Quod in magistrum assumi
33 non debeat, † qui formam discipuli nondum assumpserit, nec præficiendus sit, qui subesse nedum possit. Spectant huc versiculi:

Consulto procerum servos contemne bilingues
Et nequam, nec quos humiles natura jacere
Præcipit, exulta: &c.

quos ex Aristotele ad Alexandrum refert Paris de Put. de excess. reg. pag. 14. Refert *Joan. Wolff. tom. 2. lect. memor. pag. 903.* Petrum Cellelerum concionatorem Basiliensem (ne jocum illum negligamus) Deum ardenter precatum fuisse, ut uxorem sibi probam & morigeram concederet, addentem ejusmodi votum, ut primam sibi obviam certo die, cum domo exiret, factam, ducere vellet, obviam parocho venisse mendicam, quam duxerit, mendicam regimine sese extollere cœpisse, & dehinc virum pendere flocci: nam vero verius est:

Asperius nihil est humili, cum surgit in altum.

Sed hæc & alia in causam ambitus transcendunt, de quo jam proximè dicemus.

CAPUT

CAPUT XXII.

DE AMBITU EX LEGE IULIA EIUSQUE speciebus.

SUMMARIA.

1. *Ambitus quid sit?*
2. *Ambitio & ambitus quomodo differant?*
3. *Species ambitus sunt quinq;.*
4. *Papa super ruinis Imperii collocat suam Monarchiam.*
5. *Papa habet plumbeos pedes.*
6. *Henricus IV. & V. ambitui Paparum strenuè restiterunt.*
7. *Quâ occasione Papa temporalem dominatum in Italia obtinuerit?*
8. *Quomodo à Papa delusus Fridericus Secundus?*
9. *Papa impedivit, ne corona Orientalis Imperii reciperaretur.*
10. *Quos motus Papa in Græcia seminaverit?*
11. *Papæ interitum Politici quoq; prænunciant.*
12. *Quas minas Clemens VII. adversus Carolum V. Synodos nationales congregantem, edixerit?*
13. *Variæ ambitus species, sub ingressu Concilii Tridentini, commissa.*
14. *Papæ insolentia adversus legatos Concilii admodum atrox.*
15. *Papa Cæsarem hæreticum proclamat.*
16. *Papa impugnat electionem Ferdinandi I.*
17. *Papa Hispanos, sub Concilio, nonnihil ambitui ejus contradicentes, seditiosos appellat.*
18. *Papa clamitat magnam surrexisse contra sese conjuratorum manum, ambitum quando Papæ taxarent.*
19. *Locus de indulgentiis non decisus à Concilio.*
20. *Galli expressè protestati contra decreta Concilii, nec unquam pro perfecta reformatione agnoscere voluerunt Concilium.*
21. *Quam excessivi ambitus circa sessiones commissi?*
22. *Nonnulli ex Catholicis legati parati fuerunt suadere omni populo, ut valedicerent Ecclesiæ Paparum.*
23. *Ambitus laicorum clades & infinitas calamitates præ se ferunt.*
24. *Regum commune innatumq; malum est, dominari super gentem alienam.*
25. *Sceleratus avaritiæ fervor non nisi morte extinguitur.*
26. *Latrocinia ambitus, ut umbra corpus præcedunt vel sequuntur.*
27. *Ambitus rei sunt & promotus & promotor ad gradus vel dignitates.*
28. *Per ambitum falsa promotionis decipiuntur Curia & Schola.*
29. *Quæ legitima requisita ad promovendum Doctorem.*
30. *Ob communem studiorum negligentiã, hodie quinquennalis Studiosus non promovendus in Doctorem.*
31. *Amplitudo Iurisprudentiæ delineatur.*
32. *Ubi locus est in quæstione, non potest expediri negotium in æquipollenti.*
33. *Quando Licentiatus possit promoveri extra locum, ubi prima examina sustinuit?*
34. *Quomodo requirant gradus bonos mores & facundiam?*
35. *Tacere satius, quàm ineptè loqui.*
36. *Solertia donumq; docendi requiritur in promovendo.*
37. *Propter ruditatem Doctori titulus est adimendus.*
38. *Stipendiarii non studentes diligenter, privabuntur stipendiis.*
39. *Clerici non residentes, non capiant præbendas.*
40. *Quibus officiis Doctor Iuris acquirat titulum*

titulum & honores Comitum & Vicariorum Imperii?

41. An spurius promoveri debeat ad gradus?

42. An promovendus, qui domi & circa nuces studuit?

43. Graduatus dici non debet, qui illegitimè est promotus.

44. Quæ desiderentur in Doctore Medicinæ?

45. Fatuus est Medicus, qui potionem præbet agro, & dehinc pridem inspicit libros.

46. Locus Rebuffi de incompetenti in Gallia promotione.

47. An Doctor possit exercere mercaturam, salvâ dignitate?

48. An Doctor Medicinæ possit unà exercere chyrurgiam?

49. Ipse Galenus venas incidit.

50. Arthagatus Medicus & chyrurgus, tandem carnifex factus est.

51. Necessitatis ergo Doctor exercere potest res quæstuarias.

52. Callistratus mercator, Alfenus sutor fuit.

53. L.3.C. de commerc. consuetudine abrogata est.

54. Promovendus examinabitur à septem Doctoribus.

55. Quando Doctores extra facultatem debeant examinari, puta in Philosophia. &c.

56. Assessorem Cameræ quinquennium in praxi versatum esse oportet, antequam promoveatur.

57. Bartolus. 8. Aristoteles 20. occupati fuere in studiis Academicis.

58. Modicum tempus, modicum studii.

59. In promovendis magistris triennium requiritur studii Philosophici.

60. Copia promotorum semper est in despectu.

61. Indocti humi serpunt & in nucibus senescunt.

62. Massilii detestatio, quæ studiosos seriò monet, ne studeant jura.

63. Utrum notoriè doctus possit sine examine admitti?

64. Pro graduatis præsumitur excellentia.

65. Ambitus tenentur graduati indocti, & asini de Ferrariis.

66. Propter inscitiam errarunt Concilia & communitates.

67. Cur statutum Concilio Basiliensi, ut Ecclesiis cathedralibus, & Doctor Theologiæ, & Grammaticus assignaretur?

68. Origenis expositio de ranis Ægyptiacis.

69. Ambitus officiorum privatorum taxantur.

70. Quæ incommoda Reipublicæ accrescant ex imperitorum promotione.

71. Oratio Caroli Magni ad Studiosos Parisienses.

72. Viri probè literati sunt in aula instar Heroum.

73. Honesto parta labore sub tutela divina possidentur.

74. Qui domum judicis ingreditur, ad eundem contra adversarium, commovendum, ambitus tenetur.

75. Constitutio Cameralis hac de re.

76. Novorum vectigalium exactores ex ambitu conveniuntur.

77. Cæsar non potest vectigalia nova pro libitu instituere.

78. Quomodo Camera Fiscalis procedat in hac ambitus causa?

79. Experientia pœnitentiæ comes, & stultorum magistra est.

80. Fridericus Imp. ob novas collectas fascibus Imperii est privatus.

81. Quibus de causis demum liceat vectigalia nova poscere?

82. De vectigalibus rerum sordidarum non concedendis.

83. Vectigal, modicum erit non hostile.

84. De exercendis privatis quæstibus, nomine vectigalium.

85. Quomodo collegia, communitates, per pacta sibi invicem imponant collectas?

86. Res pretiosa nobilium non cadunt sub censum, sed cumprimis plebejorum ad pompam ostentata.

PORRO ambitus † est furtiva machinatio, quâ officia publica furtim, 1
fraudulenter, vel violenter occupantur. *argum. l. 1. ff. de l. Jul. ambit. l. unica.*
C. eod. Ambitus, ambitio, † conjugata quidem, at separata sunt significata; 2
ambitus delicti, ambitio cupiditatis nomen infert. Lex ambitus antiquissi-
ma, ante Cæsarem & Augustum usitata fuit. *teste Cicerone pro Murena. & in*
orat. pro Planc. repetita ac in usum revocata demum sub Augusto. *Paul. 5. tit.*
30. *Sueton. in Dion.*

Tenentur hac lege, [1] quicunque † in petitione magistratus aut pro- 3
vinciæ, sacerdotiive turbam suffragiorũ causa conduxisse, populumve gratia
vel pecunia sibi conciliasse, corrupisse, convicti damnabantur. *d. l. 1.* [2] Et
quoniam latâ lege regiâ magistratuum creatio quoque ad Cæsares devolve-
retur, ipsi superiores gratia vel facultate hac abutentes, teneantur, *Gemin. c. 1.*
§. 1. de homicid. lib. 6. [3] Nec non municipia vel Collegia curiarum, gratia vel
mercede indignos ad officia decurionatus recipientia. *d. l. 1. §. 1. ff. h. t.* [4] Præ-
terea, qui litigatores domum judicis, aucupandæ forsan gratiæ ergò, ingre-
diuntur, & quod plus est, muneribus eum corrumpere satagunt. *d. l. 1. § fin.* [5]
Qui vectigalia nova instituunt *d. l. 1. & unica. §. 3.*

Quantum [1] idq; generale concernit caput, operæ non est precium, à
cœptâ Monarchiâ Romanâ recensere ambitus, quoad magistratum summum
vel sacerdotium, ejusque petitione, postulatione, delatione & transpositio-
ne, ne in historiis Roscium potius, quàm in legibus interpretem, quantum-
vis minimum, agere videar: remitto autem Lectores ad Livi. Plutarch. Pom-
pon. Lœtum. L. Fenestellam, de magistratibus sacerdotiisq; Romanorum.
Nec non quoad statum Imperii Germano-Romani modernum, confusum
illud majestatis Imperialis, & sacerdotii Romani chaos, de quo verius cum
Poeta 1. metamorph. dixeris:

Unus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixêre chaos:

Sepultâ scilicet & magistratus & sacerdotii petitione & translatione libera,
fascibus Imperii eo jam devolutis loco, ut dignitatis pristinæ robur, majestas
& præeminentia fixis conferatur tribubus: Papâ super ruinis † & ruderi- 4
bus Imperii Romani suam collocante Monarchiam, quamprimum enim R.
J. separari cœpit ab Italis, unà eludi cœpit ejusdem majestas, imò conculcari
pedibus †. Paparum plumbeis) quos Papis attribuit *Zas. in princ. epit. feu-* 5
dor.) neque mirum: Etenim Roma orbis Domina, postquam sibi priorita-
tis & Oecumenici titulum super Ecclesias etiam Orientales sumpsisset, per
ambitum & collusionem Phocæ tyranni, dignum profectò operculum pa-
tellis, siquidem S. R. I. fasces pro re natâ invaderet. Submirandum tamen,
quæ olim sacerdotia à Cæsaribus petita & collata, eadem temporis tractu in
collatorum opprobrium, nec non lethargum conversa degenerasse, ut ipsi-

met tandem S. R. I. antistites, Ecclesiarum patroni & fundatores, jura Imperii quævis à Papis petere, ac subinde pedes eorum exosculari cogerentur: uti in codice vetustissimo ordinis Benedicti legitur. Quoq; Hispaniæ Reges cum adirent Episcoporum Synodos, procumbere soliti fuerint toto corpore terrâ ante ipsos Episcopos, & terram osculari: Neq; prius se attollere humo, quam hi suis sedibus surgerent, & Reges eorum pedibus circumfusos brachiis sublevarent, & in sella regia pro dignitate collocarent. *Joan. Wolff. tom.2.lect.mem.pag* 860.

6 Et quanquam Henricus IV. aliique cordati † Cæsares ambitum ejusmodi reprimere, atque restituere decus Imperii in integrum fuerint toties quoties adnixi, non valuêre tamen, quod conati sunt, præstare. Quinimò licet Henricus V. idipsum, contra omnem Pontificiorum spem, quoq; pararet, capto Paschali II. cum Cardinalibus Sutrui Italiæ, adeò ut renunciaret Papa Episcoporum investituris, discedente tamen Henrico revocavit Pontifex capitulationes, & Henricum æquè, uti parentem excómunicavit. Is ægrè ferens Papæ insolentiam, redit Romam cum instructo milite, atq; Gregoriú VIII. Papam creat, qui collectis à Papa Gelasio, copiis, Sutrio abducitur captus, & camelo impositus, in triumphi speciem, Romam mittitur. Henricus V. potentiam subveritus confœderatorum Papæ, nec nondum oblitus fatorum Patris Henrici IV. commissis cum Papa aciebus, hâc eâdem de causâ, in summam conjecti tandem miseriam & mendicitatem; remisit jura prisca, referente Abbat. Ursberg. *pag.* 280. & mediante generali absolutione omnium censurarum, Ecclesiasticas investituras, cæteraque spiritualia negotia, quæ tanto tempore Reges Teuthonici administraverant, quæq; ipse, ne regni diminueretur honor, nunquam se vitâ comite dimissurum proposuerât, humiliatus abnegavit, & in totum Ecclesiæ dimisit, &c. Hæcce cum

7 impetrassent Papæ, ambitu mero, vi & violentiâ, in Italia † palam sibi attribuere cœperunt potestatem temporalem, nec nõ appellationes ex Hispaniâ, Galliâ, Angliâ, ut quoque Eugenius III. magistratum Romanum, ejusque fasces sibi sumpserit, sed non sine clade cruentâ, Lucii III. abolere Consulum nomen satagentis, oculi effossi fuêre. *Platin. in vita illius Sabell. Ennead. 9. lib.* 7. Et quo Papa Gregor. IX. tandem ipsa Imperii secularis jura inva-

8 deret, † Fridericum Secundum, ex causis falsissimis & frivolis, ut scribit *Ursp. d. loc.* excommunicavit, jam in Syria militantem contra Saracenos, atq; Regem Hyerosolimis declaratum. Hâc captatâ, absentiæ Imperatoris, occasione, ait *Sabellic. d. Ennead. lib. 6.* Papa copiosum exercitũ destinavit in Apuliam, & terras Imperatoris in servi[tio] Christi demorantis, abstulit & sibi subegit, nec non cruce signatos (milites) ne transfretarent, omni studio prohibuit, tam in Apulia, quàm in Lombardia: respuit & abjecit literas Imperatoris, quibus gaudium annunciabat de Hyerusalem, Nazaret, & Joppe cum

terris

terris adjacentibus recuperatis, quibus falsam famam de morte Imperatoris in Aquilia, divulgari fecit, ut civitates, quæ adhuc in Imperatoris fide manebant, sibi subjiceret: Crudeliora addit, quæ referre non est operæ pretium. Quod sibi nunciatum † esset Imperatori, vice-Domino, cum majori parte exercitus, Hyerosolimis relicto, celeriter magnis itineribus cum copiarum parte Apuliam pervenit, & evocatis militibus Germanis, Apuliæ regnum recepit. Ultrò tamen Papam rogavit, ut absolveretur; & Imperator & hoc Siciliæ permaneret: quod non prius impetravit; quàm centum viginti millia unciarum auri persolvisset, ipseq; supplex ad Gregorii conspectum Aguagniam venisset, *uti Platin. Sabell. Blond. aliiq; scriptores* id passim referunt. Sic Nicolaus III. Carolum Andensem, Vicarium Rudolphi, Ravennæ residentem, instigavit ire militatum in Græciam, ut absentis diciones occuparet, quod subsecutum est, nam quamprimum is peregrè abiisset, Bononiam, Flaminiam, & Ravennatum sibi subegit, eoq; misit suos nepotes Bertoldum, Romandiolæ, Comitem, & Latinum Cardinalem, uti administratores illarum provinciarum. Jam itaque regnum in Italia, *ait Platina*, pacificè nactus est Papa, nihil timens à Rudolpho, nondum coronato, quiq; decessorum exemplis, Pontificum artibus malè tractatis deterritus, nunquam ausus fuit Italiam ingredi. Idem Papa nobilioribus Italiæ castella vi abstulit, ac suis dono dedit, maximè verò Surianum, ubi hic Papa subitò periit. Cui succedens Bonifac. VIII. quem prodigiosè sceleratum appellat Carol. Molin. *in SCta Franc. de abus. contr. parv. dat. pag.* 227. rectà transiens, omnem potestatem politicam sibi deberi adseruit, creatis suo nutu magistratibus omnibus. De quo commune dicterium: intravit ut vulpes, regnavit ut Leo mortuus canis.

Porrò ne quoque Græcia intentata relinqueretur, eò miserunt Papæ Balduinum, Flandriæ Comitem, ejusq; fratrē Henricum, Petrum Antissiodorensem, Robertum, aliosq; novatores, omnes sub tumultibus & motibus † inde suscitatis, peremtos, quia Græci nequaquam recipere voluerunt leges 10 Papales, nec Papæ Dominatus agnoscere, nedum in spiritualibus, &c. Quò spectant Platinæ ab Honorio II. usque ad finem histor. tradita de dominatu Paparum seculari, ubi Papatum, magistratum appellitat, & fidem ecclesiasticam, obedientiam temporalis potestatis. *Platin. in Hadrian. IV. ibi*: Qui postquam pertinaciæ, terrificisq; censuris urbis Romanæ, jurisdictionem & administrationem liberam, Consulibus abrogatis, usurpasset, circuibat civitates circumquoque positas, confirmaturus eas in fide Ecclesiasticâ, id est, in subjectione temporalis & terreni imperii Papæ contra Imperatorem. Sic Papa *c. optatum. dist.* 10. professionem fidei, interpretatur professionem subjectionis Papalis. Sed tandem præfatus Alex. IV. Romam cujus libertatem initio oppresserat: exire coactus, priusquam moreretur, dixisse fertur: Nullum in terris vitæ genus calamitosius Papatu, & sanguine parari Pontificatum,

S 2 non

non esse Petro, sed Romulo potius succedere, (qui Monarchiæ cupidine fratrem occidit,) vel expressiùs de eodem Adriano refert *Anton. Tit. XVII. c. 1. §. IX.* Romulo succedere in parricidiis, non Petro in ovibus pascendis.

Sed de exemplis ambitus prolatorum quantum satis: qui cum judices in terris non habeant, judicabuntur proculdubio coram Deo, neque reatus pœnas effugient. Unde *Ferdinand. Vasq. lib. 2. de praescript. cap. 89. num. 8. ibi:*
11 Ecclesia † Orientalis (quæ quoque primatum ambivit sub Mauritio, prorsus volente, ut Orientalis esset superior. *Molin. in d. tr. ad SCta Franc. pag. 145. & seqq.*) ob paupertatem evanuit, Occidentalis copiâ, nimiâq; affluentiâ evanescet. Et *Domin. à Disting. in tr. de auton. ibi:* Es haben sich die beyde Kirchen so lang vmb die Narrenkappen deß Primats gerissen / biß die Orientalische Kirchen von dem grewlichen Alcoran / vnnd von den lästerlichen Decreten die Occidentalischen Kirchen vffgefressen worden. Ut non immeritò *Beatus Bernhard.* hanc causam considerans, *in considerat.* dixerit: quem refert *Molin. d. loc. pag. 235.* privilegiis munitos (Clericos) necnon honoribus & opibus dotatos, prioribus illis & simplicioribus Papis defunctis, surrexisse audaces & ambitiosos, qui postquam pontificatum ut regnum invaserint, ministerio verbi Dei omisso, ad res prophanas gerendas, à religione ad arma conversos, tandem iri dispersum. Sed hac de re prolixius alibi, vide *Sabell. & Platin. d. loc. Barum de vit. Pontific. Flacc. Illiric. in histor. de primat. Papæ. Molineus d. loc. Joan. Wolff. 1. lect. mem. Dn. Arnisæus in tr. jur. publ. de temp. potest. Pontific. &c.*

De ambitu conciliorum, ut nova priscis misceamus exempla, nihil hic dicam, nisi quod illustrandæ causæ ergo conducat. Cum Carolus V. Cæsar gloriosissimus, sub initio Concilii Tridentini, quia totus mundus pridem nullitates ejus palpare cœperat, synodos nationales hinc inde permitteret in Germania, sperans pacem & Ecclesiæ & Reipublicæ subinde se lucraturum,
12 minatur Papa † Clemens VII. ut nisi Cæsar omnes religionis disceptationes à conventibus removeat, nec quæ hactenus indulserat, rescindat, fore, ut severius cum ipso agat, quam voluntas sua ferat. *Petr. de Suavis in historia Concilii Tridentini. lib. 1. pag. 112.* & nunquam tandem ad Concilium properasset hic Papa, nisi timeret Cæsarem causas religionis in Imperio ipsummet examinaturum. *Idem lib. 2. pag. 135.* Legatis autem nonnullis discedentibus, cum vix cœptum esset concilium, quia videbant res concilii pessimè constitutas, ipse Papa quoque deliberavit, an revocaret concilium nec ne? *Idem pag. 143.* idq; rescribit Parmam & placentiam & tandem ad Cæsarem i-
13 psum. Respondet Imperator, ut aperiatur † concilium, & agatur saltem de reformando Clero, non de articulis fidei controversis, in præjudicium protestantium, & antequam hi audirentur. Papa subolfeas intentionem Cæsaris, renunciat per generalia, se concilium apertum. *Idem lib. 2. pag. mihi 145.*
ubi

ubi ab initio & quidem sessione 4. confestim factum est decretum, ut qui libros canonicos integros non susciperet pro sacris, & sciens prudens traditiones omnes, pari pietatis affectu, nō agnoverit, anathema foret. *Idem pag.* 182. Porrò cum contra assessores concilii exciperetur à Protestantibus, ut Papa remitteret juramenta eis, quo libera essent vota, responsum tulerunt, † meram 14
hanc esse blasphemiam, & malle Papæ legatos centies mori, quam hæc indigna ferre aopati. *Idem lib.* 4. *pag.* 424. Julius Quartus sub hoc concilio dicere solitus fuit, se nullum principem sibi compatem vel socium velle agnoscere, sed æquum esse, ut omnes suo pedi (humum tunc pede percutiebat) subjiciātur, siquidem ita visum illi, qui Pontifices crearet, atque ad tanta fastigia eos evexisset, neque continebat se, quin adderet mille secenties mori, ac facibus 4. mundi plagis subditis incendium ex omnium rivis restinguere, quàm vile quippiam, suoq; loco indignum, committere. *Idem lib.* 5 *pag.* 460. Hic Papa Cæsarem † hæreticum proclamavit. *pag.* 466. Oratores Cæsaris carceri in- 15
cludens, & Cæsaris literas referens. *pag.* 470. Hic Papa inaugurationem Ferdinandi vocat in dubium, & sese opponit magnoperè Electioni † Cæsaris, ad- 16
ferens hæreticos non habuisse potestatem eligendi Cæsarem, sibi soli competere omnes dignitates de mundo conferendi. *Idem pag.* 478. Porrò cum ageretur de residentia, an esset juris divini vel positivi; responderunt nonnulli, per placet, maxima pars votavit, non placet, nisi consulto prius Papâ. *Idem pag.* 580. Ubi cum Hispani contradicerent Papæ authoritati, & residentiæ rarissimæ prælatorum, consentire nolentes in Papæ primatum, hic subintelligens tot fore Papas, quot Episcopos, adeoq; officium Papæ redactum iri ad nihilum, Hispanos † seditiosos vocavit. *Idem p.* 586. Scripsit hic 17
Papa tunc temporis Venetiis & Florentinis, ne articulum de residentia tàm rigorosè urgerent. *Idem pag.* 589. Porrò cum ventilaretur quæstio, de Episcopis, rebus secularibus sese dehinc immiscendis, nec ne? existimans Papa inde quoque labefactatum iri suam authoritatem in secularibus, majorem suorum copiam mittit Tridentum: quo votorum pluralitas vinceret causam, unà rescribens Concilio, † magnam esse conjuratorum manum adversus se- 18
se. *Idem pag.* 588. proinde hic articulus nunquam fuit decisus, quod ægrè tulerunt exteri. *pag.* 591. uti plura alia necessaria prætermissa capitula, ut de † in- 19
dulgentiis, Ecclesiæ Græcorum non usitatis, de quibus primæ erant contra Papam querimoniæ in Germania. *Idem lib.* 8. *pag.* 961. adeò ut Comes Lunensis, legatus Gallicus, & publicè & privatim hæc & alia omissa, cum concilii finis penè instaret, admonens, imprimis edissereret, quod præcipuæ causæ, ob quas concilium esset congregatum, omitterentur, omitteretur Catechismi conscriptio & compendium breve, in dispendium simpliciorum, & quæ alia Romam, utpote concilium secundarium, eadem perscripsit, quia Tridentinum ad postulata sua silebat, petens ut eousque concilium apertum

maneat, donec totus mundus requireret ejus conclusionem. Cui responsum: quisnam ille mundus: replicavit, Hispaniam & totum mundum id requirere. Cui Pontifex: Rescribite, inquit, Comiti, ut Ptolomæum sibi emat, eumq; legat, ubi inveniet Hispaniam non esse totum mundum. Sic negligentiâ pari, in medio relicti articuli de Purgatorio, de Invocatione Sanctorum & cultu imaginum, de quibus nihil ventilatum fuit, sed saltem provincia data formandi decreta super hisce articulis Cardinali Wormiensi & 8. prælatis. *Idem lib. finali. pag.* 95 c. Ut Cardinalis Lotharingius Dux Guisius
20 non immeritò † protestatus contra concilii acta universa dixerit: Regnum Galliæ ea decreta recipere, non tanquam reformationem perfectam, sed uti præparationem ad perfectam, eâ spe Papam tempore & occasione datâ defectus suppleturum, antiquis canonibus in usum revocatis, aut concilio alio generali denuò celebrato, ut rebus inchoatis decens addatur colophonis species. *pag.* 912. quæ Gallorum protestationes non minori odio dignæ fuêre concilio, quam protestationes Lutheranorum. Eadem efflagitarunt & protestati sunt Hispani, non nisi cùm reservatione concilii acta subscribere volentes, quæ prætereà à solis Italis, Episcopis imberbibus, nec non Græcis simplicioribus demum sunt subscripta. *Idem cap. fin. pag.* 938. *& seqq.*

21 Nihil hîc de sessionis & superioritatis ambitu, quo libertas † Concilii suppressa fuit, dicam: Cardinalis prædictus sæpiùs minabatur, ut nisi Papa scandala nova de sessionibus removeret, velle se conscendere suggestum, atq; crucem Domini in manus arripere, & clamare altâ voce (misericordia:) Por-
22 rò se † persuadere omni populo esse paratum, ut valedicant Ecclesiæ Romanorum. *Idem lib.* 8. *pag.* 849. Extat quoque hac de re oratio Ferrerii Legati Gallici, ambitus sordes & nullitates concilii tantoperè taxantis, paper (Papa) pro pane, ait, petram pro pisce serpentem propinat, ut uno ictu & Regem & Gallicanam Ecclesiam feriret. Pium IV. semina discordiæ spargere, ut pacem inter Reges concordes turbet, mutato per vim & injuriam ordine sedendi, ab oratoribus semper observato, & jam postremum in Conciliis Constantiensi & Lateranensi, idq; ut se Conciliis superiorem demonstret, sed neque posse ipsum Regum amicitias interturbare, nec doctrinam Synodorum Constantiensis & Parisiensis, quod Concilium sit supra Papam, antiquare. Didicisse S. Petrum à rerum mundanarum judiciis abstinere: Hunc verò successorem ejus, sed non imitatorem, honorum Regibus conferendorum & auferendorum potestatem inprimis se venditare lege divinâ, gentium & civili. Primogeniti rationem haberi, Patre & vivo & mortuo; Pium tamen Regem primogenitum aliis multo post tempore natis non præferre. Deum Salomonis dignitatem imminuere noluisse patris Davidis intuitu: Pium tamen IV. nullo meritorum Pipini, Caroli, Ludovici, & aliorum Galliæ Regum aspectum, suo decreto prærogativas successoris tantorum Regum abrogatas velle,

velle, contra leges divinas & humanas, sine ulla causæ cognitione Regem condemnasse, abstulisse antiquam ei possessionem, contra causam pupilli & viduæ pronunciasse. Antiquos Pontifices, dum Synodus generalis haberetur, nunquam quicquam sine ejus approbatione fecisse: Pium tamen præter sententiam Concilii, quod Ecclesiam universalem repræsentat, deturbare de possessione, voluisse oratores Regis pupilli non citari, etsi non ad illũ, sed ad Synodum missos. Ac ne huic malo præverteret, omni studio decretum suum celandum curasse, denunciatâ legatis pœnâ excommunicationis, nisi id Secretum occuleret. Considerandum patribus esse, an hæc Petri & aliorum Pontificũ facta sint, & annon ipsi oratores inde discedere cogantur? ubi Pius legibus non reliquit locum, neque Concilio libertatis vestigium, in quo nihil patribus proponitur aut publicatur, nisi prius Roma mandatum?

Contra illum Pium IV. solummodò se protestari, venerantes certè Sedem Apostolicam & Summũ Pontificem, & S. Ecclesiam Romanam, sed recusantes tantum Pio obedire, & illam pro vicario Christi agnoscere: Patres ibi congregatos magna semper in veneratione se habituros, sed quoniam quicquid fit, non Tridenti geratur, sed Romæ & decreta in publicum remissa Pii potius sunt, quàm Concilii Tridentini, ea pro decretis Synodi generalis non recepturos. Postremò Regis nomine prælatis & Theologis præcipit, uti discedant, tum redituri, cum Deus suam formam & libertatem Conciliis generalibus restituerit, & Rex sibi debitum receperit locum.

Sed de Clericorum ambitu quantum satis, deliria Laicorum quoq; infinita sunt, & recenseri vix poterunt, atque hæc ipsa fata † præseferunt clades & calamitates Imperiorum: Qui ex proceribus enim sese aliis praeponderare existimavit potentiâ, calliditate, & rerum gerendarum prosperitate, is quâ potuit arte, vel Marte insidiatus aliis, è solio deturbavit possessores, seque ipsum investivit & installavit Regem vel Principem, rara vel nulla legitimæ successionis vel electionis vota, vocationes, exspectans. Quod Regum † penè omnium commune innatumque malum appellat *Æneas Sylv. in Boem. in fine. Tacit. 15. annal. ibi*: suis finibus non contenti aliorum possessiones invadunt. *Et Canon. distinct. 47. c. 16.* mens, ait, potentiæ avida nec abstinere novit à vetitis, nec gaudere concessis, adeò ut insatiabilis habendi fames, quem *Ovid. 1. Metamorph.* amorem habendi sceleratum appellat, nullo, † nisi cruce, & solo mortis remedio extingui possit. *Eberh. à Weib. de vanit. mund. pag. 56.* Hinc fit, nec inmeritò, quod

——— Sine cæde & sanguine pauci.
Discedant reges, & siccâ morte tyranni.

Ut veterum prætereamus exempla, quomodo liber Rex Regem, Cæsarem Cæsar, vel ambitu, tyrannide, bello, rapinis, latrociniis, quæ ut umbra † corpus ambitus omnes, vel præcedunt vel sequuntur, supplantarunt, seq; invicem

cem coronis, fascibusq; Imperii spoliarunt. Præsens humanarum rerum status, exindeq; pullulans mala & Romani Imperii fors imminente subversione, quam Jehova clementer avertat, ostendere potest.

Sed de primatum ambitu quoq;, quantum, satis, tam Clericorum quàm Laicorum. 3. Caput hujus delicti cõcernit coërcetq; ordines inferiores, quorum ambitus consistunt in promotione indignorum, ad officia & munera
27 municipalia, ubi & † promotor & promotus eodem passu ambulant, & pari se astringunt pœnæ. *Bart & Dd. in d.l.1.§.1.ff.h.t.* Cumprimis tenentur hac lege collatores dignitatum, indignos ad gradus promoventes, unde & aulæ
28 principum, † & Scholæ universitatum, & totus deniq; mundus falluntur & seducuntur, exclusis sæpè dignioribus & longè melioribus, gradus nullos præ se ferentibus, vel graduatis benè meritis repulsis, asinis verò & bullatis sociis, vel quoque graduatis, qui non nisi solum gradum crepant, elatis: De promotoribus capiendus est textus *Rebuff. in proœm. concord. tbi:* Debent esse arbores fructiferæ & robustæ, quæ non ad flatum venti cujuslibet agitentur, non ad flatum orientalis, id est, ratione affectionis & parentelæ, non ad flatum venti occidentalis, respectu præmiorum & pecuniæ, nec ad meridionalis flatum, ratione timoris & potentiæ, neq; tandem ad flatum venti septentrionalis, rancoris & inimicitiæ ergo. *Matth. de Afflict. in consu. Neap. rub. 45. pag. 116. de servand. indemnit. De promotoribus clericorum indignorum, Idem Rebuff. agit prolixè,* eorumq; pœnis *in rubr. de elect. erogat. pag. 97. Et p. 474.*
29 requirit ad promotionem † Doctoris, 1. Quod sit ætatis legitimæ, id est, ultra annos 17. *argum. l.1. §. pueritiam. ff. de postul.* vide suprà *part. 1. c. 28.*

2. Quod studuerit in quinquennium. *in proœm. ff.* hodiè vix decen-
30 nium sufficiet, † idque propter negligentiam addiscentium, qui plerunque rebus ludicris, quàm studiis magis solent esse intenti, nec non Jurisprudentiæ
31 hodiernæ latitudinem, † in qua bos herbam, ciconia lacertam, canis leporem invenire possit, uti *ait Johan. Baptist. de mod. stud.*

3. Quod operam dederit literis non extra Academias, sed in Univer-
32 sitate nobili. *arg. c. tuæ. ext: de cler. non resid.* per regulam: Quod ubi locus † est in quæstione, non possit expediri negotium in æquipollenti, vel alibi locorum. *Dd. in l. quod Ephesi. ff. eo quod cert. loc. l. qui cum tutor. ff. de transact. c. cum inter. ubi Canonistæ. ext. de renunc.* Inde jure accidit, Licentiatum, qui juravit, non capere insignia Doctoralia alibi, quàm in loco, ubi est examinatus,
33 posse promoveri alibi, si denuò examinetur, † vel in loco primo, ubi examinatus est, grassetur pestis; bellum, vel fati calamitate facies ejus sit mutata, ut salvâ conscientiâ, honore, corpore, examinatus gradum ibi assumere non possit. *Eberh. in top. in loc. à general. num. 10.* Authoritate hujus theoriæ ego, qui Heidelbergæ examinatus, disputârâ, sub Dn. Bachovio, pro gradu Doctorali,

rali, Anno 617. de mandatis sine clausula, incidente bello, Helmestadii denuò
examinatus, disputavi præses, de indiciis delictorum. anno 628.

4. Requiritur, quod bonis sit præditus moribus, iisque gravibus &
honestis. *l. magistros. C. de profess. & med. lib. 10: Rebuff. d. loc.* Cum inprimis tur-
pe sit atque ignominiosum, doctrinâ & eruditione antecellere, factis verò
† & moribus ipsis sese ridiculum & exsibilandum exhibere. *Camerar. 3. med.* 34
histor. cap. 71.

5. Requiritur facundia. *l. unic. C. de profess. qui in urb. Const. lib. 12. Re-
buff. d. loc. pag. 474.* Verbo siquidem efferendum est, quod mente concipitur,
neque perperàm loquendum, cum ab aliis rectè accipi verba desideramus.
Petr. de Suav. in hist. Concil. Trid. lib. 2. pag. mihi 179. Aliàs tacere † satius est, 35
quàm perperam & ineptè loqui. *gloss. in Clement. constitutionem de Elect. &
Dec. cons. 37. col. 3. ait:* Quod plus noceat mala locutio, quàm taciturnitas. &c.
Et monet *Ferron. de reb. gest. Ludov. XII. pag. 93.* Quod cum Regibus Prin-
cipibusque omninò non sit colloquendum, modone optima dici proferriq;
possint.

6. Quod habeat † solertiam, donumque docendi. *d. l. unica. C. de pro-* 36
fess. qui in urb. Const. lib. 12. Rebuff. d. loc. qui extra Doctrinam vix mereretur
nomen, ut enim injustitia auffert nomen boni Principis, sic inscitia † Do- 37
ctoris titulum. Unde si carebit nomine, carebit & re. *Eberhard. in top. in loc.
ab Etymolog. pag. 22. & pag. 29.* ubi hoc argumentum ad Scholares negligen-
tes, & non attendentes, nec studentes in Scholis extendit, scilicet ne mereā-
tur nomina studiosorum. Et infert *Johan. de Plat. in l. unica. C. de coll. & chart.
lib. 12.* Quod Studiosi à Sede Apostolica præbendas, quibus vivunt, haben-
tes, eos perdant, siquidem non invigilent literis. Idem de † Stipendiariis no- 38
stro seculo est adserendum; cum in symbolisantibus facilis detur transitus, &
parium eadem sit indoles. *Rebuff. in d. tr. concord. pag. 643.* non secus ac Cle-
rici, † non residentes, non psallentes in Ecclesiâ, gaudere non debent suis 39
præbendis, imò eas si malè consumpserint, refundere. *Idem Rebuff. d. loc. pag.
303 & pag. 206. ibi:* Non est bonum, Abbatiæ fructus devorare, & Deo non
servire. &c. Capienda verò est theorica principalis, non tàm de actu, quàm
docendi potentiâ, cum omnes Doctores docere in Academiis non possint,
de quibus respectivè constitutum jure apparet: Ut Doctores post Jurispru-
dentiæ professionem, actuumque forensium, spacio † 20. annorum admi- 40
nistrationem exactam, Comitum & Vicariorum Imperii acquirant dignita-
tes. *gloss. in d. l. unic. Cod. de profess. urb. Const. Menoch. de arb. qq. lib. 2. cent. 1. cas.
66. Wesenb. consil. 40. n. 50.*

7. Requiritur ne sit spurius † vel naturalis tantùm, *Rebuff. d. loc. Bald.* 41
in l. 1. Cod. de his qui pœn. nom. per text. c. si gens Anglor. 56. dist. cum de ipso vitia,
non virtutis integritas, præsumantur. Qui nec Deo amabilis, hominibus ho-

notabilis, nec in bello fortis, nec in fide stabilis esse soleat. Subdit tamen *Rebuff. pag.* 474, quod quibusdam in locis aliter consuetudine sit receptum, allegans *c. innotuit. & ibi. Bald. col. 2. de Elect. And. Sicul. Barba. in proœm. Clement. col. 25. vide Palaot. de Spur. in fine.* ubi magnum Catalogum refert, Cæsarum & Pontificum spuriorum, vel naturalium tantùm. *nos suprà p. 1. cap. 32.* Porrò ubi mos ille non attenderetur, promovendo incumberet sese legitimare, atque probare natales legitimos, scilicet, si status quæstio ei moveretur, per regulam: Quod petens se admitti ad actum aliquem ut talis, probare teneatur se talem esse, ad hoc ut admittatur. *l. 9. C. de accus. Eberh. in loc. legal. ab effect. eor. quæ simul. requir. ad esse. num. 3.* Perinde est, siquidem promovendo

42 opponeretur exceptio infamiæ, aliorumq; impedimentorum, ut quia † domi & circa nuces studuisset. *Rebuff. d. loc. pag.* 468. ubi in specie de magistris loquitur, in genere verò, de vulgari eorum inscitiâ; Non operam dedisset in Academiis famosis, ubi non legitur, sed sicút aura reguntur, ut Universitas Auraicensis. *Idem pag.* 362. Quanquam alii opinentur, quoad hunc articulū incumbere probationem excipienti, cum Universitates in genere præ se ferant hanc præsumptionem, quod doceatur in iis, legatur. *Cassan. in absolutissimo. tract. de glor. mundi. 10. part. consid. 32.* Quoad studium quinquennii aliaque requisita, adhuc locum tenet regula, jam ex Eberhardo recitata: cum

43 graduatus † dici non debeat, nisi qui ritè graduatus fuerit. *arg. l. 4. § condemnat. ff de re milit.* consideratâ quippe antecedentis & consequentis naturâ, judicandum est antecedens anteire debere, ut promissio præcedit refutationem. *Bald. C. de novo. cod. fac. § hujus. Rebuff. de concordat. pag. 363.* Novimus Polonum Heidelbergæ, qui cum vix annum vixisset in Acedemiis, Basileæ fuisse promotum in Doctorem Medicinæ, redeuntem Heidelbergam examinabat sub cœpâ Dn. Samuel Meyerus, Landscriba Palatinus, vir omnis disciplinæ imbutus non scientiâ vulgari, hospes & amicus noster, quem non immeritò adpello, cumq; reperisset Doctorem jejunum & imperitum, increpabat promotum, sibi cognatum.

De Doctoribus hisce Medicinæ in specie agit *Rebuff. de concordat. pag.*

44 367. ubi peritiam Medici in tribus consistere potissimum ait: † nempe ut sciat præterita, id est, unde morbus trahat causam; præsentia, in quo statu sit morbus; futura, an sit curabilis, & qualiter curandus? Alia tria requirit *Anton. de Butr.* 1. quod sit eruditus medicus 2. secundum præcepta artis procedat. 3. adhibeatq; diligentiam in exercitio artis. *in c. ad aures. ext. de ætat. & qualit. Francis. Ripa de peste. pag.* 131. refert ad industriam Medici cumprimis

45 hoc: ut probè morbum perpendat, priusquam curet, alioquin, ait, fatuus † est medicus, qui dedit potionem ægro, & postea inspicit libros, an rectè processerit, & interea moriatur ægrotus? prout de Advocatis etiam passim dicitur, quod sine præcedenti librorum revolutione, non debeant exigere salaria.

Jason.

Jason.in §. sed istæ. Inst. de act. Socin. de reg. jur. reg. 229. de inordinata Dd. in Galliâ promotione, † extat locus Rebuff. *de concord. rub. de collat. §. praeterea. pag.* 361. *ibi:* Hodiè examen est in omnibus scientiis dulce, non rigorosum, nec metuendum, ut videre licet, quia sicut Ecclesia nulli claudit gremium, sic nec universitatum Doctores, cum non habeant in Franciâ justa stipendia, oportet, quod passim admittant omnes, qui abusus per Regem reformari debebat, atq; per Senatum supremum, proponendo Doctoribus stipendia pro peritiâ eorum & facundiâ. hæc ille. 46

8. Requiritur, ne promovendus † sit negotiator. *l. unic. C. negot. ne milit. Rebuff. d. tr. de collat. pag.* 474. cum in genere vetitum jure appareat nobilibus & militibus, mercaturæ studia sequi. *c. clerici.* 1. *caus.* 14. *q.* 4. *l.* 3. *C. de comm. & mercat. l.* 15. *C. de re milit. lib.* 12. cumprimis verò Cameræ Assessoribus. *Denais. de jur. Cam. pag.* 24. adeò etiam, ut Medico ad beneficia promoto, *unde concordat. Reg. Gall. & Papæ Leon. X. in §. praeterea. de collat.* non liceat exercere praxin Medicam, propter quæstum scilicet ex medicina copiosè profluentem. *Rebuff. in d. §. praeterea. pag.* 366. multò minus † chyrurgiam, quam medici prisci nedum professi sunt, & etiam exercuerunt, ut videre est *in l.* 7. *§. fin. ff. ad L. Aquil. l.* 8. *eod. & l.* 18. *§* 10. *ff. de inst. & inst. legat.* Et extat hac de re locus *Ciceronis in Pisone, ibi:* Sed ei Medico, quem tecum duxeras, imperasti, ut venas hominis incideret, &c. *Galenus ipse de curat. per sangu. miss.* testatur, se aliquoties † aperuisse venas, imò Medicos manum attulisse vulneribus, virilitatem excidisse, nec non ex gustu stercoris dijudicasse morbos, refert *Plin. lib.* 7. *cap.* 3. *Cornel. Agripp. de vanitat. scient. in loc. de medic. cap.* 82 *&* 83. *Lath. de cens. lib.* 3. *cap.* 21. adeò ut † Artagathus propter nimiam secandi urendiq; sævitiam in carnificem degeneraverit. *Plin.* 29. *cap.* 1. vide *Barnab. Brisson.* 2 *antiquit.* 4. Sed ad rem redeo, distinguunt vulgò hic Dd. inter negotiationem œconomicam, quã cuivis concessam adstruunt, salvo dignitatis statu, & καπηλικήν, quam interdictam ajunt, scilicet circa res quæstuarias, cauponarias, vel institorias versantem. *Lather. de cens. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 11. Alii casum † necessitatis excipiunt, ut siquidẽ Doctor vel Nobilis se non possit sustentare ex reditibus, vel salario artis, licitè mercaturam exercere queat, cum satius qualicunque honestatis respectu, se suosq; alere, quàm in gradus & dignitatis despectum, panes ostiatim quærere, prædari vel furari: cum necessitatis, quæ leges nescit, sit durum telum. *Horat.* 1. *carm. ode* 35. *ibi:* 47 48 49 50 51

Te semper anteit sæva necessitas.

Et 3. *od.* 24.

— Si figit adamantinas
Summis verticibus necessitas
Clavos.

Tiraquell. de pœn. caus. 33. Hinc JCtus † Callistratus mercator fuit. *l.* 2. *ff. de* 52

nund. Alfenus sutor. *Sconborn. 3. pol. 68.* explosâ jam olim spe illâ Imperatoriâ: leges in paupertate neminem vivere, nec in animi anxietate mori sinere, &c. *novell.* 1. Novi ipsemet Doctorem juris, Spiræ Nemetum, Anno 1616: privatim mendicantem, qui mihi, gravi decumbenti morbo, famulatus est: in tantum, ut *Gothofr. d. l. 3. C. de commerc.* consuetudine † abrogatam adserat, unde
53 locus *Harmenop. 2. prompt. juris civil. tit. 5. §. si quis. in privato.* mercimonia (ait) exercendi potestas omnibus esto. *vid. p. 1. cap. 46. Lather. d. loc. num. 41. & seqq.* ubi tres modos proponit, quibus principes æquè, ac nobiliores queant exercere mercaturam salvâ nobilitate: quò remitto lectorem.

54 9. Requiritur, quod promovendus † examinetur à septem Doctoribus. *Bart. in l. medicos. C. de profess. lib. 10.* quod non servari ait *Rebuff. in Academiis Franciæ. de concord. §. monemus. pag. 474.* ubi examina rigorosa recepta non sunt, uti paulò suprà. *Idem pag. 367.* Examen autem illud erit ex jure potissimum, non aliunde. *Rebuff. d. loc.* quanquam quoad recipienda benefi-
55 cia Ecclesiastica, partim ex Philosophia, † & partim ex Jurisprudentiâ queat examinari, puta ad officia promovendus, qui fortè annos binos philosophiæ, trinos Juris studio impendisset: per rationes speciales à Rebuffo relatas *pag. 369.* Aliàs ut nonnulla requisito tertio addam adhuc, septennium studii ad
56 minimum requiretur. *Rebuff. d. loc.* & in Cameræ † Assessore ante munus susceptum adhuc quinquennium, quo præter Academica studia, in praxi vel foro versatus sit, requiritur. *Pet. Denais. de jur. Camer. pag. 23.* cum ipse Bar-
57 tolus 8. annos studuerit † in jure ante susceptum gradum; quod confitetur *in l. quidam cum filium. ff. de V. O.* Et Aristoteles annos 20. audivit Platonem.
58 *Laërt. in vit. Arist.* Quò spectant trita brocardica: Quod modicum † tempus, modicum sit studium. *c. 1. dist. 68. gloss. in c. cum ex literis. ext. de rest. in in teg. l. 7. C. de prox. sacron. scrin. lib. 12.* nullusq; fiat repentè summus. *c. charitas. de pœnit. dist. 2.* posterior non præferatur priori, nec qui minimum laboris sustinuerit, ei, qui plus fuit operatus, præponatur per ambitum. *d. l. 7. in pr.*
59 Quoad magistros in logicalibus vel philosophicis studiis † triennium requirit *Rebuff. d. pag. 369.* quod spacium quoque non attenditur hoc seculo. Hæ aliæq; ambitus causæ non immeritò pariunt contemtum honestorum ordi-
60 num, ludibrium graduum, † & ubi promotorum copia, JCti in rabulas, Medi-
61 ci in Empiricos, Logici in ranas degenerare cogantur, nec non senescere † in nucibus, & serpere humi. *Rebuff. in d. tr. concordat. de collat. §. preterea. pag. 368. Joachim. Lag. in epist. grat. ad And. Knich. de Saxon. non prov. privil. ibi:* Ex hoc malo, aliud insuper majus malum Jurisprudentiam nostram, quasi venalem & cæream, apud nobiliores æquè ac nobiles contemptui redditam, ejus Professores & Sacerdotes æquos pariter ac iniquos, ceu rabiosos rabulas despectui, ut fœdeat multos penitius jura introspicere, nedum sudare hoc, ut posteris ingenii sui aliquod monumentum relinquant: hæc ille. Quam nedum

dum perpendens rem, sed inopiam, quâ forte pressus fuit, *Marsil. de fidejuss. in fine*, adeò † detestatur studia, præsertim Juris penè abjurans professionem, 62 ibi: Quiescite jurislatores, patres, fratres, & filii quiescite iterum à continuo studio, parcite laboribus, sudoribus, & vigiliis, nulla apud vos sit revolutio chartarum, & postquam sic placet superioribus, pereat doctrina, banniatur in totum scientia Canonica & civilis, odio prosequantur mores, & benè vivendi normæ, impressores librorum jurium & bonarum artium, à solita impressione desistant, laboriosi parentes ulterius minimè mittant, sed magis revocent eorum filios à studiis, nec patiantur eos aliquam capessere Canonicam vel civilem scientiam, quoniam frustrà expectatur illud, cujus eventus nihil operatur. *Et Idem eodem loco. ibi:* Et erunt deterioris conditionis omnibus aliis artificibus, nam cerdones, barbitonsores, araminatores, & similes vilissimi & abjecti, communiter ex eorum labore & artificio vitam ducunt: & ex sudore suo vescuntur pane suo, ut experientia rerum magistra docet: Doctores autem & Jurium Professores fame pereunt, & ad nullum præcium jamjam reducti sunt: & ideò meritò in totum abradi & deleri potest *tex. in auth. de hared. & falc. in §. fin.* quæ dicit, quod legalis sapientia non permittat hominem in paupertate vivere, nec in anxietate mori: istis enim temporibus textus ille mentitur, & occulata fide dignoscitur, & prædicta cognoscens expertus verissima, cogor mutare propositum, & contra morem meum quoscunque prudentes retrahere à studio, à vigiliis, & laboribus, tanquam in vanum laborantes, & cribro aquam haurientes, sed vitam seu tempus, quod superest, expendamus & conteramus circa utiliora; ne senectus & inopia simul finaliter nos reperiat infelicissimos, & hæc omnia patienter toleremus, postquam sic placet superis, ut omnia degenerent, & in præceps vadant, & retrò cedant, quòd verè patienter hæc & majora tolerabimus, hæc ille. Cui accinunt querelæ quoque sequentes *Henn. Godek. Poëta & Rectoris Scholæ Hildes. ibi:*

Munera contingunt fatuis, non vatibus: & jam
Carmina, dicuntur crimina; Phœbus, anus.
Præ musâ, mula; & præ cantu, cantharus; & præ
Libro, libra; & præ famâ, alimenta placent.
Ars marte: insipido sapiens; doctrina crumenâ;
Indocto doctus cogitur esse minor.
Omnia vanorum quia sunt plenissima; Si vis
Esse aliquid, Musas neglige, magnus eris.

Vide *Diogen. Laërt. in vit. philosoph. lib. 6. pag. mihi 253. ibi:* Ponito minus decem coquo, medico drachmam, assentatori talenta quinque, consiliario fumum, meretrici talentum, philosopho triobolum, &c.

10. Requiritur, ut examinatores juratò pro re nata deponant, reperisse

riisse se dignum promotione, de quo quæritur. *Rebuff. de concord. d. loc. p.* 474. *& in l. unica. num.* 23. *in verbo, subtilitat. Cod. de sent. quæ pro eo quod interest, &c. ubi ait:* in Gallia quoque hoc non observari. De probatione Doctoratus *vide*
63 *Coler. 2. de process. exec. 3. num.* 129. & † an notoriè doctus sine examine possit admitti? Porrò in Papa rescribens pro graduatis quoad beneficia, is admitti debeat sine omni qualitatum inquisitione? *Rebuff. d. loc. de collat. §. præterea.*
64 *pag* 370. Aliàs communis est juris ætiologia: Quod † pro graduatis præsumatur scientia & excellentia, per regulam: quâ placuit, ut quandocunque actus debitam habet formam, personæ habilitas ultrò præsumatur. *c. in præsent. ext. de probat. Aufr. in decis. Tholos decis.* 449. scilicet ad excludendum am-
65 bitum, quo † tenentur graduati inepti, asini de Ferrariis, *Rebuff. p.* 254. *in rub. de reserv.* legibus magis exosi, quam homicidæ. *Idem eadem loc.* allegans *Innoc. & Panorm. in c. cum nostris. de concess. præbend.* Hinc illud *Oseæ* 4. Tu repulisti scientiam, ne sacerdotio fungaris, & ego te repellam. Etenim ut ait *Barbat. consil. 1. vol. 1.*

— *Non ista decent humeros gestamina nostros:*

Propter inscitiam Gentiles ad Idololatriam prolapsi *Rebuff. d. loc. pag.* 252.
66 Propter inscitiam † Doctorum hallucinata sunt concilia, ut Basiliense Concilium statuerit, singulis cathedralibus Ecclesiis assignandum Doctorem
67 Theologiæ gnavum, nec non bonum Grammaticum, † ad erudiendos indoctos clericos: Eadem præcaverunt concordata regis Galliæ & Papæ: *Rebuff. d. sæpius in loc. ad rub. de collat. pag.* 250. *&* 252. Propter inscitiam Pharao
68 cum subditis periit in mari rubro: Nam Origenes † Cyniphes ranos, quibus Ægyptii sunt vexati, interpretatur vanas fuisse Sophistarum Ægyptiorum traditiones, & nugamenta sophistica. *Idem in d. §. præterea. pag.* 368. Gnaviter admodum de hoc ambitu scribit *Tob. Lag. ad And. Knichen. in d. Epist. dedic. ibi*: Interdum enim quidam paterno maternóve, affinive sanguine catenati in provinciam aliquam adsciscuntur. Nonnulli simoniacâ catenâ cinguntur & vinciuntur, nullius eruditionis solidæ, sed stolidæ magis qualiscunque indisertæ grandiloquentiæ habitâ ratione. Quibus postmodum, utpote Juris sorbendi potius, quàm dicendi peritis, plus palatũ, quàm
69 cerebrum sapit, quive in perpendendis rerum controversarum momentis, † velut loquaces commentum aliquod referunt: Alii aut blandiloqui, aut meticulosi, ne de sua periclitentur conditione, quasi illicò muti, simplici saltem nutu ad alterius vultum & voluntatem se totos accommodant, atque ita falsæ assentiuntur opinationi. Taceo quod nonnunquam primariorum vicarii & centauri, fastu turgidi, pro vice, quâ se fungi sibi fingunt, & multæ experientiæ doctrinæve vanâ persuasione, quò se præditos, & præ aliis, ab aliisq; habitos sibi stultè imaginantur, suummetipsum fascinatum caput & captum, aliorum rectè sentientium recto semper præferunt judicio, ut forti magis,

quàm

quàm arti; fato magis, quàm voto ascribendum videatur, quâ quis potiatur sententiâ. Hactenus ille. *Bud. in l.3. ff. pro soc.* identidem querulatur, ibi: Præstat autem viros egregios in secessu latere, aut in vitâ privatâ consenescere, quàm turpiter & obnoxiè in prætexta innotescere; magnumque est solatium in præteritis, hoc modo obsolentia videre in hominibus indignis honorum insignia. Majus & illud ex dicto Catonis senioris „qui cum multas erectas statuas vidisset eorum, quæ res præclaras gesserant: Equidem, inquit, malo homines de me cunctari, quamnam ob causam Catoni quoque statua posita non sit? Et *Idem d. loc. pag.* 524. Felices eos esse censeo, quibus in hujusmodi tempestate, scilicet in portu navigantibus, id est, à gubernaculis Reipublicæ remoris, spectare impetitorum temerariorumq; naufragia, ac securis esse licet. Idem prolixè & graviter *ff. de in jus vocando p.* 534. *& in l.2. ff. de ll. pag.* 169. *ibi:* Doctrinæ virtutisq; præmia in homines interdum Latinè infantissimos, non singula, sed bina, trina congeri potius, quàm conferri vidimus, quos tàm stolidos, tàm inertes, tàm literas virtutemque exosos, tantâ morum nequitiâ senescendo obbrutenscs. &c: ubi vitiosas Clericorum promotiones quoq; taxat. Unde *Pogg. in fac. ibi:* Qua die Angellottus factus esset Cardinalis, quidam Laurentius sacerdos rediit hilaris domum. Et cum rogarent vicini, quidnam sibi obtigisset novi, quod tàm lætus esset? Benè, inquit, est, magna in spe sum, postea quam dementes atq; insani Cardinales fieri cœperunt, propediem, cum Angelottus amentior me sit, Cardinalem me quoque futurum. Hæc ille. Atq; ex hoc dignitatis ambitu, tanquam fonte tanti mali, descendunt pleriq; ambitus & officia depravata officialium, juxta illud: Ex una inconvenienti sequuntur plura: Ut nec immeritò dicendum quoq; esset de ambientibus, vel anhelantibus ad officia publica, tum privata, post graduatas personas, cum officiarii omnes non graduati esse queant (quâ de re agit species tertia ambitus) quorum officia, quanquam nuda sint aliquando ministeria & servitia, videmus tamen quantis sordibus, mutuisq; & promovendorum conglutinentur technis: hinc tanti, † dum mulus mulum scabit, rerum & pecuniæ publicæ peculatus, residua & furta familiaria, & quousq; de corio Reipublicæ luditur: Tu ne me, ego ne te observabo: & contritum resonat carmen: Eja frater noster est: Respublica nunquam erit felix. *Bodin de repub. lib.* 4. *cap.* 4. *in princ.* infelicior illa, ubi ambitus penes superiores vel nobiles, inveterati parum, vel nihil considerantur. *Scip. Amirat.* 17. *diss. Polit. in Tac. dis.* 3. ubi accuratè disputat & evincit, literatos nobilibus idiotis esse omninò in honoribus & muneribus præferendos, nec non in locum degenerantis & deficientis nobilitatis esse surrogandos. Sic cum Carolus Magnus † Parisiensem Scholam, à se fundatam, ingressus, tenuiores ac pauperes, præter spem profecisse; Nobiles verò cultum animi neglexisse, deprehendens, illis ad dextram segregatis: vos quidem macte virtute, dixisse fertur,

70 (note marker beside "dum mulus mulum sca-")

71 (note marker beside "tenuiores ac")

fertur, filioli pientissimi, qui nostro Imperio gnaviter defuncti estis: Vestri erunt maximi Episcopatus, vos in aulam adsciscam: ex vobis Senatores cooptabo: vos in album Prætorum & patrũ curiæ allegam, &c. Ludovicus XII. Rex Galliæ, ut audiret Jasonem nostrum legentem, profectus est Papiam, ingressus Collegium, Studiosis exeuntibus, solus Rex cum nobilitate audivit lectionem ex Jasone. vide *Joan. Wolff. tom. 2. lect. mem. pag. 513.* Hæc ex *Aventino & Besoldo recitat Lather. de cens. lib. 3 cap. 16. num. 59.* Illæ equidem gloriosæ & pulcherrimæ dignitates, quas qui assequitur, non solum non ambivit,
72 nec quæsivit, imò nec concupivit: Et in aula † viri ejusmodi sunt instar Heroum. *Scot. 2. comm. in Tac. 819. num. 19.* Quorsum itaq; promotiones Avenionenses: de quibus *Jacob. Majer. in Chron. Flandri & Johan. Wolff. 2. pag. 913.* Omnes Avenionem profecti Papam invisunt. Horum omnium propinquis & familiaribus per exspectativas suas omnia pinguia toto regno sacerdotia accumulavit, ut ita regem & satrapas inescaret, atq; in gratia & amicitia contineret. Hinc maximæ querelæ proborum virorum, qui literarum studiis navantes operam, ad nullos honores potuêre contingere. Omnia erant venalia, omnia nobiles obtinebant: itáque Pseudopapæ Simonia statim per totam terrarum orbem sparsa, adeò in immensum crevit, ut inter Ecclesiæ ministros nihil quietum, nihil honestum, nihil justum, nihil sanctum relinqueretur. *Anton. de Guevar. de inst. vit. aulic. c. fin.* Cum dolore hæc scribo, & cum majori animi mœrore animi sensa exprimo, quod munus personæ, non verò persona muneri præficiatur. Econtrà verò persona esset præficienda muneri, ob ingenii dotes & morum, munere dignior. Man soll die Aempter mit Personen versehen/vnd nicht die Personen mit Aemptern/ quod Illustr. Saxoniæ Elector August. in ore habuit. *Jacob. Bornit. lib. 2. de Ærario cap. 6.* Indeque fit, ait *Lath. de cens. lib. 3. cap. 16* ut officiales sæpius oneri succumbant, unde hoc quoque incommodi resultat, quod principi, malè opera locetur, subditi verò gravissimis oneribus afficiantur, propter excoriationes & extorsiones insolitas & immodicas: Aurum verò cum lachrymis & querelis subditorum collectum, adulterinum, & venenosum est, dixit Tyber. Imperator. cum è contrà labore & sudore honesto acquisitum, non tantum pro legitimè
73 parto habeatur, verùm etiam in cœlis ita confirmetur, ut sub † rutelâ & protectione divinâ meritò possideatur & retineatur. *Lather. d. loc. n. 79 pag. 782.* Atq; tantùm de hoc membro.

Quartum membrum vel species ambitus agit de reo, accusatoréve, qui
74 domum † judicis ingreditur, ad supplantandum adversarium, vel judicem corrumpendum, quâ de re capite sequenti repetundarum, ut sic ambitus ejusmodi & crimen præ se ferat & indicia repetundarum, residuorum, de quibus cap. præcedenti, *& p. 1. de indiciis*, quæ ex delictis vel ex causa delicto, uti loquuntur, promanant. Spectat huc cumprimis *text. ordin. Cameræ p. 1. tit. 13.*

ibi:

ibi: † Vnd damit allerley Nachrede fürkommen vnd vermitten werden/wollen wir/daß weder der Kays. Majest. Cammerrichter noch einziger Beysitzer/ prothonotari, Notari oder besser einige Parthey Procuratorn, Redner sollicitatorn, oder wie die Namen haben mögen / bey jhnen im Hauß wesentlich/ oder in der Kost haben/noch halten/ oder bey jhnen an andern Orter zu Kost gehen/ oder sonst in andere wege/mit in täglich vnnd argwönige Gemeinschafft vnnd familiaritet haben / noch vielweniger die Partheyen / so am Cammergericht rechthengige Sachen haben/zu dienen annehmen/ sondern sich derselben in allweg enteussern. Deßgleichen herwiderumb soll ein Procurator/ Redner / der Advocat deß Cammergerichts keinen Assessoren, Prothonotarium, Notarium, oder besser bey jhm im Hauß/ oder in der Kost habn/ oder sonst bey jhme zu Kost gehen/damit Cammer-Richter vnd Beysitzer alles verdachts entladen/ vnd niemands sie obgemelter massen zu recusiren, Vrsach gegeben werde/ꝛc. 75

Quinta hujus delicti species agit † de vectigalibus novis institutis. *d.l. unica.* §.3. quæ nedum lege Juliâ ambitus, sed & Imperii constitutionibus regulariter etiam superioribus sunt interdicta, adeò ut nec † Imperator Romanus sine Statuum Imperii applausu & expresso consensu vectigalia nova indicere possit, vel antiqua augere. *constit. Ratisb. de anno* 1576. §. Dardurch dann/ꝛc. *Denais. de Jur. Camer. tit.* 321. *Arnis.* 3. *de jur. maj. cap.* 7. *Heig.* 1. *q. illust. cap.* 18. *num.* 7. Idem nec Regibus Europæis, licet hereditariam prætendant successionem, licere, in propatulo est. *Heig. d. loc.* Klock. *de contrib. concl.* 7. multò minus Electoribus, vel Statibus Imperii hoc indultum esse videbitur. *l.* 3. *ubi. Dd. C. vectig. nov. &c.* Neque adversatur *l.* 1. *& l.* 3. *eod.* quæ dicunt, principe vel prætore consulto, demum institui posse exactionem novorum vectigalium. Resp. Distinguenda esse tempora, ut concilientur scripturæ: quanquam enim mutato, pactisq; certis fundato Imperii S. R. statu, majestas Imperatoria nequaquam legibus sit soluta, sed ex omni asse potius capitulationibus astricta, tanquam legibus Imperii Fundamentalibus, non inde ad legem Regiam directò inferendum est, quâ populo jus vectigalium, Regalium superiorum competebat, translatâ in Imperatores primos, & posthâc revolutâ partim in Imperii proceres, nec non Cæsares cumulativè, adeò ut alter absque alterius nutu res novas moliri nequaquam possit. Porrò non dicitur *in d. l.* 1. Prætorem nova vectigalia decernere posse, sed hoc solummodò, ut Præses re causaq; cognitâ, rescribat Cæsari demum de vectigalibus, utrum ea sint concedenda, nec ne? Hodierno jure, quo utimur, contra exactores novorum vectigalium in Camera decernuntur † mandata sine clausula. *Mindan. de mand.* 2. *cap.* 41. *num.* 5. *&* 17. utpote novatores & buccinatores motuum in Imperio; vix enim abest, quin vectigalibus & largitionibus profusis, opes exhauriantur subditorum, qui inde ad inopiam tandem redacti, ad res novas moliendas invitantur, haud rarò à magistratu ordinario deficien- 76 77 78

 tes.

res. *Schonborn. 7. polit. 12. Simanch. 9. de rep. 24. Lather. de cens. lib. 1. cap. 1.*
79 *num. 1. ibi:* Experientiâ rectè, quæ pœnitentiæ † comes dicitur, & stultorum
magistra, si quis omnes nationum historias excutiat, perspicuè intelliget, ple-
rasq; seditiones ex immodicis exactionibus ortas fuisse, adeò etiam ut nullo
unquam tempore locupletes emunctionibus inopum facti fuerint: quin sæ-
penumerò auctores rerum novarum in summum conjecti discrimen. *Paris*
80 *de Puteo in tr. syndic. pag. 22.* ubi dicit, Fridericum † Imper. propter novas col-
lectas, ab Imperio exactas, depositum fuisse, exutumq; fascibus Imperii: ubi
exactores ejusmodi magistratum larvatum appellitat, judicemq; injustum
quasi paleà repletum sacculum in figurâ hominis. *pag. 25.*

81 Sed hæc ut ut sint, traduntur nihilominus nonnulli casus, causæq; †
vectigalia vel collectas exigendi, 1. militiæ. 2. redemptionis principis. 3.
transfretationis ultra mare. 4. filiæ elocandæ. 5. acquisitionis novi territo-
rii. 6. æris alieni, quo principatus premitur. 7. inopiæ principis: qua de re
Lather. de cens. 1. cap. 4. ubi cumprimis honestatis & humanitatis ratio habe-
82 ri debet, explosis sordibus † & inæqualitate collectarum, quæ in casibus li-
citis æquè commovere possunt cives ad seditionem. Honestatis, inquam,
ratio suadet, ne exemplo Vespasiani vectigal urinarium exposcatur, qui filio
Tito, cum reprehendisset hoc tributi genus, ex pensione primâ pecuniam
admovit ad nares, sciscitans, num odore offenderetur, & illo negante: At-
qui, inquit, è lotio est. *Sueton. in Vespas. cap. 23.* neque meretricium à sacerdo-
tibus indistinctè, exemplo Fiscalis Romani, ad exigēdum vectigal constituti,
presbiterum alloquentis, hoc pacto: Da Episcopo collectam: ille, quare?
Fiscalis respondet, propter concubinam, sacerdos replicat, nullam habeo,
neque habui unquam, Fiscal. Si non habes, dispone tibi unam, quoniam E-
piscopus vult habere pecuniam, & ego partem meam, cum tot habeas bene-
ficia, ut posses vel nobilem sustentare. Quod colloquium, ex Epistolis ob-
scurorum virorum depromptum, non fabulosum esse testatur *Lather. lib. 1.
cap. 5.* scilicet unà relatum inter enormitates, quibus se Germania gravatam
querebatur in consessu ordinum Imperii, adversus SedemRomanam. *Goldast.
cap. 70. art. 91. tom. 2. const. Imp. Sleidan. 4.* Porrò humanitatis ratio dictitat,
83 ne † immodicum & hostile imperetur vectigal, quale à Belgis collegit Dux
Albaniæ, quos cum locupletes & potentes cerneret ille, decimam rerum ve-
nalium mobilium, immobilium vigesimam, & centesimam de universis bo-
nis, tàm immobilibus, quàm mobilibus bonis subditorum Regis Hispaniæ
extorsit. *Meteran. 4. annal. Belgic. Thuan. lib. 50. pag. 803.* Denique, in-
quam sorde & inæqualitate explosâ, id est, ne exactores, uti ille Fiscalis, sub
tributo vel vectigali privatos † exerceant quæstus, repudiato æris & libræ, uti
loquuntur, moderamine, ad nudas capitationes, vel pro arbitrio distributio-
nes collectarum disponunt. Vel ne potentes decernant, quid solvant pau-

peres.

peres, nec gratia imperet divitum, quod turba perdat miserorum. *Heig d. loc.* Adde quod universitates, † collegia, municipia, pactis conventis, sibi 85 invicem collectas imponere possint, rationabili justâq; de causâ. *l. 10. C. de vectig. & commiss.* nec non territorii Duces, Comites cum subditis de colle- ctis sibi pensitandis pacisci. *consil. Marp. 35. num. 37.* ubi in genere & colophonis vice notatum esto; Quod de pecuniâ ociosa, † margaritis, catenis, 86 scyphis argenteis, tapetiis, aliisq; ornamentis, vel mulierum vel virorum, quibus sola pompa & inanis quæritur honor, nec commoditas inde aliqua percipitur, collecta nulla pendatur, præsertim virorum egregiorum, ratione status & dignitatis, res ejusmodi usurpantium. *recess. Spirens. de anno* 1542. §. Doch sollen in solchen Fällen/ rc. *Mynsing. cent. 2. resp. decad. 15. resp. 1. Lather. de censi. cap. 6. p. 57.* nisi homines plebei & indigni suppellectile hoc eminenti, ad luxum & æmulationem egregiorum, eandem pariter possiderent, *Simanch. 9. de repub. 24. num. 9.* Hujus inconvenientis, reiq; exempli pessimi præcavendæ vel tollendæ ergò, fas est specialia fieri statuta, easq; collectis coërcere vel reprimere, adeò ut superbiæ vix tantum relinquatur, quo nares & pudenda tegat. *War. ab Erenb. de regni subsid. & oner. subd. cap. 5. pag. 88. Lather. d. lib. 1. cap. 9. in fine.* ubi vulgariter concludunt: rerum venalium omnium, quæ ad luxum, libidinem, pompam, & ostentationem comparantur, dici passim utilissima & honestissima vectigalia.

CAPUT XXIII.

DE LEGE IVLIA REPETVNDARVM.

SUMMARIA.

1. *Species repetundarum recensentur.*
2. *Qualiter repetundarum crimen à peculatu, & de residuis distinguatur?*
3. *Exemplis declaratur hoc maleficium.*
4. *Iudex viva justitiæ imago dicitur.*
5. *Iudex ne sit statua vel saccus paleis plenus.*
6. *Iudex indiscretus & iniquus à carnifice nihil distat.*
7. *Barrataria vel Simonia civilis quid sit?*
8. *Constitutio Theodorici Francorum Regis recensetur.*
9. *Satius foret ex ærario publico, quàm bursa privatorum, sustentari judices & Assessores.*
10. *C. Grachi encomium refertur.*
11. *Munera excæcant & pervertunt judices.*
12. *Auro omnia parent.*
13. *Qui aurum possidet facit quid vult, & habet quid vult.*
14. *Non est libera mens judicis, quam cupiditas ligatam habet.*
15. *Pauperi æquè ac diviti jus commune, non vendibile esse debet.*
16. *Cæsar ipse ob corruptionem removendus ab officio.*
17. *Quicunq; reatus sufficiens est, ut mereatur pœnam capitalem quoad privatos, eadem causa præstat, ut Cæsari eripiatur corona.*
18. *Legibus 12. tabul. quisq; repetundarum convictus, morte afficiebatur.*
19. *Iudices Burgundiæ, quod nedum oblata munera recusassent, capitis fuêre damnati.*

20. Quæ pœna ex lege civili contra judicem corruptum statuta?

21. Pœna repetundarum ex legibus civilibus descendens, ad heredes transit.

22. Qui munera amat, judex cum legibus non habet pacem.

23. Declaratur aliquot exemplis Politicis materia præsens.

24. Quid de judice corrupto, sententia criminali aliquem condemnans, vel injustè quæstioni exponens, unde reus pereat?

25. Quæ indicia faciant, ut judex videatur corruptus?

26. Dubitandi rationes quædam resolvuntur.

27. Quando pro judicum decretis non præsumatur justitia?

28. Tormentorum usus Reipublicæ pernecessarius.

29. Iudex pro re nata tenetur ob membrum ruptum innocentis rei.

30. Iudex in causa civili contra jus procedens, tenetur parti læsæ ad interesse.

31. Quando carnifex ex membro debilitato rei teneatur?

32. Assessor vel tabellio judicii felicem parti promittens sententiam, fustigatione coërceatur.

33. Quale periculum instet jactabundis procuratoribus?

34. In causa barattaria non licet pœnitere, re adhuc integrâ.

35. Quid si pars adserat, se corrupisse judicem, hic verò neget?

36. Barattariæ tenentur & stipulator & promissor.

37. Concussio quid sit, & qualis metus hîc sufficiat?

38. Exemplis declaratur hoc maleficium.

39. Concussiones privatæ atque sordidæ quales sint?

40. De Medico per concussionem oculis nocere volente.

41. Qualiter hoc crimen à militibus patretur?

42. Neglecta disciplina militaris, belli eventum facit infelicem.

43. Ipsi Duces ob neglectam justitiam militarem occumbunt.

44. Variis exemplis nec non testimoniis S. Scripturæ evincitur, quomodo Iehova indisciplinatum militem compescuerit.

45. Interitus Balthasaris Regis Babiloniæ describitur.

46. Quomodo milites in sese invicem hoc crimen committant?

47. De his, qui furtim, vel violenter trudunt tyrones ad castra.

48. Actiones honestæ, felices pariunt in bello exitus.

49. Corrupti testes qui propriè dicantur?

50. Excutitur quædam dubitandi causa.

51. Amore, odio & timore dicuntur corrumpi testes.

52. Cautela, quâ actor ante examen testes convocare, & de deponendis communicare cum iis possit.

53. Quale munus dicatur corrumpere testes?

54. Concussio atrox quæ dicatur?

55. Qualiter concussio per mandatarium committatur?

56. Qualis corruptio ex permutatione descendat?

57. Quomodo sacerdos perierit ob acceptum munus?

58. De extensione statutorum.

59. Quomodo puniantur viri egregiores corrupti testes?

60. Extensio pœnarum nunquam trahitur ad delicta non consummata.

61. Quâ pœnâ corruptor testium afficiatur?

62. An corrumpens testes perdat causam?

63. Testis corrupti depositio nedum indicia parit.

1 REpetundarum species aliquot recensentur † quasi per exemplorum relationem à JCtis. *h. t.* 1. *ait Macian. in l.* 1. lex Julia repetundarum pertinet ad eas pecunias, quas quis in magistratu, potestate, curatione, legatione, vel alio officio, munere, ministeriòve publico cœpit. *juncta l.* 3. *ff. eod. l.* 4. 7. *ibidem.*

dem. Addit Marcian. 2. vel cum ex cohorte, &c. quoties quis ob militem legendum mittendumve æs accipit, uti declarat *Venul. in l. 6. §. 2. ff. eod.* Clarius hæc exponit Codex *Theodosian. lib. 9. tit. 27. ibi:* Ut unius pœna metus possit esse multorum, Natalem quòdam Ducem sub custodia protectorum ad provinciam, quam nudaverat, ire præcipimus, ut non solum quòd ejus, non dicam domesticus, sed manipularius & minister accepit; verum etiam quod ipse à provincialibus nostris rapuit ac sustulit, in quadruplum invitus exsolvat. &c. 3. Qui ob denunciandum vel non denunciandum testimonium, pecuniam acceperint. *l. 6. ff. h. t.* Hæ species brevibus explicandæ occurrunt, quas pro re nata enodabimus. Ad 1. itaque consideratione dignum erit, quo † peculatus, residuorum & repetundarum crimina à se invicem dextrè segregentur, non in præsentiarum quæri de pecuniâ réve publicâ furtim principi, reipublicæve subtracta, vel adhuc apud magistratum syndicandum, restanti: Sed de eâ pecunia, eòve quæstu, quem quis facit respectu muneris judicandi, ut cum † potestas ob judicandum decernendúmve quid facit datâ pecuniâ, quod fieri oportebat gratis. *l. 3. ff. h. t. Wesenb. in parat. ibid. num. 3.* vel quod deterius, si vel quò magis, vel minus quid ex officio suo faciat, pecuniam suscipit *l. 4. eod.* vel si ob judicem arbitrúmve, ut judicet, néve dandum, mutandum, jubendúmve, ut judicet, néve ob non dandum, non mutandum, non jubendum, ut judicet, néve ob hominem in vincula publica conjiciendum, vinciẽdum, vincirive jubendum, exve vinculis dimittendum, néve quis, ob hominem condemnandum absolvendúmve, néve ob litem æstimandam, judiciúmve capitis pecuniæve faciendum, vel non faciendum, aliquid acceperit. &c. Est quippe † judex viva justitiæ imago, uti Chrysippus depingit graphicè eundem, referente Gellio. 14. *noct. att.* 4. justitiæ arbiter & sacerdos. *l. 1. ff. de J. & J.* quem gravem, sanctum, incorruptum, adversus nocentes severum, nondum convictos mitem, non statuam, † non saccum paleis plenum per hominis figuram, jura esse volunt. *August. de lib. arb. 2. cap. 25. Paris de Put. in tract. Syndic. pag. 25. vide cap. 1. part. 1.* Hinc notitia Grammatica illa, quâ judex dicitur jus dicens, ut idcircò judex meritò appellari nequeat, qui justitiæ est expers, nec jus æquúmve sine prolepsia omni reddit. *c. forus. ext. de V. S.* qui justitiam venalem facit, quæstumq; inde, promerendo jura, ambit. Proinde rescriptum *Dioclet. & Max. in l. venales. C. quand. provoc. non est necess.* venales sententias (inquiunt) quæ in mercedem à judicibus corruptis proferuntur, etiam citra interpositę appellationis auxilium, jam pridem à Divis Principibus infirmas esse decretum est, quinimò judicem ejusmodi † à carnifice parum vel nihil abesse adstruit *constit. crimin. Carol. V. art. 204. ibi:* Wann ein solcher Richter / wo er von jedem Sünder seine Belohnung hette / möchte dem Nachrichter derhalben wol zuvergleichen seyn / rc. Vulgatores Barratariam seu Simoniam appellitant † præmium vel precium judici, etiamsi justam

Marginal numbers: 2 (beside "dextrè segregentur"), 3 (beside "datâ pecuniâ"), 4 (beside "Chrysippus depingit"), 5 (beside "Paris de"), 6 (beside "judicem ejusmodi"), 7 (beside "etiamsi").

justam & bonam sententiem fetat, datum *l.3. in princ.§.1.ff. de cond. ob.caus.&* *11.q.111.c. licet.cum similibus. Bald. consil.31.* Quocirca lex Theodorici Regis
8 Francorum vetus extat, ibi: Hoc autem † consensu & consilio seu paternâ traditione & legis consuetudine super omnia jubemus observari, ut optimates, Comites, graphiones, Cancellarii, vel quibuslibet gradibus sublimati, in provincia Riboaria, in judicio residentes, munera ad judicium pervertendum non recipiant, quod si quis in hoc comprehensus fuerit, de vita componat. Præclata quoque Clotarii, Alemannorum Regis, lex est de judicibus; ibi: Judex partem suam accipiat, de causâ, quâ judicavit, de tribus solidis tremissem, de sex solidis duos tremisses, de novem solidis unum, & sic de omni cōpositione, nonam semper partem capiat, dum rectè judicat, judex verò talis ordinetur, qui veritatem secundum hoc edictum judicet, non sit personarum acceptor, neque cupidus pecuniæ, perit lex cupiditatis amore, præmia donaque legibus vires intulerunt, propterea talis judex constituetur, qui plus diligat justitiam, quàm pecuniam: judex si acceptâ pecuniâ malè judicaverit, ille qui injustè aliquid ab eo per sententiam judicis abstulerit, ablata restituat. Sed de sportulis ejusmodi dicemus aliquando commodius, existimantes lon-
9 gè melius fore, † ærarium principis magis, quàm bursa privatorum sustentet jus dicentes, remotâ scilicet omni δωροφαγίας suspicione, quò cum C.
10 Gracho † quislibet judicum veraciter de se prædicare posset: Ita versatus sum in provincia, ut nemo verè queat dicere assem, aut eo plus, in muneribus mê accepisse, aut meâ operâ quemquam sumptum fecisse. *Gell. 15. noct. At-*
11 *tic.12.* Equidem certo certius est, quod munera † excæcent prudentes, subvertantq; verba justorum. *Exod.23. Deut. 16. 1. Reg. 8.* vincant & expugnent animos etiam constantissimorum. *Comin. de reb. Gall. lib. 2. pag. 389. Hinc p. m.1.cap.12.*

Geld / Gewalt / vnd Herren Gunst /
Zubricht Recht / Ehr / vnd all Kunst.

Velut vulgò dicimus: auro loquente nihil prodest veritatis oratio; item: tinnulæ rationes præcipuum habent vim ad persuadendum.

Nummus ubi loquitur Tullius ipse tacet.

Invitus dicam sed veritas cogit, *ait Fr. Petrarch. Epist. 1093.* non modò po-
12 tens, sed omnipotens est aurum, & omnia, † quæ sub cœlo sunt, auro cedunt, auro serviunt, & pietas, & pudicitia, & fides, omnis denique virtus & gloria aurum supra se vident, inque ipsos animos cœlitus nobis datos pudet fateri. Hoc Reges ligat atq; Pontifices, hoc Dominos, nec quicquam inexpugnabile inaccessumq; auro est, tanta & tàm magna vis est in donis & muneribus ad obtinendum aliquid ab altero. *Scot. 4. comm. ad Tacit. & Bald. in l. receptitia. Cod. de constit. pec.* Magna, *inquit*, sunt opera pecuniæ, qui enim
13 nummis non parcit, † facit quod vult, & habet rem, quam vult, etiamsi vellet pul-

let pulchram mulierem. *Rebuff. in prœm. concord. pag. 26. Lath. de cens. 2 c. 6. Petr. Pecc. de R. J. reg. 12 ibi:* Abducuntur judices ab institutis suis magnitudine pecuniæ, quæ & veritatem & religionem eorum perstringit. Atqui † 14
non libera est mens judicis, quam cupiditas ligatam tenet: Quis enim sine periculo non furetur, quis non latrocinabitur sine reatu, qui judicem respiciens omnia auro vendentem, præsumere potest, quod quicquid egerit illicitum, hoc pecunias dando redimet. Hinc homicidia, adulteria, invasiones, vulnera, raptus virginum, contemptus legum & judicum, omnia hæc venalia proposita esse putantibus. Et omninò hæc est omnium occasio & metropolis malorum, totiusque nequitiæ principium & terminus. Hæc ille. Et sanè uti nec solem pluviámve, occlusis nubibus, præ pauperibus haud mercantur ditiores, sic justitiæ jubar, quæ ab Aristotele aurora, rutilansve cœlum dicitur, *in Ethic pag. 68. ibi:* οὐδ' ἕσπερος, οὐδ' ἑῷος, &c. Pauperi æquè † ac locu- 15
pleti commune, non vendibile esse debet. Imò sicut sagittarius telum ad scopum dirigit, neque excessu, neq; defectu, nec in utramq; partem prævaricatione à jaculatione aberrans: Sic judex justitiam conjectet, neq; ad munera precesque quicquam decernat, sed judicia recta proferat, tantum abest, ut qui ad tyrannidem per munera jam quasi consenserit, sacratissimum juris tribunal contaminare debeat, scilicet cujus vita convivio funebri est persimilis. *Idem Pecc. de reg. jur. pag. 51. Bernh. Bombin. in spec. jud. 1. c. 1. q 6.* ubi hanc corruptionem inter causas, quarum octo recenset, Imperatorem † Romanũ 16
è solio dejicientes, connumerat. *Et q. 4. §. tyrannis exceptio. & d. q. 6.* ubi generaliter concludit, quod quæcunque causa † vel delicti reatus, privato vitam 17
adimens, sufficiens sit ad remotionem Cæsaris, vel quoque Regis. *latè ibidem.* Atque hinc pœnarum acerbitas ex lege repetundarum contra judices privatos. Jure 12. tabul. † quicunque repetundarum convictus, capite plectebatur. 18
Gell. 20. noct. atticar. cap. 1. Codice Theodos. lib. 9. tit. 27. Omnes cognitores & judices, ait textus, à pecuniis, atque patrimoniis manus abstineant, neque alienum jurgium putent suam prædam. Etenim privatarum quoque litium cognitor, idemq; mercator parem capitis ac vitæ, quæ peculatus res consuevit involvere, cogetur subire jacturam. Cominæo referente *lib. 8. pag. 607.* Imbercottus & Cancellarius Burgundiæ † capitis fuêre damnati, eoque 19
supplicio postmodum affecti, non quod prostituissent judicium, aut aliquod affectassent munus, sed quod oblatum non recusassent. Jure civili legis repetundarum pœna † est exilium *l. 7. §. 3. ff. h. t.* Sic J. Suilius Quæstor Germa- 20
nici, à Tiberio in Insulam missus fuit, quod convictus esset, cœpisse eum pecuniam ob rem judicandam. *Tac. 4. Annal. ubi Scot. in comm pag. 304.* Porrò reus hujus legis Juliæ famam perdit, & damnum parti, quam sententiâ injustâ oppressit, resarcire tenetur. *l. 2. C. de pœn. jud. qui mal. jud.* quæ mulcta sine vindicta quoque † coërcet heredes, siquidem intra annum instituatur. *l. 2. ff.* 21

h. t. Cod.

h.t.Cod.Theodos.d.loc. neque distinguitur, utrum heres inde factus fuerit locupletior, nec ne? *Wesenbec. in parat. ff. h.t.* Canones delictum hujusmodi sacrilegium appellitant, nec non Simoniam. *c. licet. ext. de Simon.* Ut enim per hanc venduntur res sacræ, ita per illud leges, quæ dicuntur sacratissimæ. *l. 9. C. de ll. Mascard. de probat. conclus. 165. num. 9.* Quò spectat Alcamenis responsum, enarrante *Plutarch. in vit. ej.* quem cum quidam interrogasset,
22 cur munera à Messanis oblata, respuisset? quoniam, dixit, si recepissem, † cum legibus pacem habere non poteram. Sic legati Romani coronas aureas, à Ptolomæo sibi datas, susceperunt quidem, honoris ergò, sed ne corrupti vi-
23 derentur, eas postridie † regiis imaginibus, in Jovis templo suspensis, imposuerunt. *Vent. de Valent. in Parth. litig. lib. 1. cap. 12.* ubi ait: Es geschihet selten/ hodierno seculo, wo man einem eine Kette verehret / daß er solche in die Kirchen schencket / rc. Eodem encomio M. Curius celebratur, ad quem cum Samnites ingens auri pondus detulissent, is vultum risu solvit, dixitq; legationem nummariam sibi videri ineptam, jubens narrari Samnitibus: M. Curium malle locupletibus imperare, quàm ipsummet locupletem fieri, se nec acie vinci, nec pecunia corrumpi posse. *Valer. Max. 4 cap. 3. Cicer. in Cat. Major. de senect.* Tacebo testimonium Illustriss. Ducis Julii D. B. & C. de avo meo Andrea Crusio, JCto, Judice provinciali & Consiliario ad annos 36. meritissimo, in hæc verba: Ann. 1587. die 19. Augusti per missivam non obscuram, ibi: Zuforderst Ewer/ als eines alten Braunschweigischen fürnehmen Raths/ so dem Lande zu Nachtheil keine Eigennützigkeit unsers wissens geübet/ noch es damit dem Landsfürsten zu schwer gemacht/ unnd dem das Herkommen/ Recht/ und Gebrauch unsers Fürstenthumbs Braunschweig sonderlich und für andern kündbar und wissend/ rc. J. H. zu B. und Lu.

Cæterùm si judex ob necandum hominem, acceperit pecuniam, vel licet † non acceperit, calore tamen inductus interfecit hominem innocen-
24 tem? Resp. JCtus *in d. l. 7. §. 3. ff. h. t.* Capite plectendum ejusmodi judicem, vel ad minimum in Insulam deportari. Perinde est, quoties immerentem per quæstionem ita afflixerit, ut sub torturâ, vel paulò post animam exspiraret, *Cyn. in l. Grachus. ff. de adult.* Innocentia autem rei inde arguitur, ut si quidem sine indiciis † legitimis quæstioni subjugatus fuerit, nec sat superque
25 contra indicia auditus. Porrò si modum quæstionis excesserit judex dolo malo, si scindat alicui carnem, ut confiteatur, modosq; novos & inauditos excogitaverit ad excarnificandum reum. *Paris de Put. in tr. Syndicat. in verbo. Tortura. vers. an si officialis. num. 3.* Planè si hominem ob delictum non capi-
26 tale torserit, † sin crimen quidem capitale sit, torturam verò sic exasperârit idem, ut reus nec supplicio, nec innocentiâ salvus dicatur. *l. 7. ff. de qq.* Denique si quidvis crudelitatis illicitæ imputari queat judici, de dolo, adeoq; lege Cornelia de Sicariis tenetur, pereunte reo. *Dd. in d. l. 7. §. 3. ff. ad l. Jul. re-*

pet.

per. Non obstante hoc, quod in dubio excessus magis culpæ, quàm dolo ascribi debeat, cum quæstio sit necessitatis, scilicet ne delicta maneant impunita. *l.3. Cod. de Episcop. aud.* adeoque sævire possis judex in delinquentes. *Paris de Put. d. loc.* Respond. [illegible] pro judice, ejusq; processu hactenus præsumi, † modo ne facto ipsi sit contraria præsumptio, id est, quando magistratus extra 27
præscripta legum vadens, affectibus magis, quàm par est, indulget, concurrente famâ repetundarum, inimicitiâ, & singulari cum accusatore gratiâ & familiaritate. *Paris de Put. d. loc. & seqq. aliquot.* §. *S.* Deinde æquum est, sævire judicem in delinquentes, id certè pœnæ, non quæstionis intuitu est subintelligendum, neque dubium est, quin in genere judicis excessus potius culpæ, quàm noxæ imputetur, cum † tormentorum usus sit reipublicæ pernecessarius. *l. si quandocunq. §. penult. ff. ad L. Aquil.* uti modo astruximus, modo 28
ne hypothesis contrarium arguat. *Idem Par. de Puteo d. §. tortura.* Exinde & hoc promanat, ut ex membro læso † non minus teneatur capitaliter magistratus, quoties ex L. Aquilia causa non admittit æstimationem, ac si occiderit hominem, sed pro diversitate factorum, facit huc regula; quod judex extra leges procedens nedum litem suam faciat, sed & in causa civili ad interesse † 29
teneatur parti læsæ, quoniam, uti privatus, sese ingerit rei ad se non pertinenti. *Bald. in c.1. ext. de cler. percuss. Paris de Put. d. §. pag. 944.* Affectus illi 30
inde quoq; redundare possunt, siquidem in loco privato, non consueto reus examinetur, torqueatur, si membrum ruptum judex non curaverit sanari, si custodia & victus decens reo adimatur, & quæ alia. Cæterùm sin reus chordâ fractâ membrum ruperit, vel prorsus interierit, procul dubio † lictor 31
inde tenebitur, ad cujus custodiam curamq; spectabat, tenere fixas firmasq; chordas & fidiculas. *Idem d. loco in fine.* Sed hac de re alibi prolixius.

Deniq; affinis est legi Juliæ huic, Barratariæ crimen, ut quando officialis præsidis pecuniâ acceptâ pollicetur litigantibus felicem sententiam. *l. qui explicandi Cod. de accusat.* Et licet in causa criminali quocunq; pacto sanguinem redimere sit permissum, per vulgata: non tamen juri conveniens est, hoc respectu corrumpere judicium, idq; facere venale. *Dd. in d. l. 7. ff. h. t.* adeò ut assessor, tabellio † judicii, hæc ipsa promittens litigatori, teneatur pœnâ fu- 32
stigationis, quia facit injuriam ei, cujus sententiam jactavit, ait *Idem Paris de Puteo in §. corruptio. num. 12.* per legem *item apud Labeonem. §. idem ait. ff. de injur.* quam legem Bart. *ibidem ait* esse allegandam contra barratores curiarum, qui in palatiis conversantur, & eventus sententiarum venditant. Ideò Angelus, *ait Paris de Put. d. loco*, exclamat contra Advocatos & Procuratores hoc permittentes & dicentes, se habere amicitiam cum judice, quòd teneatur inde † omninò injuriarum. Ideò (*pergit ille*) caveant judices ab amicitia 33
talium, & à conversatione mulierum, quia quædam meretrix, quæ stabat in Camera Assessoris, & propalavit votum judicis in causa criminali, quæ fuit in

periculo combustionis, & Assessor quoque fuit in magno periculo ex Angelo *in d. §. idem ait, refert Paris de Puteo in d. §. corruptio in fine.* Quinimò hæc
34 barataria adeò est exosa, ut † non liceat pœnitere re adhuc integra. *gloss. in l. 3.*
35 *ff. de calumn. Bald. in l. 1. ff. de condit. ob turp. caus.* Sed quid si lit... † asserat se corrupisse judicem, hic verò innocentiam suam demonstret? Resp. nedum injuriarum teneri adserentem, *per d. l. Item apud Labeonem.* Sed & barataria forsan attentatæ teneatur. *Paris de Put. d. loc.* alias baratariæ tenen-
36 tur † & promissor & stipulator. *l. 1. ff. de calumniat. l. 1. C. de Cupress. lib. 11.* neq; dubium est quin stipulatori non nisi volenti, facti turpis promissio potuerit obtrudi. *Bald. in l. 3. §. igitur. ff. de calumn.* tametsi turpium nulla sit obligatio, nec societas causarum. *l. 15. ff. de condit. instit. l. 28. ff. de pact.*

Præterea affinis est huic capiti concussio, cum metu potestatis publicæ, vel judicii futuri injecto, aliquid extorquetur ab alio, id agente, ut ejus metus liberatione, nonnihil det præstetvè. *l. 1. ff. de concuss. l. 6. §. 2. & 3. ff. de off. præsid.* metus hic sufficit minor, non ille, quem in virum constantem aliàs ca-
37 dere dicimus † ad hoc, ut ex metus causa agatur. Ejusmodi metus ad hanc partem pertinet, ait *Donell. lib. 15. comm. cap. 40.* qui mollis est, & magis assiduitate quatiendi, quàm impetu patratur: hinc natum concussionis nomen, metaphorâ ductâ ab iis, qui ædificium ruinosum concutiunt, ut inde dilapsum auferant, vel à furibus pomariis, qui quoniam fructus ex arboribus alienis adhibitâ morâ legere non audent, ne in furto deprehendantur, arbores concutiunt, ut quæ poma ceciderint, statim & raptim inde auferant.

Exempla hujus delicti recensentur partim *in d. l. 6. §. 3. §. & seqq. ff. de off. præsid.* Ut si magistratus prætextu tributorum, ubi contribuere fas non erat,
38 quicquam exigit, † si quò tributa redimantur, à tributis quis sese eximat, nonnihil judicii vel officiali impendere cogitur. Si negotiatori interdicitur certo in loco negotiationis exercitium. *d. l. 6.* Sic coram me aliquandò judice pedaneo, sic enim delegatos vel Commissarios vocat *Cujac. in sent. Pauli. lib. 5. tit. 28.* regentibus in hoc Ducatu B. Satrapis, deponebatur, ministros eorū, quo æs injustum colonis miseris extorquerent, excidere sylvam, locum salicibus densis consitum, admotis cum securibus cæsoribus, fuisse minitatos.

Porrò quoque is concussionem inferre atque committere dicitur, qui licet officio publico non fungatur, simulato tamen magistratus jussu, à subdi-
39 tis nonnihil extorquet. *l. 1. ff. de concuss.* item, qui accusationem † minatur vel ejusmodi diri quid, atque subinde emungit proximum. *l. 2. ff. eod.* vel ut *Ulpianus in l. 1. ff. de calum. ait:* ut calumniæ causâ negotium faceret vel non faceret, quæ machinatio ad publica crimina pertinere dixit *Pompon. referente Ulpiano d. loc.* maximè cum & lege Julia reperundarum teneatur. *d. l. 1. §. 1.* Donellus hujusmodi concussiones privatas atque sordidas appellat. *d. cap. 40.*

Affine concussioni est exemplum *in l. 3. ff. de extraord. cognit.* relatum.

Si medi-

Si medicus, *inquit Ulpian.* cui curandos oculos, qui eis laborabat, commiserat, periculum amittendorum † eorum, per adversa medicamenta inferendo, 40
compulit, ut ei possessiones suas contra bonam fidem æger venderet: incivile factum præses provinciæ coërceat, remq; restitui jubeat. Atque huc spectat, quod idem *in d.l.1. in fine. de Calumn. ait*: perinde esse an in causam concussionis pecunia numerata, vel quid aliud vice pecuniæ acceptum fuerit, &c.

Sed quia hoc delictum militibus ut plurimum est familiare, *d.l. 6 ff de off. præsid.* ad secundum legis Juliæ repetundarum membrum, jam descendamus. Et licet *l.1. ff. de lege Jul. repet.* solius cohortis faciat mentionem, quasi intelligere liceat, extra militiæ † stationem hanc legem non pertinere, ambigendum tamen non est, quin & respectu cohortum militarium & extraneorum quorumq; hoc delictum perpetretur. *d.l. 6. §. 5.* ne ait textus, tenuis vitæ homines, sub prætextu adventus officiorum vel militum, lumine unico, vel brevi suppellectile ad aliorum usus translatis, injuriis vexentur, præses providentiæ providebit. Porrò in §. 6. ne quid sub nomine militum, quod ad utilitates eorum in commune non pertinet, à quibusdam propria sibi commoda iniquè vendicantibus committatur, præses provinciæ provideat. & §. 3. illicita ministeria sub prætextu adjuvantium militares viros, ad concutiendos homines procedentia, prohibere & deprehensa coërcere præses provinciæ curet. Vel *ut Donell. loquitur* per exempla: Si metator aliquis imperet hospitium pro his, qui in numero militum non sunt, aut imperet iis, qui ab hospitibus recipiendis sunt immunes, & is cui illicitè hæc imperantur, se eâ molestiâ, pecuniâ redimat. Adde *Parid. de Put. in tr. syndic. in vers. excedunt. de excessib. militum. ibi*: non contenti suis stipendiis concutiunt homines, & dicitur concutere, aliquid petere ultra debitum, ratione officii per oppressionem & minas, extorquere pecunias. *c. 23. q. 1. ubi gloss. & l. 1. ff. de concuss.* Hinc † *Johan. 3. ait* scriptura sacra; neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, estote contenti stipendiis vestris, &c. Quæ utinam teneretur regula, 42
nec repetundarum lex Julia dormiret, & bello penitus non exularent omnes disciplinæ militares: longè citius feliciusq; proveniret votum militare, eventus voto corresponderet. Quia verò bella in latrocinia, guerra in prædam, clades in tenuiorum stragem sunt conversæ, ut Rex Galliæ Ludov. XII. non immeritò dixerit, colonos miseros pascua esse militum, milites pascua dæmonum, *Arnold. Ferron. de reb. gest. Ludovic. XII. pag. 75. lib. 3.* necessariâ & immutabili consequentia, nec non divinæ justitiæ regula, scelera ejusmodi subsequatur atroces eventus. *Peucer. de divinat. pag. 39.* vel ut ait *Cassan. in catal. gloria mundi. p. 5. pag. mihi 123.* ipsi reges ob scelera militum, impunita relicta, à Deo severissimè puniuntur, † vix est, quod victoriæ spem sibi 43
facere queant, quomodo enim, qua felicitate pugnabit diris onustus miles execrationibus? juxta illud: Gemeine Geber und gemeine Fluch vermögen

viel.

viel. *Major. in annalib. bellic.* ubi recenset media, quibus victoria contra Turcam certissimè possit obtineri. *Dn. Luther. 3. tom. Jenens. pag.* 326. Daß man Rauben vnd Plündern für allen dingen einstelle/ vnnd Gott zuvorn gewinne mit einem demütigen forchtsamen Hertzen. *Et tom. eod. pag.* 330. post formulam precationis ante pugnam recitandam. *ibi:* Wann solcher Kriegsleute in jhrem Heer viel weren/ id est pii, modesti, à prædis & latrociniis im-
44 munes, lieber wer meinestu/ würde jhnen etwas thun / &c. † Quomodo Dei promissio evenire potest in bonum & finem exoptatum sceleratis & impiis militibus. Si ambulaveris in viis meis, & custodieris præcepta mea, tecum ero, dicit Jehova, 3. *Samuel.* 3. & 4. *Reg.* 10. *ad Jehu.* Quia studiosè egisti, quod rectum erat, & placebat oculis meis, & omnia, quæ erant in corde meo, fecisti contra domum Achab, filii tui, usque ad quartam sedebunt generationem super thronum Israël. Aliàs audire coguntur milites impii, prædatores & mancipia Sathanæ, vocem *Hyerem.* 9. Quia dereliquerunt legem meam, & abierunt in pravitate cordis sui, ecce ego disperdam eos gladio, donec cōsummantur. *Et* 1 *Reg.* 15. Quia abjecisti sermonem Domini, abjecit te Dominus, ne sis Rex amplius. Sic propter impietatem tota tribus Benjamin à facie terræ est extincta, ut sexcenti viri saltem remanerent. Propter impietatem Regnum Israël à domo Salomonis divisum est. Et scribit *Euseb. lib.* 8. *cap.* 1. Christianos tum maximè à tyrannis fuisse vexatos, oppressos, quoties se invicem odissent, temerè cōdemnassent, peccatis mortalibus indulsissent, quoties Epicopi rixas, contentiones, seminassent, &c. Balthasar, Babiloniæ Rex, impius & ebrius, nec non super spoliis templi sacri lætificans, miserè occumbebat. *Daniel. cap.* 5. Et scribit Xenophon, *referente Melanthone in*
45 *Daniel. d. c.* captam fuisse Babiloniam ex improviso, † & Balthasaris de regno principes duos, Gobriam & Gadatem, quos instinctu Cyri aliquando offenderat, pridem successisse, ipsosq; vitam Balthasari ademisse. Sed hæc obiter, revertamur ad priora. Porrò hoc delictum patratur quoque in milites, & commilitones ipsos, ut quoties centurio injungat militi aliquid ex iis operis, quæ tyroni conveniunt, non militi, ut miles det aliquid hujus tyrocinii
46 evitandi † causa, qua in specie concussio apertè statuitur. *in l.* 3. *C. de cond. ob turp. caus. ibi:* Qui memor censuræ publicæ, post restitutionem pecuniæ etiam concussionis crimen inultum esse non patietur, &c. Quo nec immeritò referendæ emunctiones bursales tyrociniorum vel tyronum ipsorum, quibus, cūm conscribuntur copiæ, clàm insinuatur, nonnullis vi apertâ obtru-
47 ditur pecunia conductitia, non ut tyrones conscribant, sed fallaciis eos † cōcutiant, extorqueantq; nummos prætextu cinguli militaris. Et quæ alia milleq; supplantandi media harpyiis usitata, sub officio militari improbè excogitata, juxta illud:

— *Pulchram fallandi noverat artem.*

Et in

Et in legem Juliam repetundarum commissa. Ut Alphonsus Siciliæ Rex Ferdinando filio suo naturali, contra Florentinos misso, interdixerit seriò ejusmodi reatus, Deum favere actionibus justis etiam privatis in militia (dictitans) ac non mediocre momentum † rebus bellicis adferre actiones honestas: refert *Libav. in declam. Et Xenophon in Agesilao*: Ubi jura colunt milites, arma tractant, disciplinam meditantur, & exercent, quomodo probabile non est, omnia plena esse bonæ spei? Et *Isocrates orat.8. ad Archidam*: Ego insuper (*inquit*) in nullis sociis plus esse præsidii & constantiæ puto, quàm in justis actionibus; consentaneum enim est, etiam Deorum immortalium benevolentiam non defuturam. De excessibus militum ad hanc legem pertinentium vide *Parid. de Put. in d.tr. Syndicat. p.51. & seqq.* 48

Ad membrum 3. hujus legis Juliæ depropero, quod *in l.6. h. t.* describitur, ibi: Qui ob denunciandum, vel non denunciandum testimonium, pecuniam acceperint, &c. id est, uti id explicat *Paul. l. 20. ff. ad l. Cornel. de fals.* qui ad litem instruendam advocatione, testibus pecuniam acceperint, obligationem, pactionem fecerint, societatem inierint, ut aliquid eorum fieret. *junctis l.1. ff. eod l.4. l.8. ff. de accusat. ibi*: Ob accusandum, vel non accusandum, nummos acceperint, &c. Quæ similiáque flagitia & falsi, prævaricationis, calumniæ, nec non repetundarum judicia provocant. *d.l.4. de accusat. d.l. 20. de fals. & hac l.6.* Vulgariter ejúsmodi testes dicuntur † corrupti. *c.1. ext. de testib. l.3. §.5. ff. de testib. ibi:* qui ob testimonium dicendum pecuniam accepisse, judicatus vel convictus fuerit. *Spec. de test. §.2. num.43. Nepos de Monte Albano in tr. de testib n.75. Cephal. consil.233. lib.3. Mascard. de probat.1. concl.454.3. concl.1358.* Neque scrupulum movet, quod dicit JCtus *in d. l. 6.* ob denunciandum testimonium, accepta ad hanc l. Juliam spectare, cum testificatio sit munus necessarium, cui nemo sese possit subducere. Respondeo eandem ob causam, nec non suspicionem quâlibet evitandam, munera propter munus † omninò esse interdicta, tametsi omne pactum absit, scilicet in gratiam producentis testificandi. *c. non sanè. 14. q. 5. ibi*: quamvis à volentibus datum, &c. *Marsil. in l.1. num. 7. ff. de fals.* post depositionem exactam data corruptionem demum excludunt. *Marsil. d. loc.* modo ne antecesserit promissio. *Menoch. de arb. qq. cas.* 310. uti nec refusio expensarum, operarum neglectarum, labris intermissi, in nulla est consideratione, utpote ab ipso judice sæpè taxandi, quod tutissimum videbitur. *c. statutum. de rescript. in 6. l. quoniam. Cod. de testibus.* In eadem juris causa sunt preces producentis, quibus ad deponendum invitatur testis. † *Farinac.3. de testib. tit. 7. quæst. 67.* modo quoq; non sapiant aliquam corruptionem, nempe ad falsum dicendum accommodatæ, cum & amore, timore, odio, dicantur pariter corrumpi testes. *c. quoties ex inde testib.* Quinimò hoc addit *Rebuff. de testib. gloss. 7. num. 42.* posse producentem convocare testes, atque ex iis piscari, quid quantumq; de hoc vel illo articulo

noverint, nec non ad relationem privatam mutare articulos, & demum por-
52 rigere † judici. *Idem docet Farinac. d. loc. q. 64. §. 8. n. 286*, quæ traditio dura admodum apparet, uti & hæc, posse publicè & palam minus dari testibus ante depositionem. *Idem d loc. §. 7. n. 269.*

Quoad [1] vero verius est, testem instructum nullam facere fidem. *Spec.*
53 *de test. §. 1. num. 43. Campeg. de testib. reg. 216.* † Atqui testis diciturquoq; instructus ille, qui quacunque ratione ante examen à producente est interpellatus, atque de causa scientiæ suæ rogatus. *Felin. in c. præterea. de test. cog.* Ergo. Quoad [2] quod munus omne, attestationes præcedens, regulariter & generaliter interdicatur, susceptum nihilominus corruptionem arguat. *c. 14. q. 5. ibi:* non debet judex vendere justum judicium, nec testis verum testimonium. &c. Atqui munus palam datum æquè munus est, ac si quid privatim detur. Ergo. Ecquis quoque non palpet, sub donis publicè datis, tacita latere scandala, cum multa dicis causâ fieri queant. *argum. l. 4. ff. commodat. Conn. 7. com. 3. Coras. 4. miscell. 5.* Præterea ad hanc *l. 6.* repetundarum pertinet, ut si-
54 quidem pars impedit testem, ne ad judicem veniat, & deponat, † quæ concussio atrox est, vindicanda quoque lege Juliâ de vi publica. *l. 8. ff. ad l. Jul. de vi publica. l. 10. ff. eod.* & prætoris edicto, ne quis eum, qui in jus vocabitur, vi eximat: nec non actione de dolo malo, & ex L. Aquilia. &c. *Bart. in l. si falsus. num. 2. ff. de dolo malo.* Neque refert, sive principalis ipse, sive alius ad commodum & in gratiam illius, testes corrumpat, sistátve, ne compareant in judicio, *Salyc. & gloss. in l. si falsus. C. ad l. Cornel. de fals.* Cum in jure mandantis & man-
55 datarii factum par † constringat pœna, & de symbolizantibus idem sit judicium. *Rebuff. in tract. concord. pag. 643.* Imò nec hoc interest, sive pecuniâ, sive re quapiam aliâ, testes fuerint corrupti. *l. 1. in fine. ff. de calumn.* Quâ de re *Lather. de censu 2. cap. 6.* Non video, inquit, quo colore δωρόφαγοι pallianc auri sitim (corruptiones) quorum quidam (quoad illud) à manu & institutione vulpeculæ prodierunt, & fucum non tantum hominum, sed & illis, qui sunt acutioris judicii vel naris, se facere posse sperant hoc adhibito artificio, ut illis solum muneribus inhient, quæ à tertio vel quarto profecta fuêre, atq; hoc nomine securos & satis conscientiosos opinantur, (quoad hoc) ut & hoc quoque artificium adducamus, quemadmodum veterator ille glossam seu limitationem hanc inauditam tit. de permut. subjungere pro calliditate ingenii norat, ut equum vetulum & annosum vix 10. nummis uncialibus æstimandum, cum generoso, 100. thaler. Imper. precium excedentem permutaret. Hæc ille. Et speciosus titulus est, do ut facias, si non pecuniam numeratam,
56 certè inde † non vitiatur titulus, nec modus acquirendi, corruptionem uti nummus, ita caballus perficiet permutatus, uti equus aliquando datus fuit sacerdoti, ut in se reciperet peccata moribundi, sed quid rerum? Sacerdos fu-
57 nus prosequens † in medio templi sursum sublevatur, ubi steterat, vorago

facta.

facta est, & evanuit sacerdos. *Joan. Wolff. p. 1. lect. mem. pag. mihi. 937.* Cave tibi veterator, testisq; corrupte, ne tibi, idem non dicam, pejus accidat.

Pœnam productionis falsorum testium, quantum concernit, ea in l. Julia definita est, neq; adversatur, quod l. Julia repetundarum, de testis corrupti pœnâ loqui saltem videatur, ut in odiosis hisce extensio vix admittatur. *c. odio. de R. J. in 6.* Resp. Verborum textusque corticem non aliud dictitare, cæterùm, si mens legis attendatur, rem esse planam, utcunq; enim lex pœnalis non extenditur regulariter, fallit tamen hoc ipsum, in causâ mandati, adeò
ut quoque statutum puniens † certâ pœnâ maleficum, extendatur ad man- 58
dantem. *Bart in l. 2. §. exercitus. ff. de his qui not. infam. & in l. quemadmodum. C. de agr. & censit. lib. 11.* Imò fallit hæc regula in correlativis, ubi quoq; extensio toleratur. *Bart. in l fin. C. de indict. viduit.* Atqui correlativi sunt mandans & mandatarius, corrumpens & corruptus; Ergo. *Eberh. in top. in loc. à rat. legis pag. 439. & seqq.* ubi ex trita illa regula: eadem ratio jus idem reddit, argumentatur ad similia in odiosis. Quapropter Farin. ex statutis Italiæ in genere statuit, corrumpentem plebejum, pœnâ 100. aureorum, & fustigationis; nobilem 200. aureorum & exilii seprennii; Baronem † scutorum 400. 59
& exilii decennii, coërcendum. *de testib. lib. 3. tit. 7. quæst. 67. num. 258.* Non verò subscribendum erit eorum opinioni, qui adstruunt, corrumpentem testis pœnâ ordinariâ plectendum, licet productio non subsequatur. *Boër. decis. 319. Farin. d. loc. num. 255.* quandoquidem extensio pœnarum, nunquam
trahatur ad delicta non consummata. † *Idem Eberh. d. loc. pag. 440.* juxta il- 60
lud: Lex efficientem non facientem coërcet. *l. 1. §. fin. ff. quod quisq. jur.* uti in casu converso effectus, non conatus præmium meretur, *l. 13. C. de fidejuss.* Sic parans vestem contra statutum, nec eâ utens, non punitur. *Roiz. in decis. Lituan. decis. 3. n. 35.*

Porrò in causa criminali corrumpens testes, eâdem constringitur pœ-
næ, † quâ reus, falsis testimoniis oppressus, coërcendus erat. *Bertaz. consil.* 61
218. lib. 1. Farinac. d. loc. Nonnulli statuunt testes corrumpentem non perdere
causam. † *Dec. c. 1 num. 13. de testib. Capic. decis. 67. Boër. decis. 191. Vant. de* 62
null. ex defect. process. num. 41. Riminald. consil. 345. quæ sententia suspecta est. 1. Quia testes corrupti mentiuntur, quorum nulla est fides. *c. 1. ext. de testib.* testes corrupti falsarii dicuntur, qui falsum deposuisse præsumuntur eo ipso, quo corruptio demonstratur, licet falsum nondum probatum fuerit. *Hostiens. in d. c. 1. Boss. in tit. de opp. contr. testes. num. 148.* Qualiter verò causa, probata ejusmodi testibus, dicetur probata, nō contaminata, non amissa, nisi ex singulari rescripto ea resuscitetur, novisq; testibus, omni exceptione ma-
joribus, redintegretur: † adeò ut dictum testes corrupti nedum 63
indicium pariat quæstioni sufficiens. Latè *Farinac. de indic. & tortur. 1. tit. 5. q. 45.*

CAPUT

CAPUT XXIV.

DE INDICIIS LEGIS IVLIÆ REPETVNDARVM.

Summaria.

1. *Manus judicum avara indicia hic pariunt.*
2. *Nulla est pestis major & nocentior avaritiâ magistratus.*
3. *Obliviscitur avarus officii, juris, & honestatis.*
4. *Paupertas qualia indicia hoc in loco generet?*
5. *Sportula, protina, & popina quæ dicatur?*
6. *Cur decens salarium judicibus ex publico constituendum?*
7. *Quo cultu Cæsares viros literatos prosecuti sint?*
8. *Viri docti non erunt sub fine mundi.*
9. *Sublatis præmiis virtus frigescit.*
10. *Quæ non corruptionis indicia ex injustitia emergant?*
11. *Eo usq; durat repetundarum præsumptio, quamdiu sceleratorum grassatur libido.*
12. *Partialitas & inimicitia indicia repetundarum pariunt.*
13. *Judex sufficienter & decenter audire nolens partes, indiciis hisce premitur.*
14. *Practica conciliandi favorem judicis ex speculatore.*
15. *Quæ indicia pariat justitia protracta, & qualiter judex hinc conveniendus sit.*
16. *Actio ex protracta justitia adversus heredes judicis stringit.*
17. *Judex causam dans repressaliis, ex damno inde resultante tenetur.*
18. *Unum indicium parit indicium delicti alterius.*
19. *Ex quibus causis hodie potissimum syndicentur magistratus?*
20. *Munera & officia repetundarum exhibent indicia.*
21. *Qualis barrataria indicia pariat?*
22. *Mutuum judici sine usuris datum, repetundarum parit indicia.*
23. *Corruptor judicis in hoc causa admittitur testis contra judicem corruptum.*
24. *In causa corruptionis, actore non probante, non confestim absolvitur reus, qui sese juramento purgare tandem tenetur.*
25. *Quomodo repetundarum indicia repeti*
26. *Spes lucri indicia parit. (quæant?*
27. *Arbitraria sunt indicia in hac causa.*
28. *Sententia à judice corrupto lata, est ipso jure nulla.*
29. *Indicia generat munus judici exauctorato oblatum.*
30. *Consultius foret omnia interdicta munera esse quoq; esculenta & poculenta.*
31. *Quæ munera demum tolerentur?*
32. *Indicia concussionis referuntur.*
33. *Concussio solo delatoris juramento probatur.*
34. *An inepti testis depositio plus quàm indicia pariat?*
35. *Cum fama hominis, ac si cum tesseris ludas, non procedendum.*
36. *Quænam indicia ex injustis rescriptis?*
37. *Judex inferior injustum superioris rescriptum exequens, litem suam facit.*
38. *Ultimi judices sæpè deterius judicant.*
39. *Denegata audientia concussionis indicia prabet.*
40. *Qui nam processus de rebus medicis.*
41. *Audientia quæ sit propriè.*
42. *Ubi Papa vel Rex, ibi Roma, sed non audientia.*
43. *Taxantur concussiones Concilii Tridentini enormes.*
44. *Concilium Tridentinum paucis tribuit audientias.*
45. *Quænam indicia ex impeditione libertatis votorum?*
46. *Judex assessor vel tabellio non dextrè referens, de falso tenetur.*
47. *Vulgaris & non acris causa discussio indicia prabet.*

48. Silen-

48. *Silentium est maxima justitiæ pars.*

49. *An judex partes ad concordiam compellere possit?*

50. *Papa in Concilio Tridentino nunquam vota voluit esse libera.*

51. *Hispanos in Concilio Trid. Papa seditiosos appellavit inde, quod primatui Papæ nonnihil contradicerent.*

52. *In quosdam Concilii assessores, calicis restitutionem urgentes, uti in hæreticos Papa inquiri voluit.*

53. *Indicia ex connniventia assessorum.*

54. *Nemo sit in patriâ Assessor.*

55. *Præsides præsumuntur idiotæ & illiterati.*

56. *Officium Assessoris describitur.*

57. *Quando Assessor partes præsidis sibi sumat?*

58. *Quibus indiciis urgeatur præses, vota assessorum haud colligens?*

59. *Assessoris iniqui consilium non excusat imperitia præsidis.*

60. *Quoties ex actis transmissis Academia malè judicavit, nihilominus ex syndicatu tenetur judex, ubi causa syndicatus stringit.*

61. *Quænam indicia concussionis militaris?*

62. *Cæsar belli movendi potestatem absolutam minimè habet.*

63. *Beluinum est sine causâ justissimâ, bella movere.*

64. *Quoties in innocentes arma stringũtur, præsio est ducis interitus.*

65. *De indiciis corruptorum testium.*

66. *Testis rationem dictorum reddere nolens corruptionis suspicione laborat.*

67. *Contumacia indicium parit.*

68. *Contra causam contumacis jura præsumunt.*

69. *Testis in forma solita deponere nolens suspectus est.*

70. *Judicis officium est reprimere testium calumnias.*

71. *In quibus caussis admittantur testes domestici.*

72. *Testes pauperes facilius corrumpuntur.*

73. *Qui paupertatem testis allegat, eam probare tenetur.*

74. *Mendacium in fraudem testimonii non officit veritati.*

75. *Mulier perrarò verum dicit.*

76. *Cur lex Iulia Miscella abrogata sit?*

77. *à Clerico non exigendum est juramentum, quod nolit redire ad pellicem.*

78. *In quibus caussis mulieris testimonium recipiatur?*

79. *In materia indiciorum mulier testificatur.*

80. *In causa difficilioris probationis indicia aliquot imperfecta, indicium sufficiens quæstioni pariunt.*

81. *Explicatur regula: Et quæ non prosunt singula, multa juvant.*

82. *An corruptio pœnitentiâ aboleatur?*

83. *Fur sponte restituens rem furtivam domino, non inde evitat pœnam ordinariam.*

1. INdicia (membri 1. hujus legis Juliæ) sunt † manus judicum avaræ, manes 1
miserorum, manticæ sententiarum, minæ seditionum & eversionis reipublicarum. *Novell.* 8.*c.*1. ibi: illum (judicem) namque videas omnia auro vendentem & præsumes ut quicquid egerit, illicitum. hoc pecunias dando redimet, hinc homicidium, adulterium & invasiones, &c. contemptus ll. & judicum, omnibus hæc vanalia proposita esse putantibus, &c. Avaris omnia persuadet pecunia, ait *Roiz. in decis. Litu. decis.* 5. *num.* 193. nulla pestis † major 2
avaritiâ judicum in republica, quæ justitiæ, ut vermis caseo nocet. *Idem d. decis. num.* 104. propter avaritiam Æsculapius à Jove fulmine percussus est, uti ex Pindaro idem testatur *decis.* 1. *n.* 178. Cujus studio dediti, eousque rapiuntur, ut quid divina vel humana jura contra præscribant, nihil quicquam ad sese pertinere existiment. *Cravett. consil.* 332. *n.* 21. *lib.* 3. *Aleman. de monet. consil.* 8.

pag. 619. Nullus tàm eloquens orator, tantâ persuadendi & pelliciendi fa-
3 cultate † est præditus, quantâ cupiditas. Et cujus animum occupavit avaritia, statim officii, juris, & honoris oblivìscatur, necesse est. *Lather. de censf.* 2. *cap.* 6. *num.* 48. Vero verius est, pecuniam hominem nequam ad frugem nunquam reducere, imò si cujus animus & mores pernoscere satagis, publicum ei munus demanda; quod si tum incommodare alicui poterit, haud illud intermittet. Nam magistratus virum ostendit, ait Aventin. *in annal. Boj. Joh. Wolff. tom.* 2. *lect. mem. pag.* 275. Quare, *pergit Idem*, publica illa munia meliorem rarò virum efficient, tum avaritiâ, odio, fastu ferociorem, id quod experientia testatur, & veteres Germani proverbio innuunt: Quando nullum exile esse, ajunt munus, quin suspendio dignum sit. *Wolff. d. loc.* sed de hac re suprà prolixiùs, de indiciis residuorum hîc agendum est.

4 2. Indicium est paupertas, quæ præsumptionem facit rapinæ, concussionis, & † corruptionis. *Reiger. in thes. jur. pag.* 349. *l.* 3. ubi gloss. *in verb. egens. ff de testib.* per quem textum Farin. ait: passim exclamant Dd. ex paupertate oriri corruptionem. 2. *tit.* 6. *q.* 57. *num.* 3. Hinc illud *Lucretii lib.* 6.

Multaq; vis subita & paupertas horrida suasit.

Vel ut penes Apulej. est: multa pauperies cogit sordentia supplementa conquirere, &c. Cujus inconvenientis præcavendi ergò sportulæ constituantur
5 judicibus, vel salaria sufficientia. *Lancellot. de off. prætor. §.* 1. *num.* 6. † *Neviz. Sylv. nupt. num.* 90. ne inopia sordes pariat, corruptio injustitiam. Sportulæ aliis propinæ, quibusdam popinæ dicuntur, *Parth. litig. lib.* 2. *cap.* 14. propinæ, quia propinant sententiam, mutuarant decreta, & exstimulant judices ad laborem. Popinæ, id est culinæ quasi publicæ, unde nutriuntur justitiarii:
6 quibus occlusis, officialis vix ullus dextro † sinceroq; fungetur officio, vix bonus ullus, prætetquam pravi fatuiq; reperientur cōsiliatii, ministri. Quod superiori seculo, ait *Lather. de censu. lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 18. principes clarissimi & sapientissimi intellexerunt, qui prudentissimo consilio, viros celeberrimos, propositis præmiis & stipendiis amplissimis, procul accersivère. Carolus V. Seldium, D. Juris, Ferdinandi I. legatum, ita adamavit, ut cubitum ituro,
7 lychnum † invito etiam ad lectum prætulerit, id se officii, inquiens, virtutis & eruditionis nomini, ejusq; honori ac venerationi ad omnem posteritatis memoriam præstare. *Chytr. in Chron. p.* 3. *Sax. lib.* 19 *pag.* 204. Tempore Alexandri Magni in precio summo habiti sunt viri docti & excellentes, maximeq; ditati, statuæ viris doctioribus erectæ, ut Archestrato Poëtæ, amicus quidam, commiseratione inopiæ ejus exclamaret, dicens: O Archestrate, in singulos Alexander tibi versus Cyprum aut Phenicem dedisset. *Plutarch. de fact. Alex. M. Spina. de tranquill. anim. lib.* 4. *pag.* 187. de humanitate Regis Ludovici Galliæ in Jasonem, vide *Joh. Wolff. tom.* 2. *lect. mem. pag.* 513. Sed & quid jam?

Ars

Ars jam pane caret, panis mox arte carebit:
Die Kunst gehet jetzo nach Brod/ aber Brod wird jhr wider nachlauffen vnd sie nicht finden. Adeò ut *Melanthon. in explic. Evang. Dom. 3. Trinit.* testatum reliquerit quasi vaticinio: Sub finem † mundi trium potissimum fore 8
penuriam, ¹· virorum doctorum, ²· metallorum, ³· lignorum. Et sanè

——— Ecquis virtutem amplectitur ipsam,
præmia si tollas?

Sublatis præmiis, ex *Bornit. refert Lather. d. loc. num. 16.* Scholæ frigescunt, 9
† quibus sublatis barbaries sequitur, respublicæ intereunt, &c.

3. Injustitia vel sententia notoriè injusta corruptionem arguit. *Paris de Put. in verbo judex.* adeò ut reum nocentem absolvens, † proditor dicatur. 10
Idem d. loc. in verf. judices. num. 19. & num. 37. ubi adserit: non removeri præsumptiones, non abscindi indicia hæc, quousque injustitiæ locus relinquitur, calumniarum materiæ non obviatur, boni non defenduntur, mali impuniti relinquuntur. *l. 2. in fine. de luc. advoc.* & prævaricationis & repetundarum manet præsumptio, quamdiu scelestorum † grassatur iniquitas. *23. q. 5. Ma-* 11
scard. de probat. 3. concl. 532. Farinac. tom. 3. q. 111. num. 387. pag. mihi 701. ubi statuit: quod ex enormi judicis iniquitate & injustitia præsumatur dolus: uti quoque dolus & corruptionis arguitur scelus, ex nimiâ partris læsione præter fas æquúmve. *Bald. in rub. C. de pœn. jud. qui malè judicavit. num. 1. Salyc. in l. fin. ibidem.* Porrò si de partialitate & inimicitiâ judicis † constat, 12
non nisi pravum corruptúmve de eo potest præsumi. *Mascard. d. lib. 3. concl. 532.* quò spectat conclusio nonnullorum: ut si judex dixerit, velle se sententiam ferre odio vel amicitiâ. *Paul. de Castro in l. servo. §. cum prætor. num. 2. ff. ad Trebell.* qui non nisi repetundarum reus existimabitur. *Farinac. d. loc.* concurrente cumprimis malitiâ & pravâ judicis qualitate, uti ait *Farin. d. loc. p. 701. num. 392.* ut cum judex solitus sit malè versari in officio, non sufficienter † audire partes, amore, gratiâ, odio, exequi, & administrare jus & justi- 13
tiam. *Idem d. loc. Speculat. in §. 4. de recusat. jud.* ubi partes instruit quomodo conservare debeant sibive conciliare gratiam judicis, ibi: Consule, ut verbis blandis alloquaris judicem, & modis † omnibus honestis, quantum po- 14
tes, eum tibi facias favorabilem. *Et in §. 5. de Advocat. pag. 269.* monet, ut dicta judicis, advocatus summis extollat laudibus, dicendo: Domine Dominus noster, quam admirabilis est sapientia tua, &c.

4. Indicium parit tergiversatio & protractio justitiæ tædiosa. † *Fa-* 15
rinac. d. tom. 3. q. 111. art. 15. quæ culpa lata dicitur, obnoxium reddens judicem ad omne interesse, imò in solidum parti, cui jus & justitia subtrahitur. *Bart. in l. fin. ff. de var. & ext. cognit. Farinac. d. loc. num. 400. ajens:* magistratum inde constitui in dolo præsumpto, qui parum vel nihil à repetundarum indiciis distat. Quin etiam teneri judicem non quasi litem fecerit suam

in quam

in quam interesse, arbitrio judicantis decidendum, incidit, sed ad verum interesse, juramento in litem quoque taxandum. *Idem d. loc.* Et quod plus ac
16 longè atrocius, † in heredem datur actio hæc in factum ad interesse *l. 4. §. fin. ff. de damn. infect.* Neque hic obstat, quod vulgò dicitur: heredem assessoris non teneri in syndicatu, respectu patris defuncti, *Roman. in d. l. 4.* cumprimis quandocunque lis cum defuncto non fuerit contestata, vide *Parid. de Put. in tr. Syndic. c. 2. num. 9.* Respondent aliqui distinguendum esse inter Jus Canonicum, quod indistinctè heredem coërcet, & civile, paulò aliter sentiens. Sed res expedita est ex prioribus, aut enim agitur ut litem suam judex faciat, aut ad interesse & damnum, ex morâ parti datum: illo casu heres ἁπλῶς non tenetur, hoc utique: non tàm quod l. Aquilia in heredem transeat, quàm quod jura desultoriam, imò dolosam ejusmodi moram meritò detestentur, necnon pœnis atrocioribus insequantur. *Bart. in d. l. fin. Farinac. d. loc. num.* 408. ubi unanimes statuunt, quod actiones prædictæ, & criminales, & rei persecutoriæ, ad damna & interesse possint cumulari. *Angel. in d. l. 4. §. in eum. num. 2. ff. de damn. infect. Paris de Put. in verb. neglig.* Neque dubium est, quin
17 judex † propter repressalias, quibus is causam, nec non damno inde emergenti dedit, perinde, & ex eodem juris fundamento queat conveniri, quantumvis repressaliæ regulariter interdictæ sint, nec ubi speciali prærogativâ introductæ, tolerentur. *nervosè Parth. Litigios. cap. 2. lib. 2. num. 32. & sequentibus perq; rationes & Dd. autoritates, quas cumulavit Wilhelm. Antonii in disput. singul. de represal. thes.* 67. avus meus Andreas Crusius, præses curiæ Brunsvicensis in provinciâ Caleberg. supremus, causam perorans coram Sereniss. Julio Duce contra Civitatem H. jus repressaliarum prætendentem, respondit cum Ferrario, consuetudinem eam fuisse introductam, quando olim judiciis præessent, deq; jure responderent boves & asini. Neque præterea hîc adversatur, quod neglectus justitiæ per sese delictum generet, sitq;
18 quodammodò † species L. Juliæ repetundarum. Resp. non rarum esse, ut delictum unum præbeat indicium delicti alterius, nempe propter connexitatem, quam delicta habent intra sese. *Alciat. de præsumpt. reg. 2. præs. 7.* Deinde omninò negatur, judicem negligentem, vel imperitum, perperam judicantem, teneri hâc lege Juliâ, *l. fin. ubi Dd. ff. de var. & extraord. cognit.* quin quod hodiè judices vel officiales, nedum syndicentur de sententiis per imperitiam contra † jura latis, sed saltem de furtis, malè ablatis, de dolo, corru-
19 ptione, sordibus, baratariis. *scitè Farinac. tom. 3. 1. quæst. 111. art. fin. n. 572.*

5. Indicium parit munus qualecunq; judici datum vel promissum.
20 *Gramm. consil. 35. num. 5. Boss. in tit. de off. corrupt.* † officium exhibitum, nam gratia gratiam parit, wer schmeret der fehret / inquit Saxo. Hinc perelegans Lipsii *locus 2. de constant.* Utilitas, ait, est agmen validum & callidum, quod nescio, quomodo illabatur & insinuet se in animos, & blandâ quâdam vi vin-

cat

cat non invitos, irrepat non irrumpat, (corrumpit tamen) suadet non cogit, & tàm facilè duci nos ab utilitate patimur, quàm à necessitate trahi. &c. Hæc ille. *Farinac.d.q.111.art.8.num.170.ubi l.fin.C. ad l.Jul. repet.* indicia suppeditare unà statuit, ut quando judex sub titulo emtionis, donationis, vel cujuscunq; alterius pacti pecuniam recipit, subinde barattariam exercere præsumatur. *Bajard.ad Clar.q.37.num.23.* † *Par.de Put.in verbo barattaria.n.4.* 21
Odofred.in l.1.§ pecuniam.ff.de calum. de locatione loquẽs, factâ minori precio quàm ante elocari res habebat, uti meo tempore faciebat quidam bonus Judex, nomen taceo, ait *Farinac.d.loc.* Porrò huc spectat mutuum cum judice contractum. *Idem d.loc.num.173.ibi*: præsumitur corruptio ex mutuo pecuniarum judici dato. *Paris de Put.in verbo barrattaria. Decian.in tr.crim.lib.8. cap.35.* Nonnulli addunt † mutuum gratis & sine usuris datum judici: Siqui- 22
dem creditor non nisi sub usuris mutuo dare solebat. *vide Bald.in l.venales. in fine. C. quando provoc. non est necess.* Novum & speciale in præsentiarum est, quod corruptor ipse, uti particeps facinoris admittatur adversus judicem in testimonium, cum † regulariter socius criminis fidem ἁπλῶς non faciat 23
contra socium. *l fin.C.de accusat.l.repeti.ff.de qq.c.1.de confess.* adeò ut, quanquam non probaverit corruptionem dilucidè, reus non absolvatur, uti quoq; juri trito est conveniens, sed teneatur purgare sese † juramento, & siqui- 24
dem jurare nolit, habeatur pro confesso & convicto, imò accusator vel corruptor post dimissum judicium, denuò querelam recoquere & † proba- 25
re potest intra 10. menses. *authent.novo jure.§.sed si: & seqq. Cod. de pœn.jud. qui malè judicavit.*&c. modò fraus & calumnia absit. *d. authent. Farinac. venustè d.q.111.art.8.num.295.* Denique sola spes judicium repetundarum fundat, quoties probari potest judicem sperasse aliquod lucrum † etiam post 26
sententiam latam, cujus indicia arbitrio syndicatoris deciduntur, an & quanta sufficiant † pro re nata? *Decian.in d.tr.lib.8.cap.35.Farin.d.q.111.art.8.* 27
n.214. Aliàs sententia à judice nummis corrupta, ipso jure est nulla, † preci- 28
bus impetrata, rescissione eget. *gloss.in l.1.in verbo amittat.C.de pœn.jud. qui malè judicav. Bald.in l.1.§.1.num.6.ff.quod quisq; jur. Paul. in l.2.n.3.ff.eod.Farin.d.loc.num.206.* Contra judicem exauctoratum, vel spontè munus deponentem præsumitur quoque corruptio, quandocunq; officio finito sibi munera † offeruntur à litigatoribus pristinis. *Mascard. de probat. 1. concl.164.* 29
Farin.d.loc.num.237.art.10. Nonnunquam indicia depromuntur ab esculentis & poculentis judici datis, tanquam à minori ad majus. Et sanè consultius foret, xenia † in genere prohiberi, quocunque respectu vel nomine, cum 30
ex minutis paulatim incidamus in majora, & res initio pusillæ crescant in majus. Hinc dicimus minutulam pluviam imbrem facere. *Gail.1.de pac.publ.c.4. num.11.* minimam scintillam exuberare in maximum incendium. *Ant. Fab.9. C.tit.22.* omne malum parvis initiis nascens mox fit robustius. *Tac.14.annal.*

Cic. Philipp. 5. *Ælian. lib.* 14. quantumvis xenia moderata toleranda passim
scribant Dd. uti refert Farin. *d. loc. art.* 10. moderata statuens ea esse, 1. quæ
non proficiscuntur à calumniatoribus, & pravis litigatoribus ad opprimen-
31 dos tenuiores & innocentes, 2. † nec verisimiliter possunt corrumpere ani-
mum judicis. 3. ut quoties dantur solummodo casei, butyrum, lepores, ca-
pones, perdices, phasiani, murenæ, salmones, vinum in Amphoris, non in do-
liis. 4. cumprimis ubi judici sportulæ non sunt constitutæ, quibus honestè
vivat. *Farinac. d. art.* 10.

32 6. Indicium parit fraus & prævaricatio officialis, quoad delicta †
alia & diversa, item sævitia vultusque terribilis, uti ait Viv. *decis.* 113. *nu.* 6. *Fa-
rinac. d. q.* 111. *art.* 11. *num.* 263. Sed hæc aliaq; tradita, dummodò criminaliter
agitur habent: *Idem d. loc. num.* 277. *Decian. in tract. crimin.* 8. *c.* 38. Sin civilis
concussionis instituatur actio, sæpenumerò solo delatoris vel actoris jureju-
33 rando, maleficium hoc probatur, modo † jurator non perjurus, actor non
infamis, inimicus, & subornatus dicatur. *Farin. d. loc. art.* 11. *Franc. Marc. decis.*
948. *Masc. de prob.* 1. *concl.* 166. *Hector Æmil. de testib. in rub. testis barratariam
deponens. num.* 14. ubi adstruunt, posse tamen testes domesticos & familiares
34 admitti ad probationem concussionis, nec non † mediatores vel pecuniæ
participes: unde saltem indicium generari non pauci scribunt, nempe in ter-
minis causæ criminalis. *Gram. consil.* 35. *num.* 15. *Boss. in tit. de opp. contr. test. n.* 58.
Neque subscribere huic in tantum possumus, dicenti, mediatorem deponen-
tem, se pecuniam ad judicem detulisse, nedum fidem, quoad indicia facere.
Res sanè jejuna est, quæ discussione vix eget: Cum enim in genere testes in-
epti, nedum de actu delicti immediato deponentes, fidem quæstioni faciunt,
uti *p.* 1. toties evictum est, nec res scrupulo caret; sequitur longè civilius hu-
jusmodi testem esse admittendum, cui enim, quod plus est, tribuimus, cur
eidem, quod minus apparet, tribui non convenit. *argum. l.* 21. *ff. de R. J.* Neq;
nos fugit, famam hominis esse magni momenti, cum quâ, ac si cum resseris
35 ludas, haud procedendum; † Et quod judices optimi, quasi signum ante sa-
gittam, exponantur. *Gram. consil.* 35. *num* 18. Replicamus, de viris bonis hîc
nullam moveri quæstionem, sed perversis & diffamatis reversâ reis, quorum
nulla delinquendi occasio est angusta, nec satis expedita.

7. Indicium parit superioris rescriptum pœnale, ad instantiam liti-
36 gatoris, processum legitimum & decentem † aversantes. *Farinac. d. q. art.* 12.
num. 282. *Frider. Mindan. de mandat. lib.* 2. *cap.* 15. *nu.* 11. *ibi:* Subditi enim con-
tra magistratum legitimè, justè, rectéque procedentem nec defendendi à su-
periore sunt, nec sustinendi: Secus verò ubi inverso ordine, curru ante qua-
drigas posito pœna judicium, condemnatio sententiam, executio citationem
præcedit, & ita contra divinitatis veræq; humanitatis regulam, maledictio ex
Paradyso, possessione, sedibus ejectio, incarcerationes, sequestrationes, cõ-
mercio-

merciorum, alimentorum, viarum, fluminumque publicorum impedimenta, &c. causæ cognitionem antevertunt: cujusmodi processus monstrosos, abortivos, Cyclopicos, & nullitatis plenissimos Ipse apellat. *d nu.* 11. in tantum, ut judex obsequens superiori nedum † litem suam faciat, sed de dolo 37
conveniri queat imò de barrataria unà rationem reddere teneatur, cum mandato superioris per falsa suggesta quoque impetrato paruerit cótra propriam conscientiam. *Idem Farinac. d. qq.* 11. *art.* 14. quo spectat dictum vulgatum: Ultimi judices † sæpè deterius judicant. *Rebuff. de concord. pag. mihi* 684. 38
cum primis quibus placet de fol juge briefve sentence. uti Idem Gallicè ait. *d. loc. pag.* 774.

8. Indicium parit denegata audientia. *Farin. d. art.* 14. *num.* 391. intellige judicialem, † non privatam, nisi de causis modicis agatur, quæ quoq; in 39
transitu per unicum verbum possent rectè definiri. † *Tiraquell. in tr. de jud. in* 40
reb. exiguis. &c. uti olim manumissiones celebrabant proconsules, quando ad theatra vel balnea irent, in transitu. *Inst. quib. ex caus. man. non licet*, ubi Dd. *Gœd. in l.* 173. *ff. de V. S. ego in disput. justinian. disp.* 2. *thes.* 8. hinc audientia propriè dicitur † judicium solenne assessorum consessu stipatum, ubi vel partes 41
ipsæ, vel procuratores earum audiuntur, litesque voce vivâ proponuntur. *Obrecht. disp.* 1. *de jud cap.* 2 *thes.* 177. *Parten. litig. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 8. quò tritum pertinet illud: ubi Papa vel rex, ibi quidem Roma, † sed non audien- 42
tia. *gloss. in c. licet. §. censuit. in verbo curia de elect. Rebuff. in d. tr. concord. p.* 637. vide Reinking. *de regim. secul.* 1. *class.* 3, *c.* 2. *num.* 24. *& seqq.* Sic concussionis indicium ingens (ut sacra prophanis misceamus) suppeditârunt in Concilio Tridentino, nedum denegatæ partibus audientiæ, sed & sub ingressu concilii, ad extirpandos sectarios, collectæ militum copiæ, nec non legatorum Cæsarianorum à Paulo IV. decretæ † incarcerationes. *Pet. de Suavis in hist.* 43
Concil. Trid. lib. 5. *pag. mihi* 470. uti Julius Tertius, Concilia non solo auctoritatis umbone, sed armorum præsidio quoque esse protegenda, dixit. *Idem lib.* 6. *pag.* 646 qui post quam ita effatus esset, avisatus Gallos adventare ad Concilium, rescripsit concilio, ne admitterent legatos Gallicos ad audientiam, unde hi penes Hispanos conquesti dixerunt, durissimam esse servitutem, qua patres in concilio premerentur. *Idem d. loc. pag.* 647. Cum Salmeron Jesuita Missæ sacrificium valdè oppugnaret, ei silentium imposuit concilii præses, dicens: tolerabiles esse prensationes & † aptandi artes in materia 44
reformationis circa res humanas, sed in rebus fidei ad scopum destinatum factionum via tendere, id pessimi esse exempli. *Idem d. lib.* 6. *pag.* 651. Lanoizio Jesuitæ scribit Canisius Jesuita, sub concilio degenti, Cæsarem malè animatum, suos ab omni audientiâ excludi, omniaque geri ad nutum Papæ. *Idem pag.* 785. ut Madrucius Cardinalis dicere sit solitus, esse in concilio secretius concilium aliquod, quod majorem sibi vendicet authoritatem. *Idem p.* 768.

9. Indi-

45 9. Indicium parit impeditio † libertatis votorum, quoad assessores vel senatores, præteritio ordinis in votando, celatio factorum, quandocunq; ex actis vel relatis judex causæ merita exponit senatoribus, votaq; colligit: quo facinore indigno nihil potest dici deterius, turpiusq; excogitari. *Paris de Put. in tr, syndic. in verbo judex. vers. an si judex & vers. judices. pag.* 507. ubi adserit: Quod judex vel etiam assessor sive tabellio non dextrè referens acta,
46 teneatur de falso. † Par idemque depromit indicium de judice, causas partium superficialiter solummodò, non cum conflictu, magnoq; strepitu, exa-
47 minante. † *Bald. in l.* 1 *C. comminat. & epistol.* vel cum alterâ litigantium parte familiariter conversante, eique sententiæ tenorem nondum publicatæ,
48 manifestante. † *Paris de Put. in d. vers. an si judex. num.* 26. cum silentium sit maxima justitiæ pars. *Idem in verbo Assessor. num.* 27. *vers. an potestas.* partes ad pacta & transactiones ineundas, cogente. *c. quia verò. novella ut liti juret, &c.* quæ pacta quoque per se nulla sunt, attestante Angelo: ibidem notoriè no-
49 centem pœnâ modicâ † absolvente, qui judex justitiæ proditor dicitur. *Paris de Put. d. loc. pag.* 519.

Sicut exemplum primum hujus indicii declaremus ex eâdem materiâ antecedenti: Cum Mantuanus, præses Concilii Tridentini, aliquanto pressius urgeret canones de residentiâ, nonnullaq; re aliâ reformandâ, minis &
50 truculentis verbis eidem rescripsit Papa, ut se penitus abstineret à votis. † *Pet. de Suav. in d. hist. lib. 6. pag.* 605. Porrò cum canones, de re sacramentariâ, aliquot sessione 4. publicarentur, præsules plurimi fuêre protestati, quorum vota non aliter, quàm voces moribundorum erant acceptata. *Idem lib. 2. pag.* 306. item quando translatio Concilii Romæ decerneretur, ut Tridento Bononiam transferreretur, Papâ annuente, Marco Vignerio aliud votante, rescripsit eidem Pontifex: ne sit ingratus erga Papam, quia paulò antè Episcopatum obtinuerat. Ille respondit, cum Deo non esse ludendum. *Idem lib. 2. in fine.* Papa Hispanos seditiosos appellavit eò, quod nollent consentire
51 in primatum Papæ. † *Idem lib. 6. pag.* 586. Idem scripsit Venetiis & Florentinis Episcopis, ne seriò urgerent decreta de residentia. *d. loc.* Episcopi aliarum nationum, decreta hæc paulò altius examinantes, ne in capitis periculũ inciderent, Tridento abiêre. *Idem d. loc. pag.* 620. quibus inde præter consuetum, libera migrandi est data potestas. *d. loc.* Jacobus Giberlus de Negveras, Episcopus Alliphiensis, in idem se conjecit discrimen, edisserens; blasphemiam esse mutare sacramenta. *d. l. 6. p.* 626. Joannes Baptista Castaneus, plurimiq; alii vota eorum acerrimè reprehenderunt, calicem pro Laicis desiderantium, dicentes, hæreticum hoc esse postulatum. *pag.* 655. Cum canones de Missâ, sessione 22. recitarentur aliter, quàm pars major votaverat, Episcopi 25. protestati sunt, sed nihil præstiterunt. *pag.* 672. sub idem tempus Papa scribit cõcilio, de potestate Papæ, differenti, quod nisi desisterent pp. cc.

con-

conculcare majeſtatem ſuam, fore ut ſeverius in eos animadvertat. *Idem pag.*
754. Idem pluribus Epiſcopis calicis reſtitutionem urgentibus dira minatus
eſt, juſſitq; in eos, tanquam † hæreticâ pravitate infectos, inquiri. *pag.* 809. 52
adeò ut F. Soto in concilio æger decumbens, & morti proximus, ſeriò per li-
teras admonuerit Papam, ut niſi reformationem admitteret, tolleretq; abu-
ſus Eccleſiæ, malè de ſuâ auctoritate tandem actum iri. *pag.* 813. Eadem mo-
ribundus ad Papam ſcripſit Mantuanus, Concilii præſes, *pag.* 788.

10. Indicium exoritur, quoties aſſeſſor vel ſenator viderit contra † fas 53
æquumq; procedere judicem, neque contradixit, vel ad minimum proteſta-
tus fuit. *Bald. in l. quoniam. C. de appell. l. omnes. C. de decur. Paris de Put. in tr.
Synd. in verb. Aſſeſſor. verſ. an poteſtas. num.* 12. Porrò ſi in patria quis aſſeſſo-
rem agit, quod † interdictum jure apparet. *l. conſiliarios. C. de aſſeſſ.* niſi ad mē- 54
ſes 4. & cum permiſſione principis. *l. ſi cui.* 58. *ff. quib. ex cauſ. major.* ne ſcili-
cet per gratiam vel concuſſionem jus dicat. *Paris de Put. d. loc.* De judice idem
conſtitutum apparet, quod tamen nulla obſervantia tenet. *l. 3. C. de diverſ. off.
lib.* 12. perinde eſt, ſi præſes judéxve cognoverit, imprudentiâ ſive dolo hallu-
cinari, prævaricari, aſſeſſores, neque impedivit injuſtitiæ curſum, cum pa-
rium idem ſit judicium *l. ſi ſocer. ff. ſolut. matr.* quanquam regulariter præſides
illiterati præſumantur, adeóq; parum ſagaces. *l. certi juris.* † *C. de jud. Paris de* 55
Put. d. loc. pag. 201. Ut idcircò aſſeſſoris ut plurimum relinquatur diſcretioni,
etiam partium jura, dum vota colliguntur, enixè diſputare, penſiculatè pon-
derare, & ſæpè ipſum factum, ex quo jus oritur, ſi mancum † & incertum vi- 56
deatur, fideli & accurato ſtudio vel ſolidare vel enervare. *c. cupientes. §. oppon.
de elect. l. Offidius. ff. de leg. 3. Bald. in l. 1. ff. de off. aſſ.* & nonnunquam præſide
indocto & imperito exiſtente, partes præſidis ſibi ſumere, † ne ludibrio & 57
ſibilationi exponatur S. Juſtitia. *argum. l. agentes. C. de agentib. in reb. lib.* 12.

Adde huic indicio, indicium non diſſimile, ut quoties judex vel præſes,
præter ſolitum, aſſeſſorum vota præterierit, vel in conſilium eos haud voca-
verit, quoniam præſes ejuſmodi † doloſus etiam dicatur, à corruptione vel 58
concuſſione non alienus. *Idem Paris de Put. in verbo Aſſor. verſ. an poteſtas.
num.* 27. idem de aſſeſſoribus præſidem excludentibus, judicium, indiciumq;
eſto, ubi niſi maturè ſuam interponat is authoritatem, aſſeſſorum unà coin-
quinatur iniquitate. *Bart. in l. convenerit. de re jud.* Hinc juris ætiologiæ tri-
tæ: Quod Aſſeſſoris iniqui conſilium non excuſet imperitia præſidis. Porrò
ſi partes quoque † convenerint tranſmittere acta ad conſilium, vel Acade- 59
mias, ut hodie accidit, ipſæq; † malè conſuluerint, judex non effugiat ſyndi- 60
catum. *Paris de Put. d. loc. in verſ. poteſtas. num.* 9. Præterea indicium præbet
reaſſumptio cauſæ ſub aſſeſſoratu, quam antea advocatus defenderat vel op-
pugnaverat, ſcilicet cui ſe amplius immiſcere, probroſum appareat. *l.* 36. *ubi*

Dd.ff de R.J. & l.prætor.ff.de jurisd.l.fin. de divort. Paris de Put. d. loc.num. 11. atque tantum de indiciis corruptionum quoad judices.

61 11. Concussiones militares † infinitæ sunt, eorumq; argumenta & indicia, [1] si incerto Duce gregatim coëunt, migrantq;. *constit. Ferd. recess. August. de anno* 55. §. So haben wir/ ꝛc. & *recess. de anno* 59. §. Damit dann hinfüro/ꝛc. *ordin. Camer. p.2. tit.*15. quos ipso jure bannum imperii incurrere, referunt ac disponunt dd. recess. [2] Si in circulum aliquem Imperii haud salutato ejus Duce transeunt, collectis ilicò copiis, repellendi, trucidandi, *d.* §. So haben wir/ ꝛc. [3] Si absque omni patentâ, uti ajunt, vel diplomate se ingerunt & intrudunt. *dd. recess.* [4] Si Dux, quem nominant, non jus belli ha-
62 bet, cum nedum Imperator, sine † authoritate Imperii procerum, jus belli exercere jure possit, contra membra & viscera S. R. Imperii. *recess. Imp. de anno* 1541. §. Daneben. *ibi*: Zu einer eilenden Hülff vnderthäniglich bewilliget. & §. Wiewol. *ibi*: So haben sie doch vns vnd vnserm lieben Brüdern/ dem Römischen König/ zu vnderthänigstem Gefallen/ ꝛc & *recess. Spir. de anno* 1542. §. Vnd wiewol/ ꝛc. & *recess. de anno* 1566. §. Wir wollen/ ꝛc. [5] Si causa belli est injusta, etenim in acie versari, & manum cum hoste, sine causâ justissimâ
63 conserere, immane quiddam & beluarum † simile est, imò justi belli est causa justa. *Jud.* 15. *vers.* 3. quæ caput bonæ spei dicitur, occultâ & quâdam vi internâ militem ad triumphales terras deducens. *Lips.* 5. *polit.* 5. juxta illud:

Frangit & attenuat vires in milite causa,
Quæ nisi justa subest, excutit arma pudor.

Justa causa autem quænam illa sit, describitur *recess. Imp. Ratisbon. de anno* 1532. §. Vnd damit solcher. *ibi*: Zuforderst Gott dem Allmächtigen zu Ehren/ vnd Handhabung vnsers Christlichen Namens. *recess. Spirens. de anno* 1542. §. Vnd dieweil nun. *ibi*: Auch zum Schutz vnd Schirm vnsers gemeinen Vatterlandes Teutscher Nation/ vnd vnser aller Freyheit. & *recess. Norib. de anno* 1544. §. Weiter vnd nach dem/ ꝛc. vide omninò *infrà cap. de latrocinio.* [6] Si bello cœpto arma cœperunt converti in innocentes, cum magistratum pium æquè subditorum sanguini, uti proprio cruori parcere deceat. *Senec. Epist.* 89. nempe ne cædes in seditione mutentur, ipseq; Dux propriâ juguletur hastâ, cogaturq; cum Xerxe lamentari, sedente in navigio exiguo, quem paulò an-
64 te vix † æquot omne capiebat, carente servorum ministerio, cujus exercitus antea propter multitudinem terræ graves esse videbantur. *Justin.* 2. *histor.* [7] Si disciplinæ militares negliguntur, nam si ullorum hominum, certè militum vita ac mores arctiorem severioremq; desiderāt disciplinam. *Lath. de cens.* 3. *c.* 24. *n.* 31. quâ spretâ nihil nisi excursionis, deprædationis, & cōcussionis superest. *Idem d.l.* 3. *cap.* 8. [8] Si militiam deserunt, aliisq, excessibus inquinati, non ut pugnent, sed ut expugnent patriam, castra sequuntur, unde pridem concussiones, deinde quævis scandala nasci solent. *Paris de Put. in d. tr. Synd. de excess.*

excess. milit. vers. excedunt. [9] Si vicatim incertis sedibus vagantur, ac colonos miserè divexant. *inde recess. Imp. de anno* 1555. *§.* Und damit angeregte. *l.1.& 2. C qu. liceat unic. fin. jud. se vind.* ubi statuitur licitè occidi posse à quovis, hoc hominum genus. *Gail. 1. de p. p. cap. 4. num. 38. & cap. 16. num. 26.* [10] Si singuli minantur, nam quod concussio etiam à personâ unicâ ac privatâ committi possit; extra dubium situm esse apparet. *gloss. in l.1. in verbo ablatum, in vers. & quandoq;. & ibi Bart. in vers. vel etiam ff. de concuss. Prosp. Farinac. p.1.q.111. art.3.n.46.*

12. Deniq; corrupti testis indicia sunt. [1] si testis occultat veritatem, dicens fortè, se non recordari, se † nescire, cum tamen reverà recordetur, 65 probe sciat acta, de quibus quæritur. *c. 1. de crim falsi. Bald. in l. presbiteri. n.6. C de Episc. & Cler.* [2] Si per obscuram dubiamq; responsionem deponit. *Angel. in l.19 ff. de ll. Sucin. in l.1. num. 9. ff. de reb. cred. Mars. in rub. C. de probat. num.379.* [3] Si rationem dicti sui reddere nequeat, † nec velit, putà interro 66 gatus de ratione. *gloss. Salyc & Dd. in l. 4. Cod. de testib.* modò objectum par subsit, quandoquidem nedum de omni facto testis rationem reddere cogatur, ut de factis iis, quæ sensu corporeo percipiuntur. *Bart in d.l.4.* uti nec in causa inculpatæ titulæ. *Idem consil. 15. incipit quidam Masiolus. Bald. in d.l.4. num.11. Sichard. ibid. n.4.* peritia vel artis, nam periti non coguntur reddere rationem scientiæ. *Bart. in l. de atate 43. num. 9. ff. de minor.* Possessionis, scilicet quæ cadit sub sensum corporis, qui est visus. *Salyc. in d. l.4. Innoc. in c. cum causam. num.3. ext. de testib.* aliarumq; attestationum, sub aliquem certumq; sensum hominis cadentium, ut cum deponitur de colore, gustu, visu, auditu, tactu. *Prosper Farinac. in tr. de testib. lib.3. tit.7. quæst. 70. cap.3.* [4] Si testis contumax est, nec comparere & deponere velit, per regulam: Quod de contumace † regulariter deterius præsumatur, fingaturq; sæpenumerò id subesse, quod detectâ rei veritate non subest. *Bart. & Dd. in l. de ætate. 11. §. qui tacuit. ff. de interr. act. Jason in l si prius. nu.13. ff. de op. nov. nunc.* Est equidem contumacia † grave delictum, usque adeò, ut non pauci ex nostris contumaciæ 68 pœnam usq; ad mortem extendendam statuerint. *Menoch. de arb. qq. cas.280.* Sic testis in forma † solita jurare recusans, suspectus est nec recipi debet. *Gylman. in decis. Camer. pag.339.* [5] Si testis sese offert, ingeritq; se testimonio dicendo. *argum. l.36. ff. de R J. l. 9. §.1. ff. ad L. Aquil. Pecc. de reg jur. reg.19.* qui in dolo versari à quibusdam non inconvenienter dicitur. *Pecc. d. loc. num.5.* nec sine culpa manet, parte etiam non opponente, cum officium judicis sit † re- 70 primere testium calumnias, nec admittere perjuria præsumpta, eorumque infernales hominum voces & jactantiæ: juravimus linguâ, at mentem injuratam, non vulneratam retinuimus. *in discurs. contr. Ungersd. pag. 38.* [6] Si familiares, domestici testificantur. *Par. de Put. in verb. test. vers. an famil. Farin. lib.2. de test. tit. 6. q. 62. & seqq.* modo ne aliter possit haberi † veritas fa- 71

ctorum domesticorum. *l.2.C.quand.& quib. quart. pars. Salyc. in l. ea quidem. num.13.C.de accus.text. ubi Cujat. in exposit. Novell.5.cap.3.* vel ubi innocentiæ causa ventiletur, uti jure expeditum est, fratrem pro fratre admitti posse contra fiscum. *Par. de Put. d. loc. num.3. Spec. de inquis.* §.1. *vers. sed numquid.* & cautela specialis hac de re traditur, ut dominus volens actum aliquem probare, non probaturus eundem, nisi per domesticos, & famulos suos, domesticos dimittat, licentietque productionis tempore, per regulam: Quod probationis materia sit summè favorabilis, multaq; subinde concedantur, aliâs haud concedenda, vel quod fraus legi nec homini fiat, parare sibi probationes. *l. at qui naturâ.* §. *cum me absente. ff. de negot. gest. Paris de Put. d. loc. num.5.* modone, subjungit, domestici in continenti redeant in familiam producentis. *Bart. in l. vir mulieri. ff. de don. int. vir. & uxor.* 7. Si testes pauperes vilesque producuntur, cum verisimiliter testes idoneores, ditiores, honestiores, produci possent. *gloss. in l.3. ff. de testib. Farin.2. de test. tit.6.q.57.n.3. Mascard. de probat.2.concl.*1003. & 1155. *nu.*32. quem verbotenus refert *Farin. d. loc. ibi:*
72 frequentius accidit, † ut pauperes corrumpantur, quàm divites. Et ideò JCtus, dum testi pauperi fidem diminuit, secutus est id, quod frequentius accidit, non id, quod rarò. Igitur cum hæc ratio præsumptæ falsitatis & corruptionis generalis sit, sive pauper de se examinetur, sive etiam in concursu aliorum, idcircò utroq; casu & generaliter eum testem integræ fidei, & non omni exceptione majorem indubitanter tenens. &c. & *Ruin. consil.*347. *lib.*5. *Farin. ibid. num.*70. *ibi:* vilitas juncta paupertate non solum testis diminuit fi-
73 dem, sed & facit eum reputari corruptum. Paupertas autem probanda est † per adversarium, qui eandem allegat, nec sufficit, neque evacuat probationem, quandoquidem in interrogatoriis de paupertate testis quæsitus, respondeat se esse pauperem, cum tamen pauper non sit. Per juris ætiologiam:
74 Quod mendacium † in fraudem testimonii non officiat veritati. *Dd. in c. veniens. de testib. Farinac. d. loc. num.*89. 8. Si mulier producitur, quæ uti avara, mollis & fraudibus activè & passivè exposita, nec non corrupta testis præ
75 cæteris † præsumitur, juxta illud: γυναικὸς ὀμνυούσης, γελᾷ ὁ θεός: Si mulier jurat, cœlum ridet. Et recitatur fabula, mulierem quandam cum filio juxta Nili ripam deambulasse, cui Crocodilus filium abstulerat, redditurum se dicens, si verum mulier diceret; tum illa negavit fore, ut verum diceret, atque ob id æquum ajebat reddi, cum vera dixisset. &c. *Quintil.5.cap.15.* Nec id muliebre vitium latuit Imperatorem, *ait Tiraquell. de ll. conn. lege 9. gloss 1. nu.55. in authent. de nupt.* §. *quæ verò. ubi adserit,* quod in mulieribus perjurium
76 omninò sit promptum. Ideoque illic legem Juliam Miscellam † abrogat, quæ à mulieribus quoddam juramentum exigebat. Et in eandem rem, ait, est textus *in authent. ut sine probib. matr.* §. *quia.* ubi cum Imperator compertum haberet, mulieres pejerare toties, quoties jurejurando quicquam adsererent

vel

vel pollicerentur, quo perjurii tollatur occasio, constitutionē priscam sustulit: idque inde, ne cum præsumptio verisimilis aliquem pejeraturum subest, quis temerè ad juramentum admitteretur. *c. clericos. ext. de cohab. cler.* Hinc est, quod à Clerico non † debeat exigi jusjurandum, quod nolit redire ad 77
pellicem, ratio est: Quia tale juramentum propter carnis fragilitatem minimè servabit. *Dd. in d. c. clericos. Panorm. in c. quæstioni. ext. de appell. Joan. Nevi*ʒ*. in Sylv. nupt. c. 1. an sit nubend.* Cum itaq; *ait Tiraquell. d. loc. n. 56.* mulieres sint ejusmodi, nullaque res magis repugnet fidei, quàm mendacium, dolus, perjurium, corruptio, & quæ alia, rectè placuit, fœminis ob id duntaxat, quod sint fœminæ, indiscretè juramenta haud deferenda, utplurimum verò, quod corruptioni sint regulariter obnoxiæ: nisi in casibus † specialiter 78
exceptis. 1. Si aliter veritas haberi nequeat. *Joan. And. ad Spec. de test. §. 1. n. 83. Felin. in c. quoniam de testib. vers. sed ipsum.* 2. in causa inquisitionis & denunciationis. *gl. in c. tam in literis. in verbo, fœmina. ext. de testibus. & in c. forus. in fine, in verbo, non fœmina. ext. de V. S.* 3. in criminibus exceptis quoq; fœmina testis recipitur jure canonico. *c. tanta. c. per tuas. ubi gloss. & Dd. ext. de accusat.* 4. in causis, casibusq; omnibus, ubi testes viles & infames recipiuntur, *gloss. in c. mulierem. in verbo, nec testis. 33. q. 5.* 5. in causa defensionis & probandæ innocentiæ reorum. *Alex. consil. 5. volum. 3.* 6. in causis ubi agitur ad privationem beneficii. *c. tam in literis. ext. de testib.* 7. in causis matrimonialibus. *c. mulieri. ext. de jurj.* 8. in causis † indiciorum. *Dd. in c. quoniam. ext. de testib.* 79
& præsumptionum causæ criminalis, *ibid.* 9. Et quanquam in causa feudali, civili & testamentariâ omninò nō recipiatur, admittitur tamen in codicillis. *gloss. in l. qui testamento. §. mulier. in verbo, non poterit. & ibi Bart. ff. de test.* 10. nec non testamento inter liberos solos condito. *gloss. in authent. quod sine. C. de test.* 11. In piis causis mulier testificatur. *Bald. in l. 1. n. 9. C. de sac. Eccles.* 12. in testamento militis. *gloss. in §. testes. Instit. de test.* 13. & tempore pestis facto elogio postremo. *Duenn. reg.* 314. 14. in declarando testamento, quoad mentem testatoris ambiguam. *Oldr. consil.* 297. 9. Indicium exoritur ex quocunque lucro vel commodo, quod percepit vel adhuc sperat testis. *Hostiens. & Dd. in c. 1. ext. de testib. Farinac. latè de testib. 3. quæst. 67. §. 7. tit. 7.* 10. teste unò corrupto, præsumuntur cæteri quoque corrupti. *Ruin. consil. 36. num. 9. lib. 4.* imò quævis corruptio ex indiciis arguitur & demonstratur, scilicet quæ rectà vix possit probari. *Guid. Pap. consil. 75. Mascard. de probat. 3. concl.* 1340. ubi obiter hæc scitu necessaria addam: Quod in casu † difficilioris probationis, 80
uti hîc, & probando mandato, nec non similibus causis indicia plura imperfecta, etiam in genere suo non perfectè probata, rectè conjungātur ad faciendum unum, idque sufficiens quæstioni indicium. *Gabr. 1. de probat. concl. 1. n. 23.* Quò spectat demum ætiologia illa:

Et quæ † non prosunt singula multa juvant. 81

l.cum scimus. C. de agric. & censit. Farinac. vol 4. 1. *consil.* 56. *num.* 2. nam etsi ad condemnandum reum non præstat hæc regula, in materia indiciorum tamen maximi est momenti, ubi indicia generalia & leviora, uno forsan juncto indicio speciali, quæstionem meritò producunt. *Bald. in l. quicunq. n.25. in* 8. *notabili. Cod. de serv. fugitiv.* & alibi dicitur: Quod levia indicia plura constituant unum indicium grave. *Bart. in l. fin. 6. ff. de qq* vel ad minimum duo indicia leviora. *Boss. in loc. de indic. num.* 71. *BertaZ. consil.* 113. *num.* 8. *lib.* 1. Accipienda verò hæc sunt ejusmodi moderamine. 1. ut indicia singula per se doceantur, probentur, concludenter & perfectè, sic enim regula illa propriè est audienda: Et quæ non prosunt. &c. *gloss. in l. fin. C. famil. ercisc. Blanc. de indic. num.* 46. *Osasc. decis. Pedem.* 79. *num.* 16. *Bart. in l. fin. num.* 7. *ff. de qq.* 2. Porrò quoq; in genere probanda sunt indicia, non obstante priori sententiâ Gabrielis. *Bald in l. si quis ex argentareis. num.* 4. *ff. de edend. Carr. in pr. crimin. tr. de ind. & tort. §. quæ autem. num.* 5. non tàm specialia, quàm generalia & remota, cumprimis delicto propinqua, ad finem eundem tendentia, (unumque per aliud) declarantia, inferentia, concludentia. *Blanc. de ind. d. loc. num.* 366. *Fa-*

82 *rinac. d. consil.* 56. *num.* 7. Sed an † pœnitentiâ corruptio aboleatur, quærî solet? *Farinac. de test. d. loc.* nihilominus inde indicia remanere statuit, quoad casus similes: neq; enim est facilis naturæ sceleratæ mutatio. *Tiraquell. de pœn. caus.* 51. *num.* 18. *& seqq.* In genere autem pœnitentia, quâ crimen committendum omittitur, in eâ causâ est, ne reus pœnâ ll. plectatur, nisi impedimento facti, ne delinqueret, revocatus esset à *προαιρέσει*. *Farinac. de homicid. q.* 129. *tit.* 19. *p.* 2. post consummatum flagitium pœnitere demum nihil ad pœnæ re-

83 missionem confert. *l. qui ea mente. ff. de furt.* nec enim fur † furtivam rem restituens domino, inde pœnam evitat ordinariam, *d. l. qui ea. & l. non prodest. ff. de vi bon. raptor.* Audiendi non sunt, qui adserunt, purgari inde affectum delinquendi, quasi fur præsumptus non id machinatus fuerit, rem animo furtivo contrectandi, sed saltem domino fors annuente, eam ad tempus usurpandi: protestatio equidem facto contraria in nullo penitus furem relevat. *Farinac. d. loc.* Sed tantumquoque ad L. Juliam repetundarum.

CAPUT

CAPUT XXV.

DE ANNONA EX L. IVLIA.

SUMMARIA.

1. *Quot modis rei ex hac L. Iulia de annona teneantur?*
2. *Privilegia publica derogant privilegiis privatorum.*
3. *Privilegium non debet fovere ansam delinquendi.*
4. *Mulcta est quinq; auri librarum ejus, qui obreptitiè privilegia impetrat.*
5. *Qua incommoda producat annona caritas?*
6. *Quo respectu annonæ flagellatores coërcendi?*
7. *Respectu sociorum, delicti sæpè gravior constituenda est pœna.*
8. *Directo & obliquo modo committitur in l. hanc Iuliam.*
9. *Illi principes maximè florent qui curam habent, ne egeni supprimantur.*
10. *Principes Dardanarii morte immaturâ perire solent.*
11. *An pœnitentia habeat locum in hoc delicti genere?*
12. *Dardanarii unde dicantur?*
13. *An libri dardaniorum aliquam mereantur fidem?*
14. *De edendis codicibus usurariorum.*
15. *Heredi adserenti nihil in hereditate fuisse, præterquam quod in inventar.o descriptum est, creditur, donec contrarium probetur.*
16. *In causis publicis ubi judici vel parti edendus est rationum codex, non creditur soli adsertioni referentis..*
17. *Iuramentum in litem habet actor in hâc causâ.*
18. *Monopolium quid?*
19. *Quanta incommoda invehant monopolia in rempub?*
20. *Quale officium præfectorum annonæ?*
21. *Qui modus optimus sit annonæ comportandæ?*
22. *Cura præfectorum annonæ quæ?*
23. *Multi populi propter annonæ defectum reliquerunt patrios lares, inferentes exteris bella.*
24. *Gravitas annonæ, est mater seditionis, proditionis.*
25. *Æternum nomen sibi comparabit princeps, si annonam gratis confert subditis, necessitatis tempore.*
26. *Historia de Troilo jucunda recensetur.*

DE annona, ex lege Juliâ, tenentur, qui societatem inierunt, vel quovis pacto & modo effecerunt, quò carior ea fieret, vel intervertetur. *l.2. §. 1. ff. de L. Julia de annon.* ut cum † quis navem nautámve retineat, currum aurigámve impediat, vel dolo malo faciat, quo magis detineatur, uti ait textus *d.l.2.§.1.* Porrò qui frumentum vilius cariúsve emat vel vendat, quàm annona exigit. *l.3. ff. eod.* item qui vicarius vel rector provinciæ adhæc connivet, vel tributariis nonnihil annonæ remittit, qui quodcunque remiserunt, de facultatibus propriis resarcire & inferre tenebuntur. *l.4. C. de annon. & tribut. lib. 10.* Planè qui in fraudem rei annonariæ rescripta illicita, per sub & obreptionem impetrant. *l.6. C. eod.* quoniam obsistere commodis publicis & statutis necessitatibus nedum dignitatum privilegia possunt. *l. 10. C. eodem.* necessitas quippe telum durum est, & acutum admodum, nulli parcens privilegio. *l. un. ff. de off.*

ff. de off. proconsul. ubi gloss. in verbo expedire. *l. 1. ff. de fund. dotal. l. alienatio-*
2 *nes. ff. fam. hercifcund.* & vulgò dici solet, quod † privilegia publica tollant jura & prærogativas privatorum, & privilegia per fraudem data, nullius sint momenti. *l. 2. C. de Sacrosf. Eccles. l. nec damnosa. C. de precib. imp. offerend.* scili-
3 cet † ne privilegium privatum delinquendi ansam præbeat, *d. l. 2.* aliâs impe-
4 trans privilegium † obreptitiè, & quod nocet reipublicæ, quinque auri librarum mulctâ coërcebitur. *l. nullus ex his. C. de divers. off. & appar. lib.* 12.

Annonæ ex l. Julia reus regulariter 20. aureorum pœnâ mulctatur. *l. 2. in fine. ff. h. t.* nonnunquam plectitur gravius, pro admissi atrocitate, & insequente necessitate & calamitate publicâ invectâ. Quæ enim ex annonæ defraudatione, & quò ea carior vel rarior esset, fraude, & publica & privata resultant incommoda, vix eloquio, nedum scripto proferri, exaggerative po-
5 test. Annonæ caritas † seditionem, quâ nihil periculosius, ingenerat. *Tac. 6. Ann. Scot. num.* 50. *Idem lib. 4 hist.* Ex inopiâ proditio, & fluxa servitiorum fides, ac fortuita belli speranda. Anno 1590. tanta annonæ vis Italiam occupavit, ut Decreto Pontificis, 18. unciæ panis in singula capita tãtum distribuerentur: ad extremum, 8. saltem unciæ erogatæ, quod priusquam expenderetur annonæ rarioris; populo ablata suntarma, non enim citra seditionem id fieri posse existimabatur. *Lather. de censf. lib. 3. cap. 7. num.* 14. Annonæ penuria famem, quâ nihil intolerabilius, furta & latrocinia, *Bodin. de rep. lib. 6. Joseph. de bell. judaic. passim.* nec non bella, quorum fames soror est, accersit, *Lather. d. loc. num.* 22. exhaurit privatorum opes, eorumq; res ad restim adigit, expugnat castra & fortalicia munitissima. Cum enim Anaxilao exprobraretur Bizantii deditio, respondit; Se eo usq; pugnasse, cum adversus hostem pugnandum esset, postquam verò non cum hominibus, sed cum naturâ (famem subintellexit) certandum, deditionem se fecisse tandem. *Pezel. part. 3. post. Mel.* Hinc tyranna dicitur egestas. *Bodin. d. lib. 6. ibi:* principem prodigum egestas, egestatem extrema tyrannis. Quis Nerone & Caligulâ prodigalior, quis utroq; crudelior? hunc tandem egestas adegit, ut stipem mendicare cogeretur. *Bodin. d. loc.* Maximiliano adhuc juveni, Friderici Tertii filio, annonâ, in arce Viennensi, præ dominante, perdicem petenti à matre Leonora, respondit submœsta mater, utinam, mi fili, panis nos non deficiat. *Cuspin. in Max. pag.* 485. Denique caritas annonæ desperationem, & quævis dira & horrenda, præter naturam, inducit, quam ensem acutissimum appellat *Bald. in l. pactum. col. fin. Cod. de pact. ego in lect. meis feudal lib. cap.* 8. *Liv. lib. 4. cap. 12.* Spe amissâ, *ait*, potius, quàm ut cruciarentur, trahendo animam, capitibus obvolutis se in Tyberim præcipitârunt. *Pet. Roiz. in decis. Lituan. decis. 3. num.* 260. *Joan. Zonoras tom. 3. annal. pag* 130. *ibi:* tot peribant, annonâ deficiente, ut sæpè multi in uno lectulo efferrerentur, multi in biviis insepulti jacerent. Hisce ita constitutis ambigendum non est, quin annonæ flagellatores,

res, annonæ intervertores, severiori sint plectendi pœnâ: Distinguendum verò erit; Utrum per proditionem, ut siquidem Dardanarius in gratiam hostis annonam evexerit, vel sublevando inopiam adversariorum, vel spoliando suos annonâ, quò facilius ab hostibus corriperetur, annonæ reus sit, vel lucri privati ergò annonam † flagellaverit? Quoad illum respectum læsæ Maje- 6
statis supplicium obtinebit, *l. 11. l. 4. ibi:* cujus operâ, dolo malo, hostes populi Romani commeatu, armis, telis, equis, pecuniâ, aliâve quâ re adjuti erunt, &c. Quoad hunc pœna communis, modóne quid majus intercedat, cur pœnam lege civili statutam quoq; exasperari oporteat. Quanquam enim in arbitrio non sit judicantis, remittere vel augere pœnas. *l. 1. §. 1. ff. ad SCtum Turpill. c. de causis. ext. de off. deleg. & c. licet. junctâ glossâ. de pœn.* facti quidem quæstio in judicis hæret arbitrio, pœnæ persecutio autem non ejus voluntati mandatur, sed soli legis autoritati reservatur, *d. l. 1. & l. ordine. 15. ff ad munic. & l. si operis. 14. Cod. de pœn. l. 244. ff. de V. S.* adeò ut judex pœnam lege definitam augens, pœnæ augmentum ipse sustinere cogatur. *l. 7. §. 3. ff. ad l. Jul. repetund.* quem textum Baldus extollit & mirabilem esse clamitat, *in l. 1. col. 4. vers. & adverte. C. ex delict. defunctor. in q. hered. conv.* & alibi dicitur: Quod judex sine indiciis & probationibus justis, vel reũ quæstioni, vel pœnæ subjiciens, homicida sit, nec pœnam legis Corneliæ evitet. *Idem Bald. in c. 2. de re judic.* attamen dubius nemo erit, ut quoties facti adjuncti atrocitas scandalum involvat, faciatque scelus commissum detestabile, & communi voto expiandum, gravius, graviori id perinde sit coërcendum vindictâ: Qui enim in publicum peccat dispendium, uti magis magisque delinquit, quàm qui privatum solummodò prævaricatur nefas *l. 21. ubi in singulari tract. just. Gobler. & l. 28. ff. de pœn.* quò spectat, quod vulgò circumfertur: justitiæ, non severitatis esse exemplum, scandalo vel atrocitate delicti præponderante, severiores † quo- 7
que posci pœnas in eodem delicti genere, ut cum fur, adulter, ad patranda flagitia socios adhibuerit ætate molles & teneros, curator vel præceptor discipulos. *Dd. in l. 1. ff. de extraord. cognit.* quemadmodum non pari pœnæ acerbitate puniuntur fures quivis, raptores virginum, stupratores puellarum quarumvis, respectu scilicet familiæ vel parentum, quibus flagitio patrato nec minus infertur malum: unde expiandum erit maleficium, pœnæque cum delictis commensurandæ. *l. sancimus. C. de pœnis.* Sicuti annonæ flagellatores non in unum eundemq; delinquunt, non defraudant unum alterúmve, sed sæpè & vulgariter totam rempublicam, aliquando collegium, societatem, vel negotiationem: Sic pœnæ etiam pro diversitate objectorum distribuendæ sunt, sive retinendo mulctam. *ex l. 2. h. t.* vel in corpus sanguinemq; delinquẽtis grassando; uti modo dictum extat. Hinc Princeps quidam inferioris Saxoniæ Dardanarios aliquot ultimo affecit supplicio, & ex desperatione mor-

tuorum cadavera publicè cremati jussit: referente Lathero *de censf. lib. 4. cap. 7. num.* 81.

8 Committitur autem annonæ reatus † directò in rempub. vel obliquè, in privatos. Hoc pacto committitur: ut cum quis 100. nummum uncialium in centum modios hordei prænumeravit, tempore messis exsolvendi, tempore contractus autem modius ultra thalerum non æstimabatur, quem quidem promiserit emtor, post messem verò modius constat trium vel quatuor thalerorum, quod pactum odiosum est, & in annonæ reatum cadit. Ecquis conjicere hic nequit, anne non sit sub prætextu contractus legitimi, ait *Lather. d. c. 7. num.* 70. vel titulo emtionis inopum ruricolarum facultates, artificiosis, sed reverà fraudulentis & detestandis artibus absumi, eosq; ad extremam mendicitatem redigi, ut præ illis Judæi sint tolerabiliores, quorum aliàs fallere proprium est quarto modo. *Gail. 2. pract. observ. 33. num. 7.* juxta illud:

Ut damno absq; caper nunquam retinetur in horto:
Sic nec Judæus sine damno in plebe fovetur.

Fieri aliter nequit, (*subdit ille*) quin rustici, cum annonæ flagellatoribus & propolis, ad prædictum modum contrahentes, paucorum annorum intervallo, boves, agros, prædia distrahere, imò ad luctuosissimum cessionis bonorum beneficium transilire necesse habeant. Extat hac de re *reform. polit. de anno* 1548. *tit.* von Verkauffung der Frucht im Felde/ *ibi*: Setzen vnd ordnen wir/ daß männiglich dem armen Mann in der Noth/ vnnd damit er seine Güter desto statlicher erbawen/ vnd sonsten mit anderer Notturfft sich erhalten möge/ auff Wein/ Frucht vnd anders/ vmb den gemeinen Schlag/ Werth vnd Kauff/ wie die zur selben Zeit sind/ oder gemacht werden/ fürzustrecken vnd zu reichen vnverbotten seyn/ wo aber anders dann ich obvermeldt/ gehandelt/ vnd hierin einiger Vortheil/ Argelist/ Gefahr oder Betrug gebrauchet/ So wollen wir hiemit ernstlich/ daß solcher Abkauffer oder Außleiher/ die Hauptsumm verlohren/ vnd dazu von der Obrigkeit/ nach gestalt vnd gelegenheit der Sachen/ gestraffet werden soll/ rc. *adde constit. Rudolph. II. in ord. polit. Francof. de anno* 1577. *tit.* von Verkauffung der Frucht im Felde/ rc. Deplorandum sanè, constitutiones ejusmodi, suffragiis Imperii Ordinum tàm sanctè, juratò decretas, nullibi locorum observari, & quod deterius, à Statibus quibusdam sæpenumerò indulgeri privilegiis, non dicam sacrilegiis, avaritiæ & malitiæ privatorum, unde non nisi afflictiones & meræ subditorum eviscerationes prorumpere solent, & aliquando ipsorum principum interneciones immaturæ. Mihi quidem res humanas proprius intuenti, ait *Bodin. lib. 6. pag. mihi* 1046. nullæ familiæ, nulli principes, nulla imperia opibus ac victoriis †
9 floruisse videntur, quàm quæ maximam egentium ac tenuium curam habuerunt: Ergo, qui curam & tutelam ejusmodi non tàm rejiciunt, quàm palàm in viscera

in viscera tenuiorum grassantur, decoris sui flore magis † magisq; privabun- 10
tur. Et quod turpissimum siquidem pastores in lupos conversi, annonæ ca-
ritate flagellant & comedunt carnes subditorum. Sic Alphonsus, Rex Nea-
politanus, olei ac frumenti, quicquid in regnis suis proveniret quotannis,
priusquam maturuisset, viliori sibi comparavit precio, & si fortè propter re-
rum copiam precium remitteretur, coacti tamē sunt subditi, ad præscriptum
Regis, eadem reluere ad necessitatem, titulo emptionis venditionis. *Bodin.*
d. loc. Comm. 2. de bell. Neap. pag. 787. Sed qui exitus tantæ rei? interiit mox
stirps Alphonsina. Sic Anton. Leva, militiæ Dux, & Præfectus Mediol. Car.
V. prohibuit seriò, ne quis civium triticum moleret, aut panem penes se fa-
ceret, quem coëmere fuit compulsus à ministris præfecti, quo pacto panes
pro arbitrio pluris vendidit, unde tandem magna fames & hominum strages
subsecuta est. Sed quorsum familia illa? reliquæ ejus modò panes ostiatim
quærunt. Darius mercimonias ejusmodi exercuit, quem Persæ mercatorē
appellarunt, *Herod. in Artaxer. Bodin. lib. 6. de rep. cap. 2.* cujus obitum tragi-
cum describit *Justin. lib. 11. in fine.* Quocirca Tullius eos, qui ab aliis emunt,
quò carius vendant, sordidos appellat. *lib. 3. offic.* In principe minimè feren-
dum est, *ait Bodin. d. loc. pag. 1017.* ut subditos exportare frumenta, resq; ve-
nales prohibeat, quibus ipse quæstum faciat, tum plus etiam ac fœdius vili pre-
cio mercari à subditis, ut eosdem carius res emtas emere cogat, &c. multò
minus in subditis ferat princeps subdolam, unde annonæ caritas inducatur,
negotiationem, conscios sociosq; criminis, necnon institutores ac ministros,
quousque fraudis & commodi facti fuerunt participes, ordinariâ affecturus
pœnâ, non secus, ac qui ope & consilio juverunt furem, ad perficiendum fur-
tum. *l. 53. ff. de V. S. §. 12. ubi Dd. Inst. de oblig. quæ ex delict. nasc.* ad contrectan-
das res alienas. *l. 50. §. 3. ff. de furt.* Aliàs conatus, studiumq; flagellandi anno-
nam, non parit pœnas, nedum statuto-stante, quod evehens & coëmens
frumenta in fraudem annonæ, plectatur: siquidem intra portas adhuc te-
neat annonam, nec exportaverit vel evexerit. *Bald. in l. si fugitivi. col. 2. C. de*
serv. fugit. & in l. cum propon. ubi Salyc. C. de naut. fœn. Quin quod falsæ mo-
netæ percussor, si non formasset, suffragio justæ † pœnitentiæ, legis Corne- 11
liæ pœnâ absolvatur. *l. 20. ff. ad L. Cornel. de fals.* perindè in causa veneficii, ut
siquidem ex veneno propinato nemo perierit, responderunt, quos refert.
Roiz. *in decis. Lituan. decis. 3. num. 60.* quod tamen absolutè & *ἁπλῶς* capien-
dum non est, quantumvis jus municipale vel statutum, nullam pœnam, nisi
maleficii consummati, infligat. *Idem d. loc.* Sanè res mali exempli, & noxa
scandali plena clamitat, non absolvendos conatu reos quoslibet esse, præser-
tim quoad delicta excepta, in quorum numero est veneficium inter alia. Ve-
neranda ac severa vetustas, ne quid scandali vel pœnæ superesset, in res quoq;
inanimatas statuit vindictam, uti videre est ex Suida, *referente Budæo in*

 annot.

Dd.ff de R.J. & l.prætor.ff.de jurisd.l.fin. de divort. Paris de Put. d. loc.num. 11. atque tantum de indiciis corruptionum quoad judices.

61 11. Concussiones militares † infinitæ sunt, eorumq; argumenta & indicia, [1] si incerto Duce gregatim coëunt, migrantq;. *constit. Ferd. recess. August. de anno* 55. §. So haben wir/ ꝛc. & *recess. de anno* 59. §. Damit dann hinfüro/ ꝛc. *ordin. Camer. p.*2. *tit.*15. quos ipso jure bannum imperii incurrere, referunt ac disponunt dd. recess. [2] Si in circulum aliquem Imperii haud salutato ejus Duce transeunt, collectis ilicò copiis, repellendi, trucidandi, *d.* §. So haben wir/ ꝛc. [3] Si absque omni patentâ, uti ajunt, vel diplomate se ingerunt & intrudunt. *dd. recess.* [4] Si Dux, quem nominant, non jus belli ha-
62 bet, cum nedum Imperator, sine † authoritate Imperii procerum, jus belli exercere jure possit, contra membra & viscera S. R. Imperii. *recess. Imp. de anno* 1541. §. Daneben. *ibi*: Zu einer eilenden Hülff vnderthäniglich bewilliget. & §. Wiewol. *ibi*: So haben sie doch vns vnd vnserm lieben Brüdern/ dem Römischen König/ zu vnderthänigstem Gefallen/ ꝛc & *recess. Spir. de anno* 1542. §. Vnd wiewol/ ꝛc. & *recess. de anno* 1566. §. Wir wollen/ ꝛc. [5] Si causa belli est injusta, etenim in acie versari, & manum cum hoste, sine causâ justissimâ
63 conferere, immane quiddam & beluarum † simile est, imò justi belli est causa justa. *Jud.*15. *vers.*3. quæ caput bonæ spei dicitur, occultâ & quâdam vi internâ militem ad triumphales terras deducens. *Lips.*5. *polit.*5. juxta illud:

Frangit & attenuat vires in milite causa,
Quæ nisi justa subest, excutit arma pudor.

Justa causa autem quænam illa sit, describitur *recess. Imp. Ratisbon. de anno* 1532. §. Vnd damit solches. *ibi*: Zuforderst Gott dem Allmächtigen zu Ehren/ vnd Handhabung vnsers Christlichen Namens. *recess. Spirens. de anno* 1542. §. Vnd dieweil nun. *ibi*: Auch zum Schutz vnd Schirm vnsers gemeinen Vatterlandes Teutscher Nation/ vnd vnser aller Freyheit. & *recess. Norib. de anno* 1544. §. Weiter vnd nach dem/ ꝛc. vide omninò *infrà cap. de latrocinio.* [6] Si bello cœpto arma cœperunt converti in innocentes, cum magistratum pium æquè subditorum sanguini, uti proprio cruori parcere deceat. *Senec. Epist.* 89. nempe ne cædes in seditione mutentur, ipseq; Dux propriâ juguletur hastâ, cogaturq; cum Xerxe lamentari, sedente in navigio exiguo, quem paulò an-
64 te vix † æquot omne capiebat, carente servorum ministerio, cujus exercitus antea propter multitudinem terræ graves esse videbantur. *Justin.*2. *histor.* [7] Si disciplinæ militares negliguntur, nam si ullorum hominum, certè militum vita ac mores arctiorem severioremq; desiderãt disciplinam. *Lath. de cens.*3. *c.*24. *n.*31. quâ spretâ nihil nisi excursionis, deprædationis, & cõcussionis superest. *Idem d.l.*3. *cap.*8. [8] Si militiam deserunt, aliisq, excessibus inquinati, non ut pugnent, sed ut expugnent patriam, castra sequuntur, unde pridem concussiones, deinde quævis scandala nasci solent. *Paris de Put. in d. tr. Synd. de excess.*

excess. milit. vers. excedunt. [9] Si vicatim incertis sedibus vagantur, ac colonos miserè divexant. *inde recess. Imp. de anno* 1555. *§.* Und damit angeregte. *l.1.& 2. C. qu. liceat unic. fin. jud. se vind.* ubi statuitur licitè occidi posse à quovis, hoc hominum genus. *Gail. 1. de p. p. cap. 4. num. 38. & cap. 16. num. 26.* [10] Si singuli minantur, nam quod concussio etiam à personâ unicâ ac privatâ committi possit, extra dubium situm esse apparet. *gloss. in l.1. in verbo ablatum, in vers. & quandoq;. & ibi Bart. in vers. vel etiam ff. de concuss. Prosp. Farinac. p.1. q.111. art.3. n.46.*

12. Deniq; corrupti testis indicia sunt. [1] si testis occultat veritatem,
dicens fortè, se non recordari, se † nescire, cum tamen reverà recordetur, 65
probe sciat acta, de quibus quæritur. *c. 1. de crim falsi. Bald. in l. presbiteri. n.6.*
C de Episc.& Cler. [2] Si per obscuram dubiamq; responsionem deponit. *Angel. in l.19 ff. de ll. Socin. in l.1. num. 9. ff. de reb. cred. Mars. in rub. C. de probat.*
num.379. [3] Si rationem dicti sui reddere nequeat, † nec velit, puta interro 66
gatus de ratione. *gloss. Salyc & Dd. in l. 4. Cod. de testib.* modò objectum par
subsit, quandoquidem nedum de omni facto testis rationem reddere cogatur, ut de factis iis, quæ sensu corporeo percipiuntur. *Bart in d.l.4.* uti nec in causa inculpatæ titulæ. *Idem consil. 15. incipit quidam Masiolus. Bald. in d.l.4. num.11. Sichard. ibid. n.4.* peritia vel artis, nam periti non coguntur reddere rationem scientiæ. *Bart. in l. de atate 43. num. 9. ff. de minor.* Possessionis, scilicet quæ cadit sub sensum corporis, qui est visus. *Salyc. in d. l.4. Innoc. in c. cum causam. num.3. ext. de testib.* aliarumq; attestationum, sub aliquem certumq; sensum hominis cadentium, ut cum deponitur de colore, gustu, visu, auditu, tactu. *Prosper Farinac. in tr. de testib. lib.3. tit.7. quæst. 70. cap.3.* [4] Si testis contumax est, nec comparere & deponere velit, per regulam: Quod de contu-
mace † regulariter deterius præsumatur, fingaturq; sæpenumerò id subes- 67
se, quod detectâ rei veritate non subest. *Bart. & Dd. in l. de ætate. 11. §. qui tacuit. ff. de interr. act. Jason in l si prius. nu.13. ff. de op. nov. nunc.* Est equidem con-
tumacia † grave delictum, usque adeò, ut non pauci ex nostris contumaciæ 68
pœnam usq; ad mortem extendendam statuerint. *Menoch. de arb. qq. cas.280.*
Sic testis in forma † solita jurare recusans, suspectus est nec recipi debet. *Gyl-* 69
man. in decis. Camer. pag.339. [5] Si testis sese offert, ingeritq; se testimonio dicendo. *argum. l.36. ff. de R J. l.9. §.1. ff. ad L. Aquil. Pecc. de reg jur. reg.19.* qui in dolo versari à quibusdam non inconvenienter dicitur. *Pecc. d. loc. num.5.* nec
sine culpa manet, parte etiam non opponente, cum officium judicis sit † re- 70
primere testium calumnias, nec admittere perjuria præsumpta, eorumque infernales hominum voces & jactantiæ: juravimus linguâ, at mentem injuratam, non vulneratam retinuimus. *in discurs. contr. Ungersd. pag. 38.* [6] Si familiares, domestici testificantur. *Par. de Put. in verb. test. vers. an famil. Fa-*
rin. lib.2. de test. tit. 6. q. 62. & seqq. modo ne aliter possit haberi † veritas fa- 71

ctorum domesticorum. *l.2.C.quand.& quib. quart.pars. Salyc.in l. ea quidem. num.13.C.de accus.text.ubi Cujat.in exposit. Novell.5.cap.3.* vel ubi innocentiæ causa ventiletur, uti jure expeditum est, fratrem pro fratre admitti posse contra fiscum. *Par.de Put.d.loc.num.3.Spec.de inquis.§.1.vers.sed numquid.* & cautela specialis hac de re traditur, ut dominus volens actum aliquem probare, non probaturus eundem, nisi per domesticos, & famulos suos, domesticos dimittat, licentietque productionis tempore, per regulam: Quod probationis materia sit summè favorabilis, multaq; subinde concedantur, aliâs haud concedenda, vel quod fraus legi nec homini fiat, parare sibi probationes. *l. at qui naturâ. §. cum me absente.ff.de negot.gest.Paris de Put.d.loc.num.5.* modone, subjungit, domestici in continenti redeant in familiam producentis. *Bart.in l. vir mulieri.ff.de don.int.vir.& uxor.* 7. Si testes pauperes vilesque producuntur, cum verisimiliter testes idoneores, ditiores, honestiores, produci possent. *gloss.in l.3.ff.de testib.Farin.2.de test.tit.6.q.57.n.3. Mascard.de probat.2.concl.1003.& 1155.nu.32.*quem verbotenus refert *Farin.d.loc.ibi:*
72 frequentius accidit, † ut pauperes corrumpantur, quàm divites. Et ideò JCtus, dum testi pauperi fidem diminuit, secutus est id, quod frequentius accidit, non id, quod rarò. Igitur cum hæc ratio præsumptæ falsitatis & corruptionis generalis sit, sive pauper de se examinetur, sive etiam in concursu aliorum, idcircò utroq; casu & generaliter eum testem integræ fidei, & non omni exceptione majorem indubitanter tenens. &c. *& Ruin. consil.347.lib.5. Farin.ibid.num.70.ibi:* vilitas juncta paupertate non solum testis diminuit fi-
73 dem, sed & facit eum reputari corruptum. Paupertas autem probanda est † per adversarium, qui eandem allegat, nec sufficit, neque evacuat probationem, quandoquidem in interrogatoriis de paupertate testis quæsitus, respondeat se esse pauperem, cum tamen pauper non sit. Per juris ætiologiam:
74 Quod mendacium † in fraudem testimonii non officiat veritati. *Dd.in c. venient.de testib. Farinac.d.loc.num.89.* 8. Si mulier producitur, quæ uti avarâ, mollis & fraudibus activè & passivè exposita, nec non corrupta testis præ
75 cæteris † præsumitur, juxta illud: *γυναικὸς ὀμνυούσης, γελᾷ οὐρανός*: Si mulier jurat, cœlum ridet. Et recitatur fabula, mulierem quandam cum filio juxta Nili ripam deambulasse, cui Crocodilus filium abstulerat, redditurum se dicens, si verum mulier diceret; tum illa negavit fore, ut verum diceret, atque ob id æquum ajebat reddi, cum vera dixisset. &c. *Quintil.5.cap.15.* Nec id muliebre vitium latuit Imperatorem, *ait Tiraquell.de ll. conn. lege 9.gloss 1.nu.55. in authent. de nupt. §. quæ verò. ubi adserit,* quod in mulieribus perjurium
76 omninò sit promptum. Ideoque illic legem Juliam Miscellam † abrogat, quæ à mulieribus quoddam juramentum exigebat. Et in eandem rem, ait, est textus *in authent.ut sine probib.matr. §. quia.* ubi cum Imperator compertum haberet, mulieres pejerare toties, quoties jurejurando quicquam adsererent

vel

vel pollicerentur, quo perjurii tollatur occasio, constitutionē priscam sustulit: idque inde, ne cum præsumptio verisimilis aliquem pejeraturum subest, quis temerè ad juramentum admitteretur. *c. clericos. ext. de cohab. cler.* Hinc est, quod à Clerico non † debeat exigi jusjurandum, quod nolit redire ad 77
pellicem, ratio est: Quia tale juramentum propter carnis fragilitatem minimè servabit. *Dd. in d. c clericos. Panorm. in c. quæstioni. ext. de appell. Joan. Nevi7. in Sylv. nupt. c. 1. an sit nubend.* Cum itaq; *ait Tiraquell. d. loc. n. 56.* mulieres sint ejusmodi, nullaque res magis repugnet fidei, quàm mendacium, dolus, perjurium, corruptio, & quæ alia, rectè placuit, fœminis ob id duntaxat, quod sint fœminæ, indiscretè juramenta haud deferenda, utplurimum verò, quod corruptioni sint regulariter obnoxiæ: nisi in casibus † specialiter 78
exceptis. [1] Si aliter veritas haberi nequeat. *Joan. And. ad Spec. de test. §. 1. n. 83. Felin. in c. quoniam de testib. vers. sed ipsum.* [2] in causa inquisitionis & denunciationis. *gl. in c. tam in literis. in verbo, fœmina. ext. de testibus. & in c. forus. in fine, in verbo, non fœmina. ext. de V. S.* [3] in criminibus exceptis quoq; fœmina testis recipitur jure canonico. *c. tanta. c. per tuas. ubi gloss. & Dd. ext. de accusat.* [4] in causis, casibusq; omnibus, ubi testes viles & infames recipiuntur, *gloss. in c. mulierem. in verbo, nec testis. 33. q. 5.* [5] in causa defensionis & probandæ innocentiæ reorum. *Alex. consil. 5. volum. 3.* [6] in causis ubi agitur ad privationem beneficii. *c. tam in literis. ext. de testib.* [7] in causis matrimonialibus. *c. mulieri. ext. de jurj.* [8] in causis † indiciorum. *Dd. in c. quoniam. ext. de testib.* 79
& præsumptionum causæ criminalis. *ibid.* [9] Et quanquam in causa feudali, civili & testamentariâ omninò nō recipiatur, admittitur tamen in codicillis. *gloss. in l. qui testamento. §. mulier. in verbo, non poterit. & ibi Bart. ff. de test.* [10] nec non testamento inter liberos solos condito. *gloss. in authent. quod sine. C. de test.* [11] In piis causis mulier testificatur. *Bald. in l. 1. n. 9. C. de sac. Eccles.* [12] in testamento militis. *gloss. in §. testes. Instit. de test.* [13] & tempore pestis facto elogio posttremo. *Duenn. reg. 314.* [14] in declarando testamento, quoad mentem testatoris ambiguam. *Oldr. consil. 297.* [9] Indicium exoritur ex quocunque lucro vel commodo, quod percepit vel adhuc sperat testis. *Hostiens. & Dd. in c. 1. ext. de testib. Farinac. latè de testib. 3. quæst. 67. §. 7. tit. 7.* [10] teste unò corrupto, præsumuntur cæteri quoque corrupti. *Ruin. consil. 36. num. 9. lib. 4.* imò quævis corruptio ex indiciis arguitur & demonstratur, scilicet quæ rectà vix possit probari. *Guid. Pap. consil. 75. Mascard. de probat. 3. concl. 1340.* ubi obiter hæc scitu necessaria addam: Quod in casu † difficilioris probationis, 80
uti hîc, & probando mandato, nec non similibus causis indicia plura imperfecta, etiam in genere suo non perfectè probata, rectè conjungātur ad faciendum unum, idque sufficiens quæstioni indicium. *Gabr. 1. de probat. concl. 1. n. 23.* Quò spectat demum ætiologia illa:

Et quæ † non prosunt singula multa juvant. 81

l. cum scimus. C. de agric. & censit. Farinac. vol 4. 1. consil. 56. num. 2. nam etsi ad condemnandum reum non præstat hæc regula, in materia indiciorum tamen maximi est momenti, ubi indicia generalia & leviora, uno forsan juncto indicio speciali, quæstionem meritò producunt. *Bald. in l. quicunq. n. 25. in* 8. *notabili Cod. de serv. fugitiv.* & alibi dicitur: Quod levia indicia plura constituant unum indicium grave. *Bart. in l. fin. 6. ff. de qq* vel ad minimum duo indicia leviora. *Boss in loc. de indic. num. 71. Bertaz. consil. 213. num. 8. lib.* 1. Accipienda verò hæc sunt ejusmodi moderamine. [1] ut indicia singula per se doceantur, probentur, concludenter & perfectè, sic enim regula illa propriè est audienda: Et quæ non prosunt. &c. *gloss. in l. fin. C. famil. ercisc. Blanc. de indic. num. 46. Osasc. decis. Pedem. 79. num. 16. Bart. in l. fin. num. 7. ff. de qq.* [2] Porrò quoq; in genere probanda sunt indicia, non obstante priori sententiâ Gabrielis. *Bald in l. si quis ex argentareis. num. 4. ff. de edend. Carr. in pr. crimin. tr. de ind. & tort. §. quæ autem. num.* 5. non tàm specialia, quàm generalia & remota, cumprimis delicto propinqua, ad finem eundem tendentia, (unumque per aliud) declarantia, inferentia, concludentia. *Blanc. de ind. d. loc. num. 366. Fa-*
82 *rinac. d. consil. 56. num.* 7. Sed an † pœnitentiâ corruptio aboleatur, quæri solet? *Farinac. de test. d. loc.* nihilominus inde indicia remanere statuit, quoad casus similes: neq; enim est facilis naturæ sceleratæ mutatio. *Tiraquell. de pœn. caus. 51. num. 18. & seqq.* In genere autem pœnitentia, quâ crimen committendum omittitur, in eâ causâ est, ne reus pœnâ ll. plectatur, nisi impedimento facti, ne delinqueret, revocatus esset à πεϱιαιϱέσει. *Farinac. de homicid. q. 129. tit. 19. p.* 2. post consummatum flagitium pœnitere demum nihil ad pœnæ re-
83 missionem confert. *l. qui ea mente. ff. de furt.* nec enim fur † furtivam rem restituens domino, inde pœnam evitat ordinariam, *d. l. qui ea. & l. non prodest. ff. de vi bon. raptor.* Audiendi non sunt, qui adserunt, purgari inde affectum delinquendi, quasi fur præsumptus non id machinatus fuerit, rem animo furtivo contrectandi, sed saltem domino fors annuente, eam ad tempus usurpandi: protestatio equidem facto contraria in nullo penitus furem relevat. *Farinac. d. loc.* Sed tantumquoque ad L. Juliam repetundarum.

CAPUT

CAPUT XXV.

DE ANNONA EX L. IVLIA.

SUMMARIA.

1. *Quot modis rei ex hac L. Iulia de annona teneantur?*
2. *Privilegia publica derogant privilegiis privatorum.*
3. *Privilegium non debet fovere ansam delinquendi.*
4. *Mulcta est quinq; auri librarum ejus, qui obreptitiè privilegia impetrat.*
5. *Quæ incommoda producat annonæ caritas?*
6. *Quo respectu annonæ flagellatores coërcendi?*
7. *Respectu sociorum, delicti sæpè gravior constituenda est pœna.*
8. *Directo & obliquo modo committitur in l. hanc Iuliam.*
9. *Illi principes maximè florent qui curam habent, ne egeni supprimantur.*
10. *Principes Dardanarii morte immaturâ perire solent.*
11. *An pœnitentia habeat locum in hoc delicti genere?*
12. *Dardanarii unde dicantur?*
13. *An libri dardaniorum aliquam mereantur fidem?*
14. *De edendis codicibus usurariorum.*
15. *Heredi adserenti nihil in hereditate fuisse, præterquam quod in inventario descriptum est, creditur, donec contrarium probetur.*
16. *In causis publicis ubi judici vel parti edendus est rationum codex, non creditur soli adsertioni referentis.*
17. *Iuramentum in litem habet actor in hâc causâ.*
18. *Monopolium quid?*
19. *Quanta incommoda invehant monopolia in rempub?*
20. *Quale officium præfectorum annonæ?*
21. *Qui modus optimus sit annonæ comportandæ?*
22. *Cura præfectorum annonæ quæ?*
23. *Multi populi propter annonæ defectum reliquerunt patrios lares, inferentes exteris bella.*
24. *Gravitas annonæ, est mater seditionis, proditionis.*
25. *Æternum nomen sibi comparabit princeps, si annonam gratis confert subditis, necessitatis tempore.*
26. *Historia de Troilo jucunda recensetur.*

DE annona, ex lege Juliâ, tenentur, qui societatem inierunt, vel quovis
pacto & modo effecerunt, quò carior ea fieret, vel intervertetur. *l.2. §.*
1.ff.de L. Julia.de annon. ut cum † quis navem nautámve retineat, currum au- 1
rigámve impediat, vel dolo malo faciat, quo magis detineatur, uti ait textus
d.l.2.§.1. Porrò qui frumentum vilius cariúsve emat vel vendat, quàm annona exigit. *l.3.ff.eod.* item qui vicarius vel rector provinciæ adhæc connivet, vel tributariis nonnihil annonæ remittit, qui quodcunque remiserunt, de facultatibus propriis resarcire & inferre tenebuntur. *l.4. C. de annon. & tribut. lib. 10.* Planè qui in fraudem rei annonariæ rescripta illicita, per sub & obreptionem impetrant. *l.6.C.eod.* quoniam obsistere commodis publicis & statutis necessitatibus nedum dignitatum privilegia possunt. *l.10.C.eodem.* necessitas quippe telum durum est, & acutum admodum, nulli parcens privilegio. *l.un. ff.de off.*

ff. de off. proconsul. ubi gloss. in verbo expedire. *l. 1. ff. de fund. dotal. l. alienatio-*
2 *nes. ff. fam. herciscund.* & vulgò dici solet, quod † privilegia publica tollant jura & prærogativas privatorum, & privilegia per fraudem data, nullius sint momenti. *l. 2. C. de Sacrosf. Eccles. l. nec damnosa. C. de precib. imp. offerend.* scili-
3 cet † ne privilegium privatum delinquendi ansam præbeat, *d. l. 2.* aliàs impe-
4 trans privilegium † obreptitiè, & quod nocet reipublicæ, quinque auri librarum mulctâ coërcebitur. *l. nullus ex his. C. de divers. off. & appar. lib.* 12.

Annonæ ex l. Julia reus regulariter 20. aureorum pœnâ mulctatur. *l. 2. in fine. ff. h. t.* nonnunquam plectitur gravius, pro admissi atrocitate, & insequente necessitate & calamitate publicâ invectâ. Quæ enim ex annonæ defraudatione, & quò ea carior vel rarior esset, fraude, & publica & privata resultant incommoda, vix eloquio, nedum scripto proferri, exaggerative po-
5 test. Annonæ caritas † seditionem, quâ nihil periculosius, ingenerat. *Tac. 6. Ann. Scot. num. 50. Idem lib. 4 hist.* Ex inopiâ proditio, & fluxa servitiorum fides, ac fortuita belli speranda. Anno 1590. tanta annonæ vis Italiam occupavit, ut Decreto Pontificis, 18. unciæ panis in singula capita tãtum distribuerentur: ad extremum, 8. saltem unciæ erogatæ, quod priusquam expenderetur annonæ rarioris; populo ablata sunt arma, non enim citra seditionem id fieri posse existimabatur. *Lather. de cens. lib. 3. cap. 7. num. 14.* Annonæ penuria famem, quâ nihil intolerabilius, furta & latrocinia, *Bodin. de rep. lib. 6. Joseph. de bell. judaic. passim.* nec non bella, quorum fames soror est, accersit, *Lather. d. loc. num. 22.* exhaurit privatorum opes, eorumq; res ad restim adigit, expugnat castra & fortalicia munitissima. Cum enim Anaxilao exprobraretur Bizantii deditio, respondit; Se eo usq; pugnasse, cum adversus hostem pugnandum esset, postquam verò non cum hominibus, sed cum naturâ (famem subintellexit) certandum, deditionem se fecisse tandem. *Pezel. part. 3. post. Mel.* Hinc tyranna dicitur egestas. *Bodin. d. lib. 6. ibi:* principem prodigum egestas, egestatem extrema tyrannis. Quis Nerone & Caligulâ prodigalior, quis utroq; crudelior? hunc tandem egestas adegit, ut stipem mendicare cogeretur. *Bodin. d. loc.* Maximiliano adhuc juveni, Friderici Tertii filio, annonâ, in arce Viennensi, præ dominante, perdicem petenti à matre Leonora, respondit submœsta mater, utinam, mi fili, panis nos non deficiat. *Cuspin. in Max. pag.* 485. Denique caritas annonæ desperationem, & quævis dira & horrenda, præter naturam, inducit, quam ensem acutissimum appellat *Bald. in l. pactum. col. fin. Cod. de pact. ego in lect. meis feudal. lib. cap.* 8. *Liv. lib. 4. cap. 12.* Spe amissâ, *ait*, potius, quàm ut cruciarentur, trahendo animam, capitibus obvolutis se in Tyberim præcipitãrunt. *Pet. Roiz. in decis. Lituan. decis. 3. num. 260. Joan. Zonoras tom. 3. annal. pag.* 130. *ibi:* tot peribant, annonâ deficiente, ut sæpè multi in uno lectulo efferrerentur, multi in biviis insepulti jacerent. Hisce ita constitutis ambigendum non est, quin annonæ flagellatores,

res, annonæ intervertores, severiori sint plectendi pœnâ: Distinguendum verò erit; Utrum per proditionem, ut siquidem Dardanarius in gratiam hostis annonam evexerit, vel sublevando inopiam adversariorum, vel spoliando suos annonâ, quò facilius ab hostibus corriperetur, annonæ reus sit, vel lucri privati ergò annonam † flagellaverit? Quoad illum respectum læsæ Majestatis supplicium obtinebit, *l. 11. l. 4. ibi*: cujus operâ, dolo malo, hostes populi Romani commeatu, armis, telis, equis, pecuniâ, aliâve quâ re adjuti erunt, &c. Quoad hunc pœna communis, modóne quid majus intercedat, cur pœnam lege civili statutam quoq; exasperari oporteat. Quanquam enim in arbitrio non sit judicantis, remittere vel augere pœnas. *l. 1. §. 1. ff. ad SCtum Turpill. c. de causis. ext. de off. deleg. & c. licet. junctâ glossâ. de pœn.* facti quidem quæstio in judicis hæret arbitrio, pœnæ persecutio autem non ejus voluntati mandatur, sed soli legis autoritati reservatur. *d. l. 1. & l. ordine. 15. ff. ad munic. & l. si operis. 14. Cod. de pœn. l. 244. ff. de V. S.* adeò ut judex pœnam lege definitam augens, pœnæ augmentum ipse sustinere cogatur. *l. 7. §. 3. ff. ad l. Jul. repetund.* quem textum Baldus extollit & mirabilem esse clamitat, *in l. 1. col. 4. vers. & adverte. C. ex delict. defunctor. in q. hered. conv.* & alibi dicitur: Quod judex sine indiciis & probationibus justis, vel reū quæstioni, vel pœnæ subjiciens, homicida sit, nec pœnam legis Corneliæ evitet. *Idem Bald. in c. 2. de re judic.* attamen dubius nemo erit, ut quoties facti adjuncti atrocitas scandalum involvat, faciatque scelus commissum detestabile, & communi voto expiandum, gravius, graviori id perinde sit coërcendum vindictâ: Qui enim in publicum peccat dispendium, uti magis magisque delinquit, quàm qui privatum solummodò prævaricatur nefas *l. 21. ubi in singulari tract. just. Gobler. & l. 28. ff. de pœn.* quò spectat, quod vulgò circumfertur: justitiæ, non severitatis esse exemplum, scandalo vel atrocitate delicti præponderante, severiores † quoque posci pœnas in eodem delicti genere, ut cum fur, adulter, ad patranda flagitia socios adhibuerit ætate molles & teneros, curator vel preceptor discipulos. *Dd. in l. 1. ff. de extraord. cognit.* quemadmodum non pari pœnæ acerbitate puniuntur fures quivis, raptores virginum, stupratores puellarum quarumvis, respectu scilicet familiæ vel parentum, quibus flagitio patrato nec minus infertur malum: unde expiandum erit maleficium, pœnæque cum delictis commensurandæ. *l. sancimus. C. de pœnis.* Sicuti annonæ flagellatores non in unum eundemq; delinquunt, non defraudant unum alterumve, sed sæpè & vulgariter totam rempublicam, aliquando collegium, societatem, vel negotiationem: Sic pœnæ etiam pro diversitate objectorum distribuendæ sunt: sive retinendo mulctam. *ex l. 2. h. t.* vel in corpus sanguinemq; delinquẽtis grassando; uti modo dictum extat. Hinc Princeps quidam inferioris Saxoniæ Dardanarios aliquot ultimo affecit supplicio, & ex desperatione mortuorum

in viscera tenuiorum grassantur, decoris sui flore magis † magisq; privabuntur. Et quod turpissimum siquidem pastores in lupos conversi, annonæ caritate flagellant & comedunt carnes subditorum. Sic Alphonsus, Rex Neapolitanus, olei ac frumenti, quicquid in regnis suis proveniret quotannis, priusquam maturuisset, viliori sibi comparavit precio, & si forte propter rerum copiam precium remitteretur, coacti tamē sunt subditi, ad præscriptum Regis, eadem reluere ad necessitatem, titulo emptionis venditionis. *Bodin. d. loc. Comm. 2. de bell. Neap. pag. 787.* Sed qui exitus tantæ rei? interiit mox stirps Alphonsina. Sic Anton. Leva, militiæ Dux, & Præfectus Mediol. Car. V. prohibuit serio, ne quis civium triticum moleret, aut panem penes se faceret, quem coëmere fuit compulsus à ministris præfecti, quo pacto panes pro arbitrio pluris vendidit, unde tandem magna fames & hominum strages subsecuta est. Sed quorsum familia illa? reliquæ ejus modò panes ostiatim quærunt. Darius mercimonias ejusmodi exercuit, quem Persæ mercatorē appellarunt, *Herod. in Artaxer. Bodin. lib. 6. de rep. cap. 2.* cujus obitum tragicum describit *Justin. lib. 11. in fine.* Quocirca Tullius eos, qui ab aliis emunt, quò carius vendant, sordidos appellat. *lib. 3. offic.* In principe minimè ferendum est, *ait Bodin. d. loc. pag. 1017.* ut subditos exportare frumenta, resq; venales prohibeat, quibus ipse quæstum faciat, turpius etiam ac fœdius vili precio mercari à subditis, ut eosdem carius res emtas emere cogat, &c. multò minus in subditis ferat princeps subdolam, unde annonæ caritas inducatur, negotiationem, conscios sociosq; criminis, nec non institutores ac ministros, quousque fraudis & commodi facti fuerunt participes, ordinariâ affecturus pœnâ, non secus, ac qui ope & consilio juverunt furem, ad perficiendum furtum. *l. 53. ff. de V. S. §. 12. ubi Dd. Inst. de oblig. quæ ex delict. nasc.* ad contrectandas res alienas. *l. 50. §. 3. ff. de furt.* Aliàs conatus, studiumq; flagellandi annonam, non parit pœnas, nedum statuto stante, quod evehens & coëmens frumenta in fraudem annonæ, plectatur: siquidem intra portas adhuc teneat annonam, nec exportaverit vel evexerit. *Bald. in l. si fugitivi. col. 2. C. de serv. fugit. & in l. cum propon. 11. ubi Salyc. C. de naut. fœn.* Quin quod falsæ monetæ percussor, si non formasset, suffragio justæ † pœnitentiæ, legis Corneliæ pœnâ absolvatur. *l. 20. ff. ad L. Cornel. de fals.* perindè in causa veneficii, ut siquidem ex veneno propinato nemo perierit, responderunt, quos refert. Roiz. *in decis. Lituan. decis. 3. num. 60.* quod tamen absolutè & ἁπλῶς capiendum non est, quantumvis jus municipale vel statutum, nullam pœnam, nisi malefici consummati, infligat. *Idem d. loc.* Sanè res mali exempli, & noxa scandali plena clamitat, non absolvendos conatu reos quoslibet esse, præsertim quoad delicta excepta, in quorum numero est veneficium inter alia. Veneranda ac severa vetustas, ne quid scandali vel pœnæ superesset, in res quoq; inanimatas statuit vindictam, uti videre est ex Suida, *referente Budæo in*

 annot.

annot. reliq. pandect. pag. mihi 146. ibi: Niconis Thasii, pugilis celebrati, cujus jam defuncti statuam cum æmulorum unus, odio indulgens, fustibus cæderet, tanquam Niconem ipsum vivum afficeret contumeliâ, statua manium ejus ultrix, in cædentem ipsa collapsa, oppressit eum, & extinxit, propter cujus necem, ejus heredes statuam ipsam necis ream egerunt lege Draconis apud Thasios, tandemq; statua necis damnata, sententiâ judicum in mare demersa est. Pugilem illum Diomedem Athletam fuisse scribit *Euseb. de præp. Evang. lib. 5.* Ecquid scrupuli restat, non obstante Roizii sententiâ, licet annonam illicitè coëmtam non distraxerit Dardanarius, ob hoc saltem quod lucrifaciendi causa corraserit, non ut sibi retineret, sed venderet annonâ cariori factâ, flagellatorem annonæ vel frumento in commissum capto, eoq; in usus pauperum erogando, vel prout disciplinæ publicæ vigor admittit, pœnis extra ordinem, coërcendum esse. *l. 2. ff. h. t. ubi Bart. & Dd.* Lex Julia de Annona societatem damnat, & quamcunq; causam, unde annona carior fiat, *d. l. 2.* Ergo siquidem non sit distracta, sed contracta ad hoc, ut vel caritas secutura, vel jam præstò fuerit, annonæ pœnam subibit Dardanarius, sed ut dixi extraordinariam, annonâ nondum venditâ, sed eâ, uti re adhuc

12 integrâ existente. Hic notâ † Dardanarii Etymologiam, à Dardano, sic dicti, mago exercitatissimo, qui artibus maleficis in granaria sua annonam affarim transportare, mensurasq; in admetiendo minuere solitus fuit. *Schonborn. 4. polit. cap. 29.* Porrò in Dardanarios conceptum jure odium facit, ne libris eorum vel ratiociniis descriptis, uti mercatorum improborum credatur. *Keller. de off. jurid. Polit. cap. 22. Tiraquell. de pœn. caus. 51. num. 141.* materia hæc odiosa est, ait *Sichard. in rubric. C. de monopol.* Sed cum veritas luce suâ radiet, & de aliis quoque rebus odiosis, veluti de annonâ, Dardanariis tra-

13 ctatio erit instituenda. Quantum verò regesta † vel libros rationum concernit, ante mercaturam sordidam annonæq; flagellationem conscriptos? Jure aliud expeditum erit, scilicet ne pari prægravenetur odio & suspicione, cum qui hodiè frugi est, cras pejerare queat, lucri dulcedine ac malorum societate. *Tiraquell. d. caus. 51. num. 158. & seqq.* qui initis sodalitiis contra jus mercantur, ait *Boter. 1. de illust. stat. cap. 14.* omnia tentant, explorant, unde multitudinis opes contrahant, dum collectis pecuniis alios vincunt, alios præveniunt, alios exaucto annonæ precio detinent, quæ deinceps pro libitu suo soli vendunt quàm maxumè. Proinde constitutum vulgò apparet, flagellatores uti usurarios non solum rationum codices, quibus negotiatio ultrò citroq; dandi continetur, sed etiam omnes schedulas, privatasq; scripturas exhibere teneri, sive ad fœnus spectent, sive non? *Angel. in l. si quis. §. rationem. ff. de edendo. Jul. Rondelin. in l. 1. C. de edend. num. 54.* Atque hæc editio quoque heredes constringit, qui si adserunt ignorantiam rerum defuncti, nedum jurantes purgabuntur, modò appareat, defunctos annonâ flagellasse,

adeò

adeò ut probatio plena injungatur heredibus, ignorantiam vel perditionem codicum recensentibus. *Rondelin.d.loc.num.56.* Etenim vix esse potest, quin negotiationis amplitudine concurrente, libri rationum † cõscribantur, quos 14
publico interesse acclamante, judex per officium, nobile scilicet, ne delicta maneant impunita, exigere, & ab heredibus vindicare tenetur. *Idem num.60.* quâ in parte particulam codicis edidisse non sufficit; sed integros à prima negotiatione usurpatos & confectos codices, eosq; sine mendis & corruptelis. *arg.l.incivile.ff.de legib.l.* § *edere.ff.de edendo*, cum præcedentia declarent & inferant consequentia, & vice versâ, faciantq; de se invicem dilucidam & certam interpretationem, quæ nedum præsumptionem, sed veritatem inducunt: modo ne annonæ reus vel heredes quicquam cum probabilitate allegare & docere possint, ne contra sese repentini & summarii stringere queant processus. Esquis enim melior per naturam rerum efficaciorq; probatio eâ, quæ proprio literarum testimonio offertur? *l.13.C.de non numer.pecun.*

Cæterùm sub dubio versante themate fundamento, utrum reus à primâ vel secundâ negotiatione fuerit vir malignus nec ne; quæraturq;, an heredes integrum exhibuerint codicem? actor vel fiscales plus in codicibus latuisse † 15
docebunt asseverantes, cum illius intentio ipso jure probetur; qui integrum caput esse contenderit. *gloss. in l.cum de lege Falcidia.ff.de probat.l fin.§.licentia.ff.de jur.deliberandi.* ubi dicitur: inde probari heredis intentionem adserentis nihil, præterquam quod continetur inventario esse in hereditate. *Bart. in l.si constante.ff.solut.matrim.* modo ne, ut dixi, publicum † hìc intercedat 16
interesse, & quoties judici, non parti edendi sint rationum codices, aliisq; fiscalis juvetur adminiculis affirmatio, nempe codicem haud esse integrum, ubi juramentum † in litem quoque pro re nata præstabitur ab actore. *Canonistæ in c. contingit.de fid. inst. & c.cum personæ. de privil. in 6. Jul. Rondelin. in d.l 1.C.de edendo.n.86.& seqq.* 17

Cæterùm affinis est annonæ reatui monopolium, † quod est negotiatio, quâ penes aliquem vel paucos tota rei alicujus vendendæ est potestas. 18
Hæc quàm sit in republica perniciosa, *ait Luther.lib.3.cap.14.num.11.* quantumq; communi plebeculæ detrimenti adferat, vel hinc manifestum est, quod ex eo rerum omnium caritas † in republica ilicò erumpat. Omnes quippe 19
intelligentiam secretam de negotiatione, sive annonæ, sive rerum necessariarum ejusmodi habentes, mercesq; sic exponentes, ut ad venditionem singularem cuncta contrahant, tyrannidem usurpant in republica, privatorum bona abligurriendo. *Sichard.d.loc. Menoch.2. de arb.jud. qq.cas.509.* Proinde *Luther. in loco* von Kauffhandlungen. *ibi:* Solche Kauffleute thun gerade / als weren die Creaturen vnd Güter Gottes allein für sie geschaffen vnd geben / vnd als m[illegible]ten sie dieselbe den andern nehmen / vnd setzen nach ihrem Muthwillen / rc. *Idem tom.2.pag.237.* sed de monopoliis cap. sequenti.

Antiquitùs ne quis annonæ defectus ſive ex flagellatione, evectione annonæ, vel ſterilitate reſultans, nam ex hiſce cauſis caritas annonæ utpluſ-
20 rimum producitur, noceret reipublicæ; annonæ † præfecti conſtituebantur. *l.3. in fine. ff. ad L. Jul. de Annon.* qui non tàm precia granorum definiebant, *d.l.3.§.* 2. ſocietates adverſus annonam factas vel coërcerent, vel deferrent ſenatui, *l.2. ff. eod. Caſpar. Contar. de rep. Ven. lib.* 2. *& lib.* 4. quàm pro re nata, ſenatuſconſulto, ſiquidem defectum annonæ inſignem prævidiſſent, frumenta coëmebant, potiſſimum verò extra provinciam. Equidem res invidiæ &
21 calumniæ eſt expers, tutiſſimaque in hoc paſſu annonæ comparandæ via † ab exteris, quàm incolis magis magisq; colligi fruges, modo ne tranſportatio ſit difficilis admodum & oneroſa præfectis, proinde ſi in provincia conſervanda erit annona, publicè non ſenſim & paſſim ea comportanda erit, idque exemplo frugum à Joſepho collectarum in Ægypto. *Juſtin. lib.* 36. ubi Joſephum magicæ artis gnarum, Moiſenq; Joſephi filium, illum Arvæ ſeu Aaronis patrem fabulatur ſcriptor aliâs gravis & politus, ſubdens, ut cum ſcabiem Ægyptii & pruriginem paterentur, illos Moiſen cum ægris, ne peſtis ad plures ſerperet, terminis expuliſſe, Ducem itaque exulum factum, ſacra Ægyptiorum furto abſtuliſſe, quæ repetentes armis Ægyptios domum redire tempeſtatibus fuiſſe compulſos. &c. Porrò præfecti annonæ ſcrutabuntur commeatum provinciæ, etiam quoad ſingulos provinciarum, quò non tàm accuratam copiæ vel inopiæ deſcriptionem, quàm gliſcentem Dardaniorum pravi-
22 tatem reperient, explorabunt; Deinde quantum terrâ † marive advehatur, & quò tempore apportetur annona, denique ut purgetur provincia deſidioſis & validis mendicantibus. Sic Gottingenſes ab Ottone Duce de Laina dicto, ne quid commeatus in urbem importaretur, obſidione ingenti preſſi, edixerunt in loco extra urbem, ſtipem largam ſeſe daturos mendicis, quod ſubſecutum eſt, at mendicantes excluſi fuerunt foras portis occluſis, moniti, ut panes alibi quærerent, quos obſeſſi amplius ſuſtinere & alere non valerent. *Crantz. in Saxon. lib.* 5. *cap.* 14. Hatto Epiſcopus Moguntinus, annonæ caritate urgente, ac in tumultus populares degenerante, mendicos ſeditioſos igni concremavit, ipſe tandem à muribus corroſus. *Frider. Wendelin. in admirand. Nili. cap.* 22. ubi contra Serarium Jeſuitam, argumentis variis hoc inficiantem, prolixè diſputat. Abeſſe autem debent à promercatione & coëmtione frugum quoad præfectos annonæ ſordes & fraudes, quarum haud lætus eventus eſt, *uti ait Juſtin. lib.* 23. Scilicet ne qui ſubditorum injuria & damno, vi imperiove congeſti commeatus, annonâ deficiente, carius contra dilectionem proximi venû exponantur: unde commotiones permagnæ oriuntur, defectiones ſubſequuntur, ſic Wandali, Heruli, Hunni, Winuli, Gepi-
23 di, &c. non niſi per annonæ defectum, & agrorum ſterilitates, reliquerunt † patrios lares, in fertiliores & pinguiores agros ſedem transferentes, *Munſter. in*

ster. in Cosmogr. lib. 3. in princ. Gravitate † annonæ juxta seditionem ventum est, ait *Tacit. 6. ann. & lib. 4. hist.* ex inopiâ proditio & fluxa servitiorum fides, ac fortuna belli speranda. Econtrà nihil convenientius latiusq; in republica, pacatius in regno, quàm cum saturitate regitur populus. *Vopisc. in Aurel. c. 47. tom. 1. Juvenal. lib. 10. ibi:* 24

— Duas res anxius optat
Panem & Circenses. —

25 Æternum sibi comparabit † nomen Princeps, siquidem annonam gratis conferat populo, vel ad tempus certum differat precii exactionem rigorosam Sixtus V. Papa Romanus, quingenta millia ducatorum in populum distribui jussit, ad annonam sibi comparandam: uti Tiberius, Romæ exorto incendio, damna publica ad gloriam vertit, exsolutis domuum & insularum preciis, *Scot. in annal. Taciti 2. & 6. Lath. de cens. lib. 3. cap. 7. num. 34.* Verè nomen æternum æternamque domum sibi vendicabit hoc pacto Princeps, uti Troilus ille elemosynis suis, qua de re *Drexelius de æternit. consid. 1. §. 3.* quem locum hic adscribere, & subinde hoc caput concludere volui, non ingratam fore lectori relationem existimans. † Alexandrinus Pontifex Joannes (inquit) ægros visebat sæpius, socium habebat quandoque Troilum Episcopum, nummorum magis, quàm ægrotorum amantem, huic in autem insusurrans: Joannes, amabo inquit, frater amicos Christi juvemus: Callidus ad hæc Troilus, & animi morbum vafrè dissimulans, pecuniam omnem, quam tunc rebus emendis aliis secum ferebat, egenis dari præcepit, nec ita multò post febriculâ cœpit tentari, quam ei creavit avaritia. Audijt hoc Alexandrinus Patriarcha, & morbi causam, quæ erat, facili conjecturâ assecutus, tantundem argenti, quantum nuper inter ægros distributum, secum ipse ad febrientem attulit, & producto nonnihil sermone: jocabar, inquit, nuper, & à te stipem ægrotis rogabam, cum ea servo meo deesset, & en bona fide mutuos Philippicos refero, & gratias ago. Vidit Troilus presentem monetam, & mox difficilis illa febris remittere, æstus mitigari, & omnia jam melius habere, itaque ad prandium valentior surgere, & unà ire ad mensam: Secundum meridiem, finitisque epulis, Troilus domi dormire cœpit, suaviter meridiari. Vidit hic per somnium amplissimas ædes, & in illarum fronte, supra januam, hunc titulum: Mansio æterna & requies Troili Episcopi: gaudet somnians, sed mox aliud videt & dolet: adest qui adductis secum operis, seriò imperans: Tollite, inquit, hanc ædium inscriptionem, & istam ejus loco suffigite: Mansio æterna & requies Johannis, Archiepiscopi Alexandriæ, empta libris triginta argenti. Horruit ad somnium istud Troilus, nec vanum esse voluit, & ex avaro atque immiti multò liberalior, in egenos præsertim, evasit, hactenus *Drexel. d. loc.* 26

CAPUT

CAPUT XXVI.

DE INDICIIS ANNONÆ FLAGELLATÆ.

SUMMARIA.

1. Indicium annonæ flagellatæ est avaritia.
2. Flagellator annonæ est instar proditoris.
3. Utrum præstet habere avaros in republica?
4. Cicero artifex regendæ reipublicæ statuit avaros esse puniendos.
5. Scelera quandoq; & publicè & privatim profuerint.
6. Avarus nisi esset, sæpè inops periret.
7. Avari sterilitatem commendant.
8. Avari facilè bella suadent.
9. Avarus est communis omnium expilator.
10. Quæ excipere soleant flagellatores annonæ, conventi de delicto?
11. In actibus illicitis & reprobatis, jure divino & humano præsumitur dolus.
12. An Clericus exosculans virginem, præsumatur errare.
13. Circumstantiæ actus differenter efficiunt pravos vel bonos.
14. Ut status hominum, ita actus humani dividui sunt, & admittunt distractionem.
15. Ut contractus à fine suo recipiunt suam appellationem: sic maleficia à fine suo sortiuntur suam denominationem.
16. Lucra quò turpiora, eò dulciora mercatoribus.
17. Quæ mercatura dicatur sordida?
18. An nobilis vel Doctor juris possit exercere mercaturam, salvo suo gradu, & statu nobilitatis?
19. Necessitas illicita licita facit?
20. Necessitatis tempore uti possumus re alterius, etiam usq; ad consumptionem.
21. Famâ perditâ homines pro nihilo habent peccare.
22. Flagellator annonæ est fur publicus.
23. Bona fama quocunq; descendat, est beneficium Dei maximum.
24. Usurarii ut plurimum solent flagellare annonam.
25. Usurarius est similis illi, qui ancillam prostituendam tentavit.
26. Usurarii non sunt mercatores.
27. Mercator fœnus exercens, perdit mercatorum privilegia.
28. Quomodo dicatur sordida mercatura, respectu societatis & materiæ?
29. Quomodo sordida sit respectu taxæ vel precii?
30. Accurata disceptatio, an, quod jure nullum est, egeat sententiâ rescissoriâ?
31. Præclarus discursus subjicitur, de fine & intentione mercaturæ & mercatorum.
32. Ficta & simulata uti flosculi decidunt, nec possunt esse diuturna.
33. Non invidendum est negotiatori opportunum, fortunâ colludente, lucrum.
34. Exitus consideratur in maleficiis.
35. Diversitatem rei, nominis diversitas arguit.
36. Monopolium quid?
37. Delictum parit delictum, ut lis litem parit.
38. Pravi mores difficilimè curantur, quod insigni apologo declaratur.
39. Lege Claudia mercatoribus interdictum erat habere naves.
40. An & quando Principes & viri illustres possunt coëmere & vendere fruges?
41. Sanctus Remigius coëmit fruges, prævidens annonæ caritatem, sed infelici successu.
42. Quo facto flagellator annonæ sit puniendus?
43. An & quando Princeps possit exercere monopolia?
44. Quænam exitia vel invidiam sibi pariant sæpè viri nobiliores, monopolia exercentes?
45. Factum non facit fidei articulum, non ex fa-

ex factis judicandum est.

46. *Extremis periculis extrema remedia quærenda.*

47. *Fœneratores propriè sunt prædones & fures.*

48. *An Iure Divino absolutè usuræ condemnentur?*

49. *Iure sacro per conniventiam ea sæpè conceduntur, quæ regulariter interdicta apparent.*

50. *Qualiter indicia formentur ex usurariâ pravitate ad rem præsentem?*

51. *Disceptatio de usuris, earumq; productione.*

52. *Vsura fera bestia est.*

53. *Discussus de usuris ex jure sacro.*

54. *Ius Canonicum indistinctè usuras condemnat.*

55. *An causa usurarum ad forum Ecclesiasticum spectet?*

56. *Fœnus funus dicitur & mors pauperum.*

57. *Lepidum legati Pomerani votum in comitiis, de remittendis usurarium causis ad Pontificem.*

58. *An jure Iustinianeo usuræ condemnentur?*

59. *Antiqua Iurisprudentia permisit usuras.*

60. *Clausulæ tacitæ perinde extendunt vel restringunt dispositionem, uti expressæ.*

61. *Lex utilis reipublicæ juranda est interpretatione extensiva.*

62. *Disceptatio de authoritate Conciliorum œcumenicorum, quoad usurarum prohibitionem.*

63. *Refutatur Covarruviæ sententia, de remittenda causâ hâc usurariâ ad forum Ecclesiasticum.*

64. *An vulgaris distinctio toleranda de usuris modicis & immodicis, licitis & illicitis?*

65. *Egentium officium est rogare, divitum erogare, Dei recompensare.*

66. *An Iudæi possint ultra quincunces exigere?*

67. *Lex ubi pedes figit, non licet ultrò transgredi.*

68. *Verus Rex eâ amicitiâ est sociatus populo suo, quâ Deus mundo.*

69. *Imperator non potest alicui remittere collectas publicè indictas.*

70. *Immerentibus conferantur privilegia.*

71. *An Iudæi plus oneris ferant, quoad contributiones imperii, quàm Christiani?*

72. *Iudæi locupletiores sunt parati thesauri principum.*

73. *Fides publicè Iudæis data servanda est.*

74. *Cur omnis prolepsia exulare debeat à judiciis?*

75. *Quomodo paupertas luxu comparata hic indicia pariat?*

76. *Pecunia est vehiculum rerum acquirendarum.*

77. *Necessitas industrios & laboriosos facit homines.*

78. *Improbus ut pila, per omnia malorum genera rotatur.*

79. *Qui venena hauserunt, ad vomitum incitantur, qui injustas divitias acquisiverunt, cruciatum tandem sustinebunt.*

80. *Dives cum malè partis, perdit quoque rectè quæsita.*

81. *Ad pios & justos devolvuntur malè parta Deo sic providente.*

82. *Paupertas improvisa est ministra Dei, instar lictoris, hominem impium coërcentis.*

83. *Referuntur variæ & graves Historiæ & exempla, quibus demonstratur paucitas salvandorum.*

84. *Ad Gehennæ flammas, quasi ad nuptias, properat mortale genus, improvidum & incautum.*

85. *Malus vicinus, malum matutinum dicitur.*

86. *Interversio annonæ est optimum remedium opprimendi hostem.*

87. *Quomodo frumentum illæsum conservetur in locis subterraneis?*

88. *Quænam pœna eorum, qui stercora projecerunt in hominem prætereuntem?*

89. *Stellionatus delictum describitur.*

90. *Privata odia, damna publica; privata commoda, mala publica introducunt.*

91. *Stellionatus crimen plerunq; in alia delicta transit, exindeq; absorbetur.*

92. *Etymologia stellionatus traditur.*

93. *An lessor bonorum infamis sit?*

11. INdicium annonæ flagellatæ est † avaritia, utpote sedes & fundamentum malorum omnium, uti ex Catone loquitur *Pogg. Florent. in hist. discept. de avarit. pag.* 3. vel furem, prædonem, latronem, proditorem, vel flagellatorem annonæ prodens. Ipsum enim avari nomen cum sit in vitio, designat quamvis malitiam. *Idem d. loc. pag.* 4. fieri sanè nequit, ut quis versetur in avaritia, absque detrimento, & injuriâ multorum: prout in commune dispe-
2 dium vergit annonæ flagellatio, nec † magis vituperandus patriæ proditor, quàm communis utilitatis desertor, propter suam, eamq; privatã utilitatem. Hic non precibus commovetur communi periclitante causâ, quin per medias lugentium ærumnas transeat ad cumulandas opes, bêstia illa insatiabilis *Virgilio Poëtæ* dicta

Virginei volucrum vultus, fœdissima ventris
Proluvies, uncæq; manus, & pallida semper
Ora fame. &c.

Neque adversatur, indicium hoc generale dici, sicq; comparatum, quod licet à Philosophis damnetur avaritia, nec non scripturæ sacræ elogiis: nullas tamen in avaros aliquando constitutas fuisse pœnas, exindeq; nec indicia, nec seminaria delictorum rectè æstimari, avaritiæ vitia si sic dicenda forent; adeò
3 ut veluti † in benè constitutis Rebuspublicis ac civitatibus, constituuntur horrea publica, ad subministrandum frumentum in caritate annonæ, quidni æquè erit percommodum reipublicæ, plures in eâ inveniri avaros, qui sint quasi horrea privata pecuniæ, vel reverà possideant horrea frumentorum, deficiente inprimis copiâ annonæ publicæ. Etenim si quando egebit Respublica, hoc casu ad inopes ne, ac istos, nescio quos divitiarum contemptores, an ad divites & avaros (quoniam sine avaritia perraro dives) confugiendum? utriq refert refertam esse rempubl. opulentissime, qui se aliosq; opibus suis tutantur: an egenis, qui nec aliis nec sibi subvenire possunt. Mihi quidem, ait *Anton. apud Poggium d. loc. pag.* 7. optandum videtur compluris ejusmodi avaros, ad quos tanquam ad arcem præsidium confugeremus in difficultate rerum. Non solum autem divitiis nobis adsunt, sed amplius consilio, prudentiâ, patrocinio, auctoritate; vidimus ipsi quidem permultos (subdit) qui cum avari haberentur, tamen & rectè consulerent reipublicæ, & in eâ plurimum auctoritate pollerent, quorum consilia profuêre, nullâ in re nocuit avaritia. Porrò avaros cognovi multos lautos, splendidos, ornatos, sumptuosos, humanos, perfacetos, quorum domus plena esset hospitibus & amicis. In summa: ubi in orbe terrarum inventi fuêre, qui magis publicis, quàm privatis rebus fuerint addicti? Consuetum quippe, & naturâ sic comparatum esse apparet, ut ordinata charitas incipiat à seipsa. Atque illud idem fatebimur, nisi magnifica, quàm consueta loqui malimus, sin idcirco infensam habebimus avaritiam, quod ea importat secum multorum damna, quibus opes comparantur.

rantur, mercaturam quoque & quicquid est aliud, in quo lucrum quæritur, damnes unà necesse erit, &c.

Respondemus indicia generalia ut plurimum specialium vices subire, uti videre est *const. crim. Car. V. art.* 40. nec refert, quod avaritia peculiares non producat pœnas, quâ de re nulla quæstio hæret, non secus ac si indicia quævis pœnas parere necesse foret, quod est incivile & dictu ridiculum, quamvis Cicero † avaros urbibus expellendos esse scribat, quem artificem re- 4
gendæ reipub. appellat Augustin. *referente Pogg. in histor. discept. de av. p.* 11. nec facescit, annonâ urgente, sæpenumerò avarorum subsidia esse reipublicæ salutaria, & quæ alia, quod qui ait, perinde adstruit, quasi morbi & pestes sint reipublicæ utiles, quia plures ditantur facultatibus defunctorum, à vipera & serpente nonnunquam mutamur ea, quæ conducunt ad sanitatem hominis, numquid viperam exinde non venenosam & pravam dixeris, proditionem amamus, proditorem odimus. *Philipp. Camer.* 1. *med. histor. Crantz. in Sax.* 9. *cap.* 37. Scelera † quandoq; & privatim & publicè profuerunt, stu- 5
prum Lucretiæ libertatem peperit populo, seditio dedit Tribunos plebi; nec tamen aut stupra aut seditiones non legibus odiosæ, non jure vendicantur? Porrò nec obstat ad avaros divites cõfugere inopes in summo discrimine, qui nisi esset, sæpè † inops interiret: Resp. nemo ad avarum currit nisi invitus, 6
& extrema perculsus necessitate, sciunt enim se confugere non ad portum, sed velut in scopulum, in quo sit aliquâ rerum suarum jactura. Et sanè qui poterit avarus aliis prodesse, qui sibi non prodest, qui ingemit ac dolet quasi exenteretur, cum ab eo separantur nummi? Lætabitur sterilitate ac fame, si frumento abundat. Memini avarum quendam dicere solitum, *ait Pogg. d. loc. pag.* 10. ad id tempus annonam asservandam, quo puer flagitaret à parentibus panem flendo, designans † sterilitatis tempus expectandum. Prætereà 7
quod objiciebatur, avarum sæpè consuluisse patriæ, succurrisse rebus afflictis, re & ope, consilio & auctoritate: A particulari argumentum depromitur. Et quomodo consulat reipublicæ, non videmus, qui quicquid cogitat, agit, ad rationes suas refert: id optimum factu censens, ex quo plurimum in arcam deriver, etiam cum publico detrimento, non dolebit civitatis jura minui, dum sua augentur bona. Hortabitur ad bella † etiam iniqua & cum periculo 8
patriæ, si quid ex eo se opitulaturum confidat, pacem suadebit damnosam ac turpem, unde domus sua reddatur locupletior, habebit venalem vocem, operam, dignitatẽ, insidiabitur patriæ, hostisq; illius erit pecuniæ gratiâ, quâ de re *supra p.* 2. *de indic. læsæ majest.* Planè unus aut alter avarus, communis † omnium est expilator, urbem conturbans; quæ sequetur vastitas, si plures 9
introduxeris, quæ veluti agmine concitato impetum faciant in fortunas singulorum. *Pogg. citat loc. Joan. de Pined. in Job. cap.* 27. *vers.* 7. *ibi*: divites magis alienum, quàm suum manducant panem, qui raptu vivunt & rapinis sum-

 ptum

ptum exercent suum. *Zach.*2. magnates & divites appellantur Quercus Basan, quos Chaldæus interpretatur Satrapas provinciarum, quia quercus non aliis fructum ferunt, nisi glandes & siliquas pro porcis. *Idem Pined. d. loc. v.* 8. Sed hæc & alia, quò ad institutum nostrum applicemus: Notatum esto: Indicium hoc cumprimis vires suas exserere:

10 2. Quoties hujus delicti diffamatus forsan prætendit, annonæ † premente caritate, se non ad hoc coëmisse frumenta, quò annonam flagellaret, sed ad usum proprium & amicorum, quibus necessitate urgente possit succurrere, imò nescivisse, vel divinare se haud potuisse, annonæ caritatem incidentem; vel non coëmisse frumentum sibi, à colonis & hominibus propriis redituum loco advectum, & quæ alia. Quandoquidem sub actu differenti, qui modò in malam, modò in bonam potest explicari partem, magis delictum præsumatur, quam illius exclusio. *Alciat. de præs. reg.* 3. *præs.* 1. *num.* 5. per regu-
11 lam: Quod in actibus † reprobatis jure naturali & divino præsumatur dolus, adeoq; delictum. *Idem d. loc. num.* 10. Neque obstat, quod vulgatiori circumfertur elogio, eoque contrario: nempe actus indifferentes in delicto sonantes, potius bonos, quàm malos esse præsumendos: Quia nunquam præ-
12 sumptio delicti capitur. *Idem Alciat. d. reg.* 3. *præs.* 1. Hinc Clericus † exosculans mulierem non præsumitur errare. *gloss. in c. absit.* 11. *q.* 3. Sed adde: nisi locus & occasio aliud suggerat. Planè non tantam fidem habent hodiè sacerdotes, idq; forsan ex eorum malâ servatâ fide, *ait Theod. Petra. in concl. crim. concl.* 92. Proinde *Alph. Tostat. erudite in Exod. tom.* 1. scribit & *in Matthæū*
13 *tom.* 2. actus absolutè & in se nec sunt boni vel mali, sed efficiuntur † mali vel boni per circūstantias additas. *Idem p.* 1. *def.* 5. Actus bonitas cōmensuratur à duobus, à quibus bonitatē acquirit, nempe à termino & objecto, & deinde à principio, sc. voluntate. Quinimò actus exterior juxta se & in se nec est bonus, nec malus: sed secundum quod habet connexitatem cū actu interiori *Hæc Alphons. Tostat. d. loc.* Sic licet frugum coëmtio & de iis sumpta nundinatio, licitam præ se ferat negotiationem, illicitam tamen inducit mercaturam, respectu personæ (id est avaræ) temporis, (annonæ caritatis) qua de re hactenus verba fecimus finis & effectus (annonæ jam carius divenditæ) Hinc ætiologia juris: Quod uti status † hominis, ita actus humanus dividuus sit, & ad-
14 mittat distractionem. *Joh. Danth. de test. num.* 150. Etenim quo respectu & fine quid fiat, omninò est attendendum. *l.* 53. *ff. de furt. c. cum sua. & c. enim Capella. ubi gloss. ext. de privileg. & l. oratio. ff. de sponsalib.* non tam causa impulsiva, quam finalis in omni negotio spectanda est, *ait Menoch. vol.* 1. *consil.* 41. *num.* 16. adeò ut, sicuti † appellationem recipiunt contractus à fine, tanquam
15 à causa causarum, sic quoque maleficia. *Cravett. consil.* 331. *Bald. consil.* 105. *lib.* 1. *Eberhard. in top. in loc. de tanquam seu. &c. num.* 28. Inspiciendum est

cujus

cujus qualitatis respectu actus fit vel geritur, quia ex hoc diversus resultat effectus juris; &c.

3. Indicium generat mercatura sordida, *Lather. decens. lib. 3. cap. 14. n. 6.* Etenim † lucra turpia si quibus sunt dulcia, utique suavissima sunt mercato- 16
ribus, quod hominum genus, Crantzio recte, illis rebus in sublime solet crescere, dum suo furtim quisque instat quæstui. *in Wandal. lib. 13 cap. 25.* Dicitur verò mercatura sordida, vel respectu causæ efficientis, ut Logici sese explicant, materiæ, formæ, vel finis.

1. Mercatura sordida est, † quæ exercetur à dignioribus, & in album 17
mercatorum non receptis, ut cum nobiles vel Doctores, magistri artium exercent mercaturam, qui an privilegia inde perdant? prolixè examinat *Tiraq. de nobilit. cap. 33. & de pœn. caus. 51. num. 142. & seqq.* Neq; obstat: Quod viri egregii & illustres salvâ dignitate sæpenumerò exercuerint, & adhuc exerceant mercaturam per institores. *qua de re nos p. 1. cap. 46.* ubi hoc dubium resolutum apparet. Imò quod legum † Doctor, salvo gradu, mercari, cerevi- 18
sias coquere, & quæ alia, tractare queat, responsum adhoc quoq; est suprà, *hac p. 3. cap. 21. num. 69.* Nempe ne permittatur istiusmodi facultas Doctoribus, nisi necessitate urgente, ut siquidem aliunde vivere, se suosque sustentare nequeant, † necessitas illicita, permissa & licita efficit. *c. quod non est. de* 19
R. J. & in c. ad limina. 30. q. 1. & 1. 34. quæst. 1. inculpabile dicitur, quodcunque necessitas suadet. Proinde Demosthenes, fas est, *ait*, magis irasci adversus iniquos divites, necessitas veniam habet apud humaniter judicantes, multos namq; cogit liberos inopia facere, in quibus misericordiam justius, quàm pœnam inveniant. *Tiraquell. de pœn. caus. 33. num. 3. & seqq. Alphons. Tostat. 4. reg. 134. ibi.* Qui tempore necessitatis † re alterius utitur usq; ad consum- 20
ptionem, non malè agit, nec refundere precium tenetur, nisi quando ad fortunam pinguiorem pervenerit. Imò (*addit*) in extrema necessitate constitutus, occidere potest prohibentem sibi cibos, ne comedat quoq; panem alienum, fame subinde periturus, velut cum occideret aliquem, qui velit alium occidere sese defendendo, *hæc Tostat.* Sed quid ambagibus? Solonem exercuisse mercaturam, nec nō Thaletem & Hippocratem constat, *Benev. Strach. de merc. p. 2. ibi*: Exercuisse Hippocratem mercaturam ferunt, Platoni etiam olei in Ægypto exportationem peregrinationis viaticum suppetiisse. Porrò sordida est mercatura respectu negotiatoris, quoties vir famosus eam exer- 21
cet, cum † famâ perditâ pro nihilo habeant homines peccare. *Idem Alphons. Tost. in Matth. tom. 5.* fama mala indicia per se parit delictorum. *p. 1. c. 7.* uti fama bona ea consumit. *Sylvan. lib. 2. consil. 94. in fine.* fama mala furem arguit. *p. 3. cap. 2.* quidni furem publicum? † qualis flagellator est annonæ, 22
mercator improbus. *Benev. Strach. de merc. cap. 1.* mercator famosus tanto gravatur incommodo, ne credatur ejus libro, siquidem ad lucrum cessans vel

 damnum

damnum emergens agat, nedum si juramentum offerat. *Joan. de Arn. in fin.*
23 45. Ut non immeritò *Alphons. Tost. 1. Paralipp.* exclamet: fama † quocunque modo eveniat, sive verè, sive falsò, beneficium Dei est, ideoq; Deo gratiæ agendæ sunt. Sin fama mala; hominem mori potius, quàm vivere præstabit. Præterea sordida est mercatura per adjunctam pravitatem usurariam, ut cum
24 usurarius mercaturam exercet, † qui, cum de annonæ reatu quæritur, vix est, quin indiciis aggravetur. *Ben. Strach. in tract. de merc. p. 1. num. 27.* Usurarius
25 mercator dicitur ejusmodi, similisq; huic, † qui ancillam prostituendam tentavit, *uti ait text. l. unic. §. 4. C de latin. libert. tollend.* Usurarius dicitur mercator pravus, & qui nomen mercatoris non mereatur, nisi abusivè & æquivocè, sicut mala consequentia, non est consequentia apud Logicos. *Scot. 4 sent.*
26 *dec. 15. quæst. 2.* Ut proinde † nec mercatorum privilegia allegare, sibiq; sumere possit. *Bald. volum. 5. consil. 382. n. 17. & Alciat. in l. 207. ff. de V. S.* usura-
27 rios non reverà mercatores esse scribit. Planè si mercator fœnus † exercere cœperit, perdat mercatorum jura & statuta, neq; enim verisimile est, legislatorem tàm improbo homini voluisse quicquam indulgere. Hæc ille. *text. in c. ejiciens dist. 88.* Super omnes mercatores improbos plus esse maledictum usurarium ait: imò abominabilis est mercator, usuras exercens, quia usurarum pravitas non cadit in virum bonum, cum sit turpis quæstus. *Alexand. consil. 49. vol. 4. Bald. consil. 449. volum. 3.* Cato interrogatus: Quid in re familiari maximè expediret? Respondit, benè pascere; quid secundum? Satis benè pascere: quid tertium? benè vestire: quid quartum? arare. Et cum ille qui quæsierat dixisset: quid fœneratori? Tum Cato, quid hominem, inquit, occidere? *Benev. Strach. de merc. d. loc. n. 36.* Cæterùm sordida est mercatura, nec indicio-
28 rum hujus criminis expers, respectu adjunctæ † societatis perversorum. Cum perversis perverteris, ait Psalmista. Et nullum penè indicium fortius stringit, quàm ex prava sociorum consuetudine depromptum. *part. 1. de ind. cap. 9.* Pone mercatorem Judæorum, & manifestorum usurariorum societati esse innexum, Ecquis meliorem Judæo? justiorem usurario credat mercatorem?

2. Respectu materiæ sordida est mercatura, quoties merx prava & corrupta exponitur, vinum vetus pro novo venditur. *l. 3. ff. de reb. cred.* adeò ut venditor vitium rei inhærens, emtori teneatur manifestare, siquidem id lateat. *Joan. Nider. de contr. merc. c. 1. n. 12. & cap. 3. n. 10.* hinc Ædilicium edictū, *l. 1. ff. de Ædil. edict.* Etenim cura erat Ædilibus non modo ludorum, ædium, & viarum: sed & annonæ, ne quid fraudis in materia vendibili committeretur, providere. *Cujat. in parat. & Wesenb. eod. tit. Donel. c. 1. ad h. tit.* hinc actiones illæ redhibitoriæ & æstimatoriæ, à prætoribus introductæ extant. *l. 18. l. 44. §. 1. ff. de edil. edict.* redhibere est facere, ut rursus habeat venditor, quod habuerat. *l. 21. eod.* eoq; emtori competit, quoties ignoravit fraudem rei venditæ, sic

tæ, sic ut nedum ignorantia excusat venditorem, allegantem bonam fidem & inscitiam vitii, quo res affecta erat. *Bald. in l. 1. C. eod.* æstimare rem, & quid hæc actio importet, tradit JCtus *in d. l. 18.* quæ aliâs quantò minoris, aliâs quanto majoris dicitur respectu diverso, quâ de re alibi. Vide *Treutl. vol. 1. disp. ad ff. disp. 2. th. 3.*

3. Formæ respectu negotiatio sordida dicitur, quoties modus vel taxâ lege municipali vel statuto mercatorum definita, in fraudem juris violatur, *Strach. d. loc. p. 4. in fin.* vel cum edicto cavetur, quod tanto pejus est, ne frumentum vendendi negotiandive causâ quis emat, nempe ad præcavendam annonæ caritatem. *Ben. Strach. d. loc. p. 4. num. 45. Bart. in l. cætera. §. fin. ff. de leg. 1.* item, ne quis emat annonam extra portas, priusquam † deferatur in 29 forum publicum. *Jason. in d. l. cætera. §. fin. num. 14.* item qui merces præsenti ac numeratâ pecuniâ emunt, & easdem ut plurimum non mutatâ formâ, cariori precio ad diem vendunt, quàm præsenti pecuniâ vendere solent. c. quanquam. de usur. quod mercatorum genus, *ait Scot. 4. dist. 15. quæst. 2. art. 2.* exterminandum esse à republica, quoniam prohibeat immediatam commutationem volentium emere & commutare, & per consequens faciunt quodlibet venale vel usuale carius ementi, quàm deberet esse, & vilius vendenti, & sic utrique parti damnum inferunt. *hæc Scot. d. loc. Joan. Nider. cit. loc. p. 2. num. 11.* Ad formam mercaturæ spectat cumprimis, ne dolosè agat venditor cum emtore, quoniam emtio dolo contracta vires non sortiatur, ut ex disputantium numero non pauci adstruant, nedum opus esse rescissione contractus, cum, quod ipso † jure nullum est, non requirat hominis ministerium. *arg. l. 3. §. fin.* 30 *ff. pro socio. l. 7. ff. de dolo malo. l. 16. ff. minorib.* Explicent sese, necesse foret, leguleì, an requirant rescissionem solennem, qui posterius admittunt, qualem exigit. *§. rursus. 6. Inst. de act.* vel solam declarationem contractus pro nullo: illam procul dubio non admittent, quia singularis est, nec ad consequentias spectat. *l. 16. ff. de ll.* hanc repudiare non possunt, quia medium requirendum est, quo nullitatis declaratio fiat, medium illud est ministerium judicis, qui cognoscat & decernat, an dolo contracta sit mercatura, nec ne? absolvatque emtorem pro re natâ ab observantiâ contractus. *l. 5. C. de rescind. emt. vend.* Et sanè qui pronunciabit judex contractus nullitatem, si quidem retrò nullus haud existat? virium hoc retractus causam præbet, qualiter verò sese exseret, non videmus, nisi vir bonus accesserit, & defectum ejusmodi ritè fuerit arbitratus: manet ergo quidam mercaturam dolo initam nullam esse, sed quid hoc dictum? ipso jure, non exceptionis ope, quasi dolus ipse in judicium prodeat, prodatque suam existentiam, imò ne requiratur judicis sententia? &c. *vid. Coras. 2. miscell. 8. Robert. 3. animad. 1. Arum. exerc. 14. ad Inst. jur. thes. 6.*

4. Respectu finis mercatura sordescit, quandocunq; ea ad solum lucrum intendit, quod rarò aut nunquam sine injuria & damno proximi quæritur,

ritur. *Pogg. Florent. d. loc. de avarit. Thom. de Aquin.* 2. q. 7. *art.* 4. Secus est, si intentio mercaturæ collimat eò, ne jura & statuta negotiationis violentur, fama & conscientia prægraventur, Deus offendatur, sed dum occupatur a-ctionibus honestis, finem necessarium hunc sibi præficit, ut se suosq; sustentet. *Thom. de Aquin. d. loc. Ben. Strach. de merc. p.* 1. *num.* 29. *ibi*: negotiatores illi abominabiles existimantur, qui justitiam Dei minimè considerantes, per immoderatum pecuniæ ambitum polluunt merces suas, plus perjuriis onenerando, quàm preciis; tales ejecit dominus de templo. *Salyc. in auth. ad*
31 *hæc. num.* 18. *Cod. de usur. dicens*: finem mercaturæ † eum reprobatissimum, quæ exerceetur propter mendacia ac quæstus vel cupiditates, ne anima de templo Dei ejiciatur. *vide part.* 1. *de indic. cap.* 46. *Præclarè Seneca*: Qui se tantum intuetur, qui omnia ad suas utilitates convertit, alteri vivas oportet, si vis tibi vivere. Quodlibet vitium sic à Deo abducit hominem, ut is sibi vivat, ad sua commoda vigilet, stertat ad aliena. Ubi ergo intentio anhelat ad æs & nummos, ibi carior hospes non est, quàm pecunia: ubi intentio carnem sapit, illic voluptas inter intimos amicos numeratur: ubi verò in altum suspirat intentio ad honores & dignitates, istic anxiâ sedulitate colliguntur pœnæ, quæ evehant ad alta, nec ullus gratius fert munus, quàm qui alas donat huic ambitioso volatui idoneas. *Hieron. Drexel. in amuss. cap.* 1. §. 3. *in fine. & Idem d. loc. lib.* 1. *cap.* 3. §. 1. Quod est corpus sine vita, hoc est opus sine intentione bona: Quælibet actio quamvis bona videatur, tamen quasi mortua judicatur, si per intentionem bonam non animatur. Quamobrem sic administratâ mercaturâ, cui per defectum intentionis rectæ haud applaudit justitia, quæ suum cuiq; tribuere præcipit, certè dubium non subest, quin inde ad vitia mercaturæ cognata, rectè inferatur, atq; hinc basis hujus indicii: parium eadem est ratio & juris dispositio *l.* 32. *ff. ad L. Aquil.*

Quis nam hominum, quem tu contentum videris uno
Flagitio?

Præclarè *Seneca* de fine actionum humanarum, *lib.* 4. *de benef. c.* 1. Inveniuntur (*inquit*) qui honesta in mercedem colant, quibusq; non placeat virtus gratuita, quæ nihil habet magnificum, si quicquam habet venale, cum virtus nec lucro invitetur, nec absterreatur damno. Calcatis utilitatibus ad illam est eundum, nisi respectu rei familiaris. Quid consequar, inquis, si id gratè? Si quid fortè obvenerit commodi, inter accessiones numerabis, rerum honestatum precium in eis est. Porrò non in facto laus est, sed in eo quemadmodù fiat. Amico ægro assides, probo, at hoc si hereditatis causa facis, vultur es, & cadaver exspectas. Eadem & turpia sunt & honesta, refert quare & quemadmodum fiant. *Hier. Drexel. in amuss. lib.* 1. *c.* 2. §. 2. Non est virtus, non est ullum rectè factum, cui deest pars optima, intentio recta. *Idem d. loc.* §. 4. Proinde

Finis

Finis non facta coronant.

Nempe non fucatus nec ſimulatus, nam ficta tandem ut floſculi † decidunt, 32
nec ſimulata poſſunt eſſe diuturna. *Cic. in off. lib. 2. Idemq́; pro P. Sexto.* Flagi-
tia parietibus tegebantur, mox ſubjungit, ſed hæc obſtructio non diuturna
fuit. *c. origo. 32. q. 4.* ubi Pythagoricorum ſententia hac de re citatur, ibi: nulla
diſſimulatio multo tempore latebit; quoniam res de facili in naturam ſuam
revertitur. *l. ſi unus. 27. §. 2. ff. de pact.* Sed inſtas: Atqui honeſtum & juſtum id
dicitur, cujus initium erat licitum. *l. 1. §. unde quærit off ilius. ff. de exerc.* Quia
conſideratur juſtitia & æquitas cauſæ, ab ipſo initio, non juxta exitum. *l. de fi-
deicommiſſ. C. de tranſact. Philipp. Corn. conſil. 14. vol. 1. num. 11.* Ut haud im-
meritò conveniat dici: Ergo quicunque annonam comparavit extra penu-
riæ tempus, puta negotiator exiſtens frumenti, non annonam reus argua-
tur, incidenti annonæ caritate: cum accidentium nulla habeatur ratio, ne-
que † invidendum negotianti opportunum fortunâ colludente lucrum. *l. 10.* 33
C. arbit. tutel. Hinc ſtatutó quoque dicente: ne ematur frumentum niſi cauſa
victus, emtor annonâm, quâ per annum vivere poſſet, vendere poteſt muta-
to conſilio, nec in pœnam ſtatuti cadit. *Ben. Strach. de merc. part. 4. num. 35.*
Reſpond. à ſeparatis malè inferri. Ut enim in pactis conventis exordium,
ſic exitus † in maleficiis ſolet ponderari. *Pet. Roiz. in deciſ. Lituan. deciſ. 2. l. de* 34
fideicom. & Corn. de pactis propriè agunt. Ergo. Deinde non *l. 10. & Ben.
Strach.* contradicunt. l. 10. de lucro honeſto & licito quærit, & Strach. de ſtu-
dioſo agit vendente frumentum. Sed conſtat locorum ſtatuta non obligare
ſcholares, qui prærogativis ſunt muniti. *t. t. C. de privil. ſchol. auth. habita. C. ne
fil. pro patr.* Sed regeris. Imò voluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia.
l. 53. ff. de furt. Reſp. dici hoc ſecundum quid, ut loquuntur, ut quando in
concurſu delictorum ambigitur, cuinam cauſæ delicti crimen ſit imputan-
dum: non ubi apparet delictum, ejusq́; denominatio, quia rei diverſitatem † 35
nominis diverſitas coarguit. *l. ſi idem. C. de Codic.*

4. Indicium annonæ flagellatæ parit monopolium, cum monopolii
in genere ſic dicti ſpecies ſit frugum † coëmptio, in fraudem annonæ, ut er- 36
go monopolium omne, de genere eſt prohibitorum, ſic etiam in ſpecie ſic di-
ctum, nedum prohibitum, quod caret omni dubio; ſed monopolium quo-
vis mercatu commiſſum, arguit annonæ crimen, idq́; individuum, de quo
quæritur. *Lather, de cenſ. lib. 3. cap. 7. num. 100. & cap. 14. num. 10. & ſeqq.* Qui
retrò vel olim calumniabatur, modo & adhuc præſumitur calumniari, licet
in diverſo objecto. *l. ſi cui. §. iiſdem. ff. de cal.*

Repetunt proprios quæq́; recurſus,
Redituq́; ſuo ſingula gaudent.

ex Severino refert *Tiraquell. de pœn. cauſ. 51. num. 18.* difficulter malus latet.
Plat. de juſt. lib. 2. Quinimò delictum † parit delictum, ut lis litem. Poſt hæc 37

ait *Justinus lib.22.* apud utrumque sexum famosus vitam latrociniis mutavit, qui (Agatocles) annos pubertatis egressus libidinem à viris ad fœminas transtulerat. Interjectò tempore, cum Syracusas concessisset, acciusq; in civitatem inter incolas esset, diu sine fide fuit, quoniam nec in fortunis, quod amitteret, nec in verecundia, quod inquinaret, habere videbatur. In summa gregariam militiam sortitus non minus tunc seditiosâ, quàm antea turpi vitâ in omne facinus promptissimus erat. *hac ille. d. loc.* Et *Idem eodem cap.* de Agatocle, ibi: Nec contentus, quod ex inope repentè dives factus esset, piraticam adversus patriam exercuit; saluti ei fuit, quod socii capti tortiq; de illo negarent, &c. *Hieron. Drexel. in Trismegist. lib.1. cap.8. §.5. ibi:* Ille furtum, hic crapulam, iste adulterium detestatur, crederes eos jurare in leges, sed
38 quid jam? pauculi dies abeunt, redeunt occasiones pristinæ † delinquendi, invitant socii, blanditur caro, &c. explicans indicium hoc simili, lepido & faceto apologo, quem adscribere non me tædet, quia author in manibus cujusvis non volvitur. Lupo, in caula, inquit, deprehenso, mortem minatus est opilio, Lupus ad dolosæ facundiæ artes confugiens: Mi Domine, inquit, non redibo huc amplius, sed & greges tui postliminiò à me tutissimi erunt. Ita promitto, cui pastor, non me, respondit, decipies nequissima bestia, & verò tunc non redibis amplius, cum te jugulavero, nimis crebrò fefellisti fidem. Et cur ego tibi parcerem, cui non satis est meos agros & oves in campis lacerare, sed & in stabulum clam subrepere, & solâ nocendi libidine, fame non urgente, insontes pecudes discerpere, nunc lues, non pareo. Ad hanc vocem lupus: agnosco, inquit, mi Domine vecordiam meam, & quid vis? habes cófitentem reum, sed quem nequitiæ suæ pœniteat ex animo, & patieris, scio me bonum fieri, deinceps aliis vivam moribus, nec quicquam rapiam, nisi cogente fame, & licet dira me fames coëgerit, non tamen nisi septem obolos cœnabo. Motus pastor tàm sincerâ confessione, tanquam amplâ pollicitatione, Ergo abi, inquit, sed memento te vitam liberalitati meæ debere, vide stes promissis. Abit lupus, & jam dulcius ei erat vivere post hanc vitæ gratiam factam: In itinere secum meditatur frugaliorem abstinentiam & mensam septem obolorum, dumq; cogitationibus mersus lentiore passu progreditur. En tibi vervex pinguissimus venit obviam. O nimium potentes illecebræ, quis hic tam lapis sit, ut dentes salivâ natantes substringat. Ergone inquit lupus, mihi ultrò prandium occurrit, nefas videtur fortunam tàm propitiam non salutare. Sed qui palpum obtrudam opilioni in jus trahenti, quo nomine hanc culpam purgabo, si fidem frangam, si fœdus negligam? Ponamus ergo rationes, iste vervex nihil valet, ego certè illum non emerim tribus obolis, hoc tandem triobolare est prandium, itaque prandere non differo. Mox vervecem invasit, discerpsit, devoravit. Altero ab hac die bovem, & unà pascualem vitulum habuit obvium, hic lupus priore facinore jam

audacior,

audacior, benè est, inquit, bos iste, quatuor obolis censeri potest, vitulus tribus; hac ratione tota cœna 7. obolos non exceder, quo joco scelus prætexuit. Quid tibi videtur, *ait Drexel.* annon multi sub specie humana lupo illi paria faciunt? annon rarissimi à pravitate discedant, quâ semel imbuti fuère? Sed ne quid nimis. Instas: constat, & experientiâ expeditum est, viros illustres sæpenumerò indulgere monopoliis, nec non annonam sibi comparare, quā carius vendant penuriâ ingruente: durum verò scribere adversus hos, qui possunt proscribere? Resp. uti omni ætate probrosa fuit hæc negotiatio, sic omninò egregio & illustri viro:

Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto major qui peccat habetur.

Lege Claudia † non licebat mercatori habere navem maritimam, quæ plus 39
quam trecentarum amphorarum esset, id enim satis habitum ad fructus ex agris vectandos; cū quæstus omnis patribus indecorus visus fuerit. *Liv. lib. 21. c. 63. l. 3. C. de commer. & merc. l. 15. C. de re mil. caus. 14. q. 4.* ubi indistinctè nobilioribus, militib. & sacerdotibus interdicitur mercatura, & longè plus monopoliū, quod nedū plebei exercere possunt, uti quidē ante invaluerat. *rec. Imp. Max. I. Imp. const. Col. an. 1512. §.* Vnd nach dem grosse Geschäfft ic. *& de anno 1524. recess. Nor. §.* Dieweil durch unsere instruction, &c. *& an. 1529. recess. Spir. §.* Nach dē die Monopolien. *& an. 1530. recess. Aug. §.* Vnd nach dem viel grosse Gesellschafft. *porrò de an. 1532. art.* von wucherlichen Contracten. *& reformat. polit. Aug. de anno 1548. §.* Die monopolia vnd schädliche Vorkäuffe *& recess. Francofurt. de anno 1577. &c.* Ecquid enim absurdius, quid abjectius, dignitatem quæstu, ordinem pecuniis, nobilitatem metiri opibus. *Bodin. 3. de rep. cap. fin. Wurmbs. in pr. obs. 1. tit. 27. obs. 2. Myns. 6. obs. 54.* quid turpius ac fœdius precio mercari à subditis annonam, vel quancumque rem, eamq; vendere carius eisdem? crudele facinus nec tolerandum in principe tantum avaritiæ malum. *Bod. 6. cap. 2.* Alexand. Magnus de paupertate securus sum & me non mercatorem memini, sed regem, ait apud *Curt. lib. 4.* Thebani ad reipub. gubernacula neminem admittebant, nisi qui per decennium à mercatura destitisset. *Arist. 3. polit. 3. Tiraquell. de nobilit. tom. 1. cap. 33. Cranz. lib. 13. in Wendal. cap. 25.* principibus exprobat, quod in extremâ annonæ caritate, suum potius, quàm subditorum commodum sectentur, &c. Sed utut sit, principes † sine probro & scandalo negotiari posse, imò coëmere posse fru- 40
ges, non est ambigendum, prævidentes annonæ penuriam, & quo harpyiis & iniquis annonæ flagellatoribus facultatem excoriandi plebem inde adimant, vel quia mercatores honesti & integri nihil impendunt vel impendere possunt in coëmtionem frugum, quas precio publicè decreto divendant. *Lather. de cens. lib. 3. cap. 13. num. 41.* Fecit hoc Pharao, Josepho Ægyptiorum prorege, directore, *Genes. 41.* Fecit identidem Sanctus † Remigius Rhemensis 41
præsul,

præsul, providens maximam annonæ caritatem in annum proximum, sed exemplo & eventu infelici, quâ de re *Drexel. in Heliotrop. lib. 4. cap. 3. §. 4. ibi:* magnam frumenti copiam collegit alendæ plebi. At ex his ipsis, quorum bono id facere instituerat, homines potulenti & projectæ audaciæ fuerunt, qui inter pocula diceret: Quid senex noster Jubilæus, ecquid in animo habet, an novam urbem condere, quid sibi volunt tot acervi tritici? annonam videtur velle comprimere, venite, fingamus fabricam aliquam ad hunc senem, struamus sycophantiam. Facile erat malevolis. Itaque ædibus cum impetu provolant insani, & mox ad frumenti metas hic ardentem tædam subjiciens unus: Videamus, inquit, quàm avidè Vulcanus famelicus Cererem sit devoraturus. Audacissimum hoc facinus mox celeri nuncio ad Remigium antistitem defertur, ille continuò equum conscendit, & omni festinatione properat ad incensos tritici manipulos. At ubi devenit, jam flammæ per omne frumentum præcipitarunt, nullâ vi amplius sopiendæ. Quid hic faceret præsul? num se mœrore efficeret, vel insane lamentaretur, aut diras omnes in auctores deprecaretur? Hoc fecit, equo descendit, & quia hiems erat, incendium quam proximè licuit, tanquam se calefacturus accessit, dixitq; semper bonus est focus, præsertim seni; &c. hæc ille. Si quis hic objiciat. Quinimò sacerdoti huic, rei seculari sese immiscenti, meritò contigit, quod Laico, rei illicitæ & prohibitæ operam danti. Equidem refert *Wolff. cent. 10. p. 1. lect. memor.* Cum in Suecia, magna exorta esset annonæ caritas, & magnam haberet frumenti copiam † atque res illuc esset reducta, ut necessariò ab illo emendum esset, cœpit non vendere nisi magno precio. Inops civis multis filiis gravatus, vix collecto dimidio precii, rogat comedi frumentum, reliquam partem precii, brevi se daturum pollicetur. Proponit periculum familiæ suæ ex inedia, vanæ fiunt preces, missus est servus in horreum, paulò post alia de causa, patefactâ portâ, visi sunt bini Boves nigri, vesci frumentorem. Defert ad dominum, moritur nuncius, alius spectatum missus, refert, sues etiam accessisse, ac moritur, accedit dominus, ipse damni magnitudine territus non audet portam aperire, sed spectat per rimas, visis aliis animalibus varii generis vescentibus, sic furore corripitur, ut necessariò conjectus sit in vincula. Non absimilem refert historiam Idem *Wolff. part. 1. lect. memor. pag. mihi* 531. de Sacerdote Polono, avaro & annonæ reo. Respond: non eventu & casu commensurandas esse hominum actiones, sed ex proairesi & affectu.

42

Quicquid agant homines, intentio judicat omnes.

Idem Drexel. in amuss. lib. 2. cap. 3. §. 3. Remigius ille penuriæ succursurus, hic annonam flagellaturus frumenta collegerat; ille prodesse, hic nocere intendebat: illic hominum malitia, hic Dei vindicta annonam perdidit.

Est aliquid quò tendis, & in quod dirigis arcum?

An

An passim sequeris corvos, testaq; lutoq;
Servus, quo peferat, atq; ex tempore vivis.

Persius Satyr. 3.

Porrò non est probrosa principibus provisio, sed laudanda magis intentio, quoties mercatoribus industriis ad invehendam annonam, instante vel futura, uti vulgò existimatur annonæ caritate, sunt adjumento, quoties egenis ad emendam annonam dant mutuo nummos sine fraude mercatoribus. *Gregor. Tholosan. lib. 3. de repubI. cap. 6. num. 49.* Et quanquam certis pactis † principem directo exercere posse monopolia, non pauci adstruant. *Arist. 1.* 43
polit. 7. & qui ipsum sequuntur, in publica scilicet pecuniarum indigentia, ubi fiscus belli tempore est exhaustus, bellum quippe vorago est nummorum, *Bornit. lib. 2. polit. cap. 1. de ærario.* ubi adstruit principes pannorum exoticorum texturam & sericorum reservare posse eis in locis, ubi artificia propter defectum materiæ vel artificum in usu singulorum non frequentantur. Quinimò pecuniæ penuriâ publicâ stringente, sicut cuprum, & corium admittit signaturam & valorem, publico eidem decreto immissum, uti nova vectigalia, collectæ, tributa imperantur; quò fides publica conservetur, societas humana in commerciis promoveatur. *Ferron. lib. 9. hist. gall.* ita ex rebus venalibus cur quæstum vel quoque monopolium exercere ad tempus haut liceat non videmus: Dubium tamen non est, qui annonæ monopolium, hoc respectu interdictum esse debeat viris eminentioribus, qui ad tyrannidem, scandala & mala quævis subinde prolabentur, tandem sibi & genti † exitium 44
accersentes turpissimum, non invidiam tantum, odiumque populare in se concitabunt. *Ferron. de reb. gestis Francisc. 1. Gallor. regis. pag. mihi 252. ibi:* Cæterum dum fisco augendo, quo jure, quâ injuriâ attentus, omnium hominum ordines avitis veteribusq; prærogativis spoliat, flagrare invidia apud omnes cepit, &c. Sed & motus & seditionum faces certissimè accendet. *Idem d. loc. pag. 253. ibi:* Cum Gandavenses questi tributorum gravitatem, vinoq; vendendo indictam collationem, ad seditionem omnia vertunt, &c. Quocirca Guiliel. Pojetus, administrator Galliæ, & præses Parlamenti Parisiensis, mercimoniis & quæstu sordido fiscum regiū, per bella diuturna omninò exhaustum, quidem locupletavit brevi, at in tantam dilapsus invidiam, miserâ tandem in fata concessit, æmuli opportunam supprimendi occasionem fore rati, quasi pacem regno cum Carolo V. Pojetus invideret, non destitere eum proditionis quorumcunq; maleficiorū traducere, quando casu infelici Pojetus salutaret Cæsarem. *Ferron. d. loc. pag. 253. ibi:* Pojetus aulico consilio stipatus, cum ad eum isset salutandum, & ob vestis longitudinem fecisset, uti tabula lignea, quæ parata erat ob ignem excipiendum, casu in Cæsaris caput impingeret, non leviter omnes territi sunt, attonito ob ictus gravitatem Cæsare, qui tamen mox dissimulans, continuato prandio sese postea, secedens in cu-

 bicuIum,

biculum, medico inspiciendum dedit. &c. Pojetum studio hæc machinatum aulici mussitarunt, uti non casu, sed pari affectu patratam in Cæsaris contumeliam: cum die uno vel altero præcedenti cubiculum Cæsaris incenderetur. *Idem d. loc. ibi:* Rex cum ad Lochias Cæsari occurrisset, ubique gratulationes, supplicationes, pompæ, accidit Ambasiæ, ut artifex quidam Cæsaris cubiculum, igne per aliquot loca immisso, odoribus variis implere vellet, gratiusque reddere: at fumus immissus in cubiculum errore artificis, ni reliqui ei occurrissent, nocere potuisset Cæsari, qui eo sanè nomine perturbatus est. Rex tota de re admonitus, sese Cæsari purgans, miserum artificem ad supplicium rapi jubet, &c. Sed hæc obiter pro re nata.

Neque obstat: Quod Thales Milesius non nisi quæstus ergò, cum prævideret anno sequenti olei penuriam fore, olea coëmerit. &c: *Menoch. de arb. jud. 2. cas. 384. cent. 4.* Quod Rudolphus Boëmiæ Rex, Alberti Cæsaris filius, vinum, sal, hordeum, triticum, ad panes & cerevisiam coquendam, ex Austria convexerit, preciaque rebus promercalibus ex arbitrio constituerit, necessitate compulsum hùc se descendisse adserens: quo ærarii inopiam sublevaret, debitaq; Wenceslai socordiâ undiq; contracta, persolveret. *Pet. Gregor. ex const. Boëm. lib. 3. de rep. 6.*

Respondemus, non exemplis sed legibus judicandum esse, non quid fiat, sed quid fieri conveniat, considerandum *l. 13. Cod. de sent. & interloc.* fa-
45 ctum non facit † fidei articulum. *Arnisæ. de transl. Imp. cap. 7. pag. 345. & pag. 206.*

Non tibi quod liceat, sed quod fecisse decebit,
Occurrat, mentemq; domet respectus honesti.

Claudian ad Honor. Gail. 2. observ. 56. num. 11. Quanquam non pauci statuant, extremâ necessitate prædominante, concessum esse principibus absq; probro, & annonam, uti res alias vendibiles, coëmendi, indeq; quæstum exercendi, privatis commercio subinde adempto, modo ne scandalum majus subtimescendum eo, quod ingerit indigentia publica & ærarii eviscetatio: Quandoquidam facto expeditum sit, principem egestatem, ut umbrâ corpus concomitari, rapinas, sectiones, proscriptiones ac innocentium strages crudelis-
46 simas, extremis † periculis extrema remedia quæruntur, & ex duobus, id quod minimum est, malum eligendum. *argum. l. 9. ff. de R. J. Bodin. 6. de repub. cap 2.*

5. Indicium præbet usuraria pravitas, non tàm quod annonæ reus, fœnus publicum exerceat *l. 2. ubi Bartol. ff. h. t.* seq; ad usurarium, uti fur ad latronem publicè grassantem habeat: *Æneas Sylv. lib. 3. comm. in dict. & fact. Alphonsi num. 34. ibi:* fœnus est instar scelerati latrocinii, adeoq; fœneratores
47 propriè loquendo † verè sunt prædones & fures, &c. quàm quod Dardanarius & usurator ejusdem sint prædicamenti, nisi quod diversis objectis occupentur,

pentur. Utrique quidem in genere conveniunt? Equidem neuter, nisi in genere, rerum sc. fungibilium, quærit lucrum suum cum jacturâ alienâ, in specie verò differunt in hoc solummodò, quod ille frumentis, hic nummis flagellet & emungat egentem. Ut meritò hîc ab usurario ad annonæ reum inferre liceat. Quin species habent in fine caudas colligatas.

Neq; adversatur, quod usuræ consuetudinibus, nec non Imperii S. R. constitutionibus tolerentur. *refor. Polit. Francof. de anno* 1577. §. Von Juden vnd jhrem Wucher/ıc. ubi usuræ quincunces etiam permittuntur Judæis, abrogatis privilegiis Judæorum anterioribus; sub & obreptitiè de usuris majoribus recipiendis, impetratis, *vide Ayrer. in process. Beli. circ finem.* ubi varia Judæorum privilegia, eaq; laxissima, recenset. Nec non JCtorum & politicorum cohors permagna usuras omninò probet. *Heig. q. 1. num.* 3. Quo jure, *ait*; inter Christianos valent contractus, commercia, & negotiationes, eodem & usuræ. Etenim usuras patriis legibus probatas damnare hominis est, communem hominum utilitatem societatemque non satis intelligentis. *Christ. Besold. class. 2. disp. polit. 4. th. 37. Coler. de process. exec. cap. 10. num.* 40. *& seqq. Lamberd. Danæ. in polit. Christ. 5. cap fin.* edisserens † non ἁπλῶς, ne- 48
dum jure sacro usuras esse interdictas, in tantum ut in pecuniis trajectitiis centesima quoq; admittatur usura. *l. 1. & t. t. C. de naut. fæn.* quod fœnus in urbibus maritimis consuetudine receptum esse tradit, *Duar. de usur. Coth. 2. resp. 52. num.* 188. *Mind. de mandat. c. 73. num.* 16. Proinde usitatæ illæ & tritæ denominationes usurarum, frustrà & sine effectu juris non divulgatæ, ut semissis, quæ est pars dimidia centesimæ, cùm 6. solvuntur quotannis. Triens pars tertia centesimæ, cum 4. pro 100. exsolvuntur. Bes cum 8. pro 100. annuatim. Unciaria, quando in 100. unus solummodò penditur florenus. *Duaren. d. loc.* & quod deniq; quincuncibus majores tolerentur usuræ inter mercatores, non obscurè fatentur *Wesenb. in par. de usur. Frid. Mindan. d. loc.*

Respond. tradita hæc aliaq; plura communiter eo, quo proferuntur colore adstruenda, at non sine respectu & consequentiâ singulari, quæ regulam κτ̄ παντὸς inferre vel præsupponere nequit, *l. 16. ubi Zas. ff. de ll.* plura extra † 49
ordinem concessa videmus etiam in sacris literis, prohibita pridem, eaq; per conniventiam & non absque indignatione. *Pet. de Suav. in histor. Trid. lib. 5. pag.* 482.

Sic usuræ, indulgentiâ merâ magis, quàm jure concessæ apparent, uti Judæis, duræ cervicis & perfrictæ frontis, ea sæpe numerò concedebantur, quæ concedenda non erant. Quemadmodum Imperator conqueritur: importunâ inhiantium suggestione, eamet nonnunquam impetrari de sese, quæ quidem erant nô concedenda, *l. 1. C. de pet. bon. publ.* imò quæ erant ἀδύνατα. *l.* 20. *ff. de cond. inst.* facta enim quæ lædunt pietatem, verecundiam nostram, & quæ contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse credendum est. *l. 15. ff. eod. tit.*

*eod.tit.Roman.consil.*436. Res ut ut sit, usuræ peccata & delicta involverunt, quocunq; pacto & modo unquam fuerunt admissæ. Quæcunq; enim repugnant cum jure naturali, divino, canonico, & civili jure, ea ἀπλῶς delicta, pœnasque ingerant, necesse est. At usuræ sunt tales. Ergo. Si delicta, pœnasque suggerunt, utiq; non nisi suo respectu criminum dictitant materiam, uti hoc
50 in loco, & per consequens † indicia generant in præsentiarum, quoniam indicia sunt ipsa delictorum materies, fomes & incensivæ causæ, qua de re alibi.

Prius probatur. [1] Quia rationi rectæ non convenit, ut aliquis lucrum capiat de re aliena. *l. id quod nostrum. ff. de R. J.* Sed quamprimum res mutuo data est, transit dominium in mutuantem. *princ. Inst. de oblig quæ re contr.* hinc re contracta hæc obligatio dicitur, quia res initium præbet obligationi dominio rei in debitorem translato. *Donell.* unde mutuum quasi ex re meatuū factum. Ergo. Deinde in nummis aliisq; rebus fungibilibus, usus est rei ipsius consumptio, quæ est proprietatis nota genuina. Si itaq; debitor & rem ipsam in genere restituere, & subinde adhuc aliud quicquam, iniquum videbitur. Porrò aut creditor lucrum pro sorte capit, aut pro usu sortis. Si pro sorte: capit ejus æstimationem vel injustum sortis valorem. Sin pro rei usu, sanè is separari non potest, vel æstimari pro arbitrio contrahentium, vel definiri lege. *l.2. ff. de usufr. ear. rer. quæ us. cons.* de pecuniâ, ait, caveri oportet his, à quibus ejus pecuniæ usus legatus erit, quo SCto non id effectum est, ut pecuniæ ususfructus proprius esset, nec enim ratio naturalis SCti authoritate mutari
51 potest. Hoc verò quod dicimus: pecuniam † usu consumi, tantum dicimus; pecuniæ usum in sumptu & ejus expensione consistere. Unde *Arist.*4. *Ethic.*1. pecuniæ usus est ejusdem consumptio & datio, retentio autem & acceptio ejus est possessio. Denique absurdum est, ut nummi crediti, in quos nullus cadit fructus, fructum proferre posse, & siquidem usura penditur videtur ea officii & gratitudinis ergo præstari; Quicquid verò præter sortem pensitatur quocunque colore, usuræ appellationem habet. *c.14.q.3.c.consuluit de usur.* hinc nedum pactum sustinetur, ut debitor vicissim det aliquando mutuum creditori. *Canonistæ in d.c. consuluit.* multò minus ut operas præstet, beneficium recompenset beneficio. *Fach.1. contr. cap.*54. Nominis significat notatio identidem, cujus virtutem & efficaciam qui ignorat, paralogizatur, ait *Nobiliss. Eberh. à Weihe in tr. manuscripto de aeternit. cap.*2. *in princ.* Dicitur autem usura in usu juris & latinæ linguæ, quodcunque præter sortem accedit sorti fœnus quasi fœtus: At qui nummus pariat? qui inventus est, ut difficu[l]tatibus permutationum succurreretur, alia longè ratio est, quam quæ à fœneratoribus exercetur, usurpatur: qui suæ avaritiæ servientes ex pecunia quæstum faciunt, per se sterili & infructuosâ. *Pet. Roiz. in decis. Lituan. decis.* 5. *num.*125. Græcis fœnus τόκος dicitur, quasi partus, τοκίζειν fœnerari. *Aristoph.*

stoph.in nubib. usuram † feram bestiam nuncupat ἀργυροτόκον, quæ per menses & dies pariat argentum: Sed quid magis naturæ reluctatur, quid monstro similius partum affingere illi, ubi nullum est pariendi principium vel potentia? 52

Cæterùm juri divino adversatur usura, *Exod.cap.22.* si pecuniam mutuo dederis, ait textus, pauperi populo meo, qui habitat tecum, non urgebis eum, quasi exactor, nec usuris opprimes. Et *Deuteron.13.* Non fœneraberis fratri tuo ad usuras, nec pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem, sed alieno, fratri autem tuo absque usura, id, quo indiget, commodabis, ut tibi benedicat Dominus Deus tuus in omni opere tuo. Justus enim est demum, qui ad usuras non accommodaverit, & pignus debitori suo reddiderit. *Ezech. cap.18. & Idem cap.22. ibi:* usuram & abundantiam accepisti, & avarè proximos tuos calumniabaris, mei oblita est dixit dominus. Et *Psalm.14.* habitabit in tabernaculo tuo & requiescet in monte sancto tuo, qui pecuniam non dedit ad usuram, & munera super innocentem non accepit. Testamentum Novum perinde usuras damnat: Mutuum date nihil inde sperantes, gratis accepistis, gratis date. *Matth.10.* quæ & aliæ sanctiones sacræ in imperativo & præceptivo sunt conceptæ modo: Fieri quippe non poterat, ut naturæ jus divinâ quâdâ providentiâ constitutum, mutaretur, quam impossibile sc. Deum naturæ auctorē mutationibus minimè obnoxium, *uti ait Roiz.d.loc. n.165.* usuras unquā permittere bellè, nō minus quàm adulteria, latrocinia, & furta. *Idem n.190.* Quanquā Ferdin. Vasq. longè lateq; disputet, an Deus mutare † queat præcepta moralia? *illustr. contr. 27.* Neque adversatur, quod Judæis tōcessa fuerint fœnera quoad Chananæos? Resp. vulgò, exercito cum peregrinis fœnere, nihil sibi de alieno quæsivisse, quicquid enim Chananæi possiderent, Dei edicto & dono erat Judæorum; ab ipsis itaque uti injustis rerum suarum possessoribus, quod occupabant, recuperare tanquam bonum suum licuit, idq; quacunque machinatione sine fœneris vitio. *arg.l.1. ff. de dolo malo. Joan. de Anan. in c.1. de usur. Abbas in d.c. num.5. per c. dominus.23.q.2.* Hinc qui depositario vel furi mutuo dat, ut suum recuperet, fœnus non exercet. *Bero. in rubr. de usur. num.70.* Hac me cautione, *inquit Roiz. d.loc.n.175.* semel usum repeto, & bonum nomen fecisse, quod erat pessimum; cum à quodam, esse se meo in ære per perfidiam negante, novo ære mutuo dato, chirographum, quo se utramque summam debere fateretur, extorsi, quod factum delicto vacare constat, quid enim admisi, meum consecutus? hæc ille. 53

Deinde jure Canonico usuras † adeò interdictas esse constat, *c. super. de usur.* ut nec quis pro redemptione captivorum exercere possit usuras. *c. quia in omnibus eod.* pœnâ in usurarios dictitatâ, nempe ut honestâ priventur sepulturâ. *c. consuluit. eod.* cum tamen vix ulla major reperiatur necessitas, & favore dignior eâ, quæ libertatis lucrandæ ergò proponitur, etenim publicè 54

interest, homines barbaricæ feritati subjectos, & in summâ miseriâ viventes liberari, & suæ civitati restitui. *l. fin. C. de postlim. revers.* Præterea animæ periculum, quâ nihil est pretiosius, subverendum, ne qui in hostium potestate sunt, servitutis & compedum pertœsi, laxioris vitæ amore, ut fieri assolet, Christum abnegent & impiis sese alligent religionibus. Quin quod Clemens Quintus leges de usuris exigendis, aut non repetendis latas, ad orcum quasi damnat, iis, qui illas tulissent, dictassent, vel scripsissent Ecclesiastica censura severissimè coërcitis, *clem. unic. de usur.* jussis hoc amplius, quicquid ea de re in tabulas esset relatum, id quoad ejus facere quisque posset, inde intra trimestre delere, qui non delessent, cum potuisset, huic illam comminatur pœnam, quam qui talem legem tulissent, dictassent, &c. *d. clem. unic.* Ut non pauci ex nostris affirment, constitutiones ejusmodi ad forum Ecclesiasticum omninò spectare. *per d. clem. gloss. in c. cum sit generale. de for. comp. c. 1. de off. ordin. Alexand. consil. 29. num. 6. volum. 4. Dec. consil. 170. Jason consil. 153. vol. 4. gloss. in c. ex literis. ext. de jurejur.* usurarum causam spiritualem appellat. *c. 1. 2.*
55 *& c. præterea. de usur.* Laici usurarii à judicibus † Ecclesiasticis coërcentur pœnâ excommunicationis, quam forum seculare nescit. Quò fit ut de usurarum scelere non valeat cognoscere judex secularis inter Laicos, uti nec de crimine hæreseos. *Covar. de spons. part. 2. cap. 8. §. fin. & 3. res var. 3. in princip.* quam sententiam communem esse refert *Alber. de Rosat. in rub. C. de usur. n. 3. Pet. Roiz. in decis. Lituan. decis. 5. num. 255.* ibi: Inter omnes convenit, rei usurariæ, omniumq; quæ animæ periculum continent, ad solum summum Pontificem pertinere, &c.

Sed utcunque hæc traduntur, verior est & probabilior sentẽtia, ne Papa ad suum consistorium pertrahat usurarum causas, nisi inter Clericos quæstio vertatur. 1. Quia nedum jure pontificio interdicitur cognitio judici seculari de usuris, sive quæstio facti vel juris suboritur, quin quod magis magisque præcipiatur super usuris jura dicere, jusq; reddere litigantibus. *c. post miserabilem. ext. de usur.* Hinc siquidem merè Ecclesiasticum censeretur hoc crimẽ, uti cognitio ejus adempta prorsus esset Laicis. *arg. c. tuam. de ord. cogn. cap. 1. c. lator. c. causam. q. 2. c. inquisitionis. §. inhibemus. de hæret. in 6.* At hoc falsum, Ergo & illud. Quod enim sublatum non est, in suo vigore durat. *l. præcipimus. C. de appell.* 2. usurarum crimen se habet adinstar homicidii vel furti. *Aristot. 3. Eth. 1. in fine.* Usuram, appellans, turpem quæstum, ac fœneratores, latrones, lenones, depopulatores, ac tyrannos. Et *Cic. 2. de offic.* dare sub usuris,
56 ait, esse, quasi hominem occidere: fœnus † funus vocitavit Rex Siciliæ *Alphons. Panorm. de dict. & fact. Alphonsi. lib. 3. num. 34.* Et nihil interest inter funus & fœnus, inter mortem & sortem, *inquit Hieron.* imò sine ense dimicat usurarius, & hostem absque ferro subigit. *Pac. ad tit. C. de usur. num. 65.* Proinde morsum appellarunt Hebræi usuram, quia non modo opes exhaurit,

rit, sed etiam ossa penitus arrodit, ac medullas ex ipsis ossibus exsugit, sicq; successive tanquam cancer ossa & nervos reipublicæ exedit. *Bald. consil.* 449. *num.* 8. *vol.*3. ubi usuram quoque assimilat ligni vermiculo, indies arrodenti, quasi omnium facultatum medullas mutuò accipientis, donec tandem totū devoret, quod proximus habet in patrimonio. *Coler. de process. execut. p.*1. *c.*10. *num.* 34. usurarius ore lingit, cauda autem ut Scorpio stringit, *ait Joh. Baptist. Bovius de stat. urb. præf.* §. 11. Subsume, at crimen latrocinii, furti, rapinæ fundat indicia civilia, eaq; tantò magis & verius, quò clericis judicia sanguinaria penitus sunt interdicta. *c. si. in morte.* 23. *q.* 8. Antiquitus Sacerdoti nedum funus vel hominem mortuum aspicere licebat, quantò minus tangere, aut ad mortem homines condemnare. *Gell. libr.* 10. *cap.* 15. *Joseph.* 3. *antiq. Judaic. cap.* 10. *Liv.* 3. *decad. lib.* 10. hinc Tiberius pontificatum sibi sumpsit, ne ulla inre dignitas sacerdotalis prophanaretur. *Sueton. in Tit. cap.* 9. *Henn. Arnis. in tract. de jurisd. Cler. & sec. cap.* 1. *n.* 5. *pag.* 15. Ergo.

Cum anno 1600. quando recessus deputationis Spirensis promulgaretur, inter alia de usuris occurrisset materia, sub consiliis & deliberationibus publicis; legati statuum Ecclesiasticorum instarunt acrius de transmittendis & à Papa Romano requirendis decisionibus. Protestantium nunciis contradicentibus & argumenta gravia, cur id fieri non posset, contra Catholicos adducentibus, reclamantibus iis, & pontificis decisionem unicè desiderantibus, interloquendo † Legatus Pomeranus votum suum adferens, dixit: Quid Pomeranis cum Papa? de Deo & Diabolo nobis quidem in Pomerania est sermo, nunquam de Pontifice, quem nemo nostrum novit vel novisse cupit: Recensente hoc nobis nobilissimo viro, Dn. Eberhardo à Weihe, uti oculari teste. Et sanè post Constitutionem Aureæ Bullæ in negotiis Imperii publicis Papa nihil juris quacunque interventione vel prætextu sibi vendicare jure potuit. Quis unquam audivit, inquit *Warem. ab Erenb. vel potius idem Weihe. in tract. de fœd. p.*1. *pag.* 157 *num.* 50. in recessibus Imperii sanciendis Imperatores Romanos Pontificis consensum adhibuisse? quam causam tantopere laudat exoticus scriptor. *Mons. de la Noe in discurs. polit. c.*2. Je prise, ait, le concorde, qui est in Germanie, qui ne s'est point altereé pour le diversite en la religion, & pour les estats differens. 57

Denique jure Justinianeo, † anterioribus denegare constitutionibus proculdubio, usuras quoque interdictas esse evincere non pauci nituntur. *vide Covarr.* 3. *resol. cap.* 1. *num.* 6. *jure ff.* nimium usuris indulsisse legum conditores constat. *per l.* 20. *& l.* 29. *ff. de usur. l.* 26. *& tot. tit. C. eod. Donell. in sing. libell. de usur. ad l.* 10. *h. t. Cujac. in exposit. novell. novell.* 121. antiquam † jurisprudentiam ignoratione veri Dei usuras permisisse, refert *Roiz. d. loc. n.* 255. Priscos Imperatores & Reges connivisse usurariis, quod fieri non debebat, attestantur Jason *in l.* 1. *C. de sum. trin. num.* 11. *&* 36. *Bart. in authent. ad hac qui* 58 59

fructu. C.de usur. aliter forsan arbitraturos, si cum Justiniano IV. Concilia Eucumenica, quorum Nicenum Concilium usuras damnat, professi fuissent. Sed quæris, ubi nam jus Justinianeum extat, leges veteres de usuris permissis, abolens? Respondes hoc ipso Imperatorem refixisse leges usurarias, quo concilia illa catholica agnovit pro regulis fidei, usuras, uti diximus, αὐτῶς reprobantia. *l.6.§.4.C.de summa trinit.* Ut enim exceptio confirmat regulã in casibus non exceptis, sic regula ut plurimum confirmatur, ubi nullus datur casus exceptus. *Eberh: in top. in loc. ab ext. ad reg. num. 5.* At verò excipit Cæsar, ne ullum quidpiam: per omnia sequentes, ait, sancta quatuor concilia. *d.* §.4. Ergò usuræ subinde quoque erunt sublatæ. Qui enim omne dicit, nihil excludit, *c. solitæ. ext. de maj. & obed. & 19. dist. c. si Romanorum l. fin. ff. de pec. leg. l. Julianus ff. de leg. 3.* Et tacitum idem, quod expressum operatur. *E-*
60 *berh. in top. in loc. à tac. ad express. num. 1. & 2.* Clausulæ tacitæ † perinde actum restringunt vel extendunt, uti expressæ. *Bald. in l. stipulatio. §. habet. ff. de novi oper. nunc.* pacta tacita informant contractum primarium, æquè, ut expressa. *gloss. in l. si oleum. ff. de dolo.* quinimò legis ratio lata, rata esse debet de quibusvis speciebus. Sic enim ll. interpretatio apud authores omnes juris est accipienda, ut quoties lex generaliter scripta est, nec quicquam adjicit, quod ad hanc vel illam rem vel speciem referri intelligamus, toties putetur ea generaliter accipi debere, ut pertineat ad omnia, quæ verbis continentur. *Donell. 14. comm. 29. Eberh. in top. in loc. à ration. leg larg. num. 1. 2. & seqq.* de-
61 nique lex utilis † reipublicæ juvanda est aliqua interpretatione extensivâ. *Idem Donell. 8. comm. 32.* juxtà illud: favores sunt ampliandi, odia restringenda. *c. odia. de R. J. in 6.* Adde consilia ista Oecumenica tantę esse authoritatis, ut quæ nulla egeant civili declaratione vel adminiculo politico, nisi quoad usurpationem brachii secularis, ut sic necessarium non fuerit, subinde peculiares edi sanctiones pragmaticas, scilicet ne lux illustrari facibus videretur. *c. si omnia. 7. caus. 6. q. 1 Joh. Schneidvv. in rub. inst. de act. num. 1.* Quin quod uti hodie & jus Civile Canonicum in reddendo jure sequimur, sic tunc maximè ab ineunte ætate primâ Ecclesiæ, ubi firmus & sacer ubique consensus, ubi forum unum idemq́; non fraus & dissensio, non schisma nec ambitio invaluit, necessariam & specialem requirens usurarum prohibitionem, vel quo-
62 ad Laicos, civilem aliquam † conciliorum applicationem, cùm concilia illa ut recipiantur ubivis, uti recepta sunt, modò catholici hodierni ab iis non vulgarem fecissent secessum, & forum seculare & Episcopale obligent, & ad eorum observantiam procul omni dubio adstringant. Non audiendus hic est *Didac. Covarr. 3. resol.* præcipere, adserens, legem Evangelicam, obtemperandum esse prælatis, & Romani Pontificis constitutionibus, & multa prohiberi conciliis, quæ jure divino non sint interdicta, sic plura inhiberi canonibus, quæ lege civili reperiantur concessa, inde, uti concludere ipsum velle

apparet,

apparet, † non minus servandos Canones in foro civili, eosdemq; tollere 63
jus civile, ubi id repugnat canonibus, sicq; parum opus speciali Cæsaris constitutione pragmaticâ, ne quoad Laicos, Ecclesię decreta pendeant ab authoritate humanâ.

Res altioris indaginis est, nos, ut ad scopum revertamur, usurarum materiam statuimus summè odiosam, & fomitem plurimi mali, cumprimis annonæ reatus, &c. ut siquidem usuratium dixeris, annonæ reum digito quasi demonstraveris, *quâ de re supra.* Tantum constat ex prædictis, usurarum exercitia, jam inde à jure Digestorum primævo, continuos habuisse metus, magnam repetiisse conniventiam quocunq; seculo tàm à Clericis, quàm Laicis passim tractata. Neque nos fugit, communem Doctorum cohortem distinguere inter usuras licitas & illicitas, sic ut illæ in nulla hæreant culpa, hæ pariant demum reatus indicia & supplicia. &c. Illæ necessariæ à quibusdam censentur, nec unquam à republica exterminandæ. *Ferrar. in form. libell. in act. hypoth. tit. 43. gloss. 3. num. 11. ibi:* ne nimia clericorum multitudo, & nimia usurarum prohibitio statum destruat Laicorum. Sic Molin. & Dd. consensu unanimi defendunt usuras, nec de genere quæstus. † illiciti esse contendunt, vide 64
in reform. polit. August. Car. V. de anno 1548. Von wucherlichen Contracten. §. Dieweil aber. *& ord. polit. Rudolp. II. de Anno 1577. Francof.* §. Dieweil aber / ubi solummodo usuræ immoderatæ, & usuræ usuratum interdicuntur, & usurarii quartâ sortis parte mulctantur. junctâ *l. 20. C. ex quib. caus. inf. irrogat.* quæ infamia eos coërcet & notat. *Gothofr. in d. l. 20. Duaren. de usur. in Cod. de usuris c. 3. pag.* 1001. quos & Imp. const. & ll. citatæ actione privant, & executione. Politici identidem astruentes gravissimâ eos pœnâ afficiendos, ajunt, qui usuris immodicis nocent proximo, & hac ratione à prædiorum cultura honestisq; artificiis abstrahuntur, postquam fœnerari didicerunt. *Besold. disp. polit. 4. thes.* 38. Theologorum Schola usurarum exercitium in repub. tolerandum esse docet, modò debitorum habeatur respectus, quorum quidam ad paupertatem declinant, non luxu anteacto, sed divinâ quâdam & inevitabili necessitate, quibus usurarum præstatio perquam est difficilima, imò impossibilis, quidam egentes sunt, & prout pactum est, haud confestim solvere possunt nonnulli opulenti sunt, & usuras unà cum capitali sorte reddere possunt, absque molestiâ & interitu victus cotidiani: istis uti beneficentia & Eleemosyna danda. *Luc. 6. vers.* 34. quorum scilicet rogare † divitum erogare, & Dei so- 65
lius compensare. Sic meritò hic obtinebit Christi regula, mutuum date nihil inde sperantes. Illis mutuum officiosum & gratuitum esse exhibendũ evincitur. *Levit. cap. 25. vers. 35* His denĩq; non nisi certò pacto, de usuris legitimis præstandis, mutuari licebit, modo etiam dilectionis proximo debitæ habeatur consideratio. *1. Thessal. 4. v. 6. Molin. de usur. n. 86. Coth. consil. 52. n. 34. vol. 2. Lather. de cens. lib. 3. c. 23. n. 83. Heig. p. 2. q. 1. n. 131.*

Sed vereor si in foro civili androlepsia hæc & personarum respectus attenderetur, nullum fore rixarum finem, dum quilibet morosus debitor impossibilitatem & difficultatem ejusmodi Theologicam allegare vellet, unde confusio immensa, eversio sanctionū pragmaticarum S. R. J. de quincuncibus usuris, iisq; licitis, subsequeretur. At correctionem legum admittere scandalosum est & non nisi authoritate publicâ, eaque potestate permissum, quâ lex vel sanctio publica promulgabatur. *l. 55. ff. de R. J.* Porrò majus involvit dubium, utrum distinctio illa quoad Judæos obtineat, sic ut Hebræi usuris 66 quincuncibus contenti esse debeant, vel possint demum ultra † quincunces exigere jure usuras? Quod adserere videntur claris & dilucidis verbis privilegia eis concessa à Carol. V. & Ferdin. de Anno 1562. §. Vnd nachdem auch die Juden. ibi: So lassen wir zu / vnd gönnen denselben Juden / daß sie hinwiderumb in Gleichnuß vnd nach Maß vnd Gestalt jhrer anlagen / damit sie also / wie obstehet / angehalten vnd belegt werdē / jhre Barschafften vnd Zinß / vnd sonst zu jhren Nutzen vñ Notturfft vmb so viel desto höher vnd etwas weiter vnd mehrers / dann den Christen zugelassen / anlegen vnd verwenden / vnd jhnen solches gedultet werden möge / rc. Verba profectò clara sunt & diserta, quæ quæstionem voluntatis omninò decidunt, contradicente communi Politicorum & JCtorum cohorte, privilegia hæc recessu Imperii *in reform. ord. polit. Francof. de an.* 1577. revocata communi ordinum consensu, affirmantium. 1. Quia leges posteriores derogant prioribus. *Pet. Gregor. Tholos. in tr. de art. juris, cap.* 28. ubi abrogandarum legum formulas septem inducit & explicat.

2. Quia ratio jam cessat privilegii: Equidem constat, ajunt, non plus in publicas Imperii contributiones inferre Judæos, quàm Christianos, quæ ratio tamen allegatur in privilegio, ibi: Nachdem die Juden deß mehrentheils in aller deß Reichs anlagen vnd hülffen mit Leib / Haab vnd Gut / vnd ein viel höhers / dann die Christen belegt vnd angeschlagen worden / rc.

3. Adde, quod hoc pacto parum vel nihil contribuant Judæi, sed potius Christiani, quibus per iniqua fœnora extorquetur, si quid plus illi erogare tenebuntur, Christiani cumprimis inopes & tenuiores per Judæos hoc respectu emunguntur & collectantur.

4. Non ferendum est, in materia hac tàm odiosa magis favere leges Judæis, quàm Christianis, ne illorum potius, quàm horum causam agere videamur, & hos quidem illis impunè deglubendos tradamus, congeramusq; in caput proprium maledictionem aliquam. *Heig. p. 2. q. 1. n. 170.*

5. Ut nec immeritò & Theologi & JCti cordati intrepidè statuant, nedum quoad quincunces usurarum exercitium concedendum esse Judæis, qui aliunde, quo vivant, sat mediorum habere possunt, ut vel manibus operentur, qui passim vitam agunt otiosam, vel mercando lucrentur, uti communiter illo negotio occupantur non pauci Judæi. *Gail. 2. obs. 5. nu. 19. Hering. de fidejuss. c. 30. n. 34.*

6. Imò Princeps usuras permittens, incidit *in Clement. unic. de usur.*

7. Vel ut Lutherus respondit, Judæos duplicis esse differentiæ, alios, quos Moyses ex Ægypto deduxit in terram Canaan, hisce legem datam, servatamq; fuisse usque ad Messiæ adventum in carnem: alios non Moysis, sed Cæsaris esse Judæos, qui clamarunt coram Pilato se Cæsarem agnoscere pro Rege, quibus lex civilis sufficiat, prærogativâ quâdam nequaquam dignis. *Joan. Gerhard. in qq. polit. dec. 8. quæst. 1. Luther. de cens. lib. 3. cap. 23. n. 110.*

Sed ut ut sit, lex dura quoq; servanda est, nec pro arbitrio privato abolenda. *c. cum expediat. de elect. l. 20. l. 23. ff. d. ll. l. prospexit ff. qui & à quib. man. non licet.* & est ratio, *ait glossa*, quia † ubi lex figit pedes suos, non licet ultra transgredi. *in l. si fuerit. in fin. ff. pro socio. arg. c. fleat peccator. ext. de R. J. Petr. de Anchor. in c. canonum statuta. col. 22. in fin. ext. de constit.* 67

Sed regeris: At privilegium & lex differunt, à diversis verò male infertur, *l. 32. ff. ad l. Aquil.* Imò privilegium scandalosum & repugnans honestati, nullius est precii vel momenti. *Dd. in c. super. de off. deleg. l. 2. §. si quis ff. ne quid in flum. publ. l. 15. ff. de condit. inst.* Privilegium in detrimentum tertii concessum, est nullum, cum Princeps nemini suum auferre possit, etiam ex plenitudine potestatis. *l. venditor. 9. si constat. ff. comm. præd. l. 2. C. in quib. caus. serv. pro præm. libert. Vasq. 1. illust. quæst. cap. 5. n. 9.* Pertinet quippe ad boni principis officium curare, ne dilectio proximi offendatur, aut justitia violetur. *Zas. vol. 2. consil. 10. Gail. 2. observ. cap. 56. num. 9.* Verus rex † eâ amicitiâ subditis est sociatus, quâ Deus mundo. *Joan. de Pined. in Job. cap. 29. vers. 12.* Porrò privilegium leges publicas destruens, vel in eas impingens, est nullum. *Dd. var. consil. tom. 2. consil. Gilken. in l. 10. Cod. de sac. Eccles. Pacian. consil. 7.* Hinc est: Quod † Imperator vi supremæ jurisdictionis, à collectis Turcicis petenti immunitatem concedere nequeat, quoniam hæc remissio toti præjudicet Imperio, in cujus perniciem privilegia concedi non debent. *Menoch. 2. præs. 10. n. 48.* Deniq; privilegium immerenti † concedi, fas non est. *auth. habita. ubi Dd: C. ne fil. pro patre.* Sed Judæi quid merentur? Crucem & æternam gehennam. Ergo. 68 69 70

Resp. Nihil sequi ex argumento primo, lex & privilegium differunt; Ergo concedi non possunt privilegia. Plus in conclusione quam in præmissis est. Absit deinde, Cæsarem privilegia ex certâ scientiâ & causâ concedentem, voluisse scandala & res turpitudinis plenas subinde venditare, cum in principe præsumatur justitia & recta voluntas, nec non causa justa. *Bald. in c. quæ in Ecclesiar. n. 15. de constit. Alciat. de præs. reg. 3. præs. 8. And. Gail. 2. observ. cap. 58. num. 1.* Porrò probanda quoq; erit adsertio, concessionem ejusmodi fovere scandala, & involvere derogationem juris publici. Sanè si hoc verum: utiq; usuræ etiam Christianis sæpe concessæ ampliores, majora generabunt scandala, & graviora inferent rebus publicis incommoda.

Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto major, qui peccat, habetur.

Juvenal. Satyr. 7. Gail. 2. observ. cap. 56. num. 12. Sed leges sæpenumerò concedunt usuras quincuncibus majores. *Wesenb. in parat. de usur. Mindan. de mandat. c. 73. num. 16.* Ergò. Deniq; non ob benè merita Judæis permissa est istiusmodi fœnerandi facultas, sed merâ ex gratiâ & commiseratione, ut qui, uti cives Romani, onera Imperii portare unà cogantur, habeant quoq; nonnihil commodi, unde vivere possint. *qua de re infrà pluribus.*

Ad argumenta priora Respond. Leges priores abrogari posterioribus, siquidem expressè id voluerit legum conditor: legum correctio quippe est evitanda *l. 23 ff. de ll. c. cum expediat. de Elect.* & quæ mutata non est, nec specialiter correcta lex, ea procul dubio in suo vigore manet, *arg. l. præcipimus. C. de appellat.* At non constat de revocatione & mutatione illius privilegii. Ergo.

Ad 2. Resp. causam privilegii, experientiâ dictitante, non cessare, equidem facto expeditum est, Judæos, quocunq; in loco degentes, individuorum respectu, longè plus † oneris ferre cogi, quàm Christianos, quod illi, qui præfecturis operam navant, maximè norunt practicare. Et sanè: Siquidem terrarum Domini detrimentosos sibi suisq; sentirent Judæos, ad Garamantas eos procul dubio relegarent, multò minus subjectionem eorum pro ornamento & Regali ditionum suarum agnoscerent. *const. Aur. Bullæ c. 9. & reform. polit. August. de anno* 1548. *tit.* Von Juden. *ibi:* Setzen/ordnen unnd wollen wir/daß niemand hinfüro Juden auffzunehmen oder zuhalten gestattet werden soll/dann den jenigen / die von uns und dem heiligen Reiche Regalia haben/oder insonderheit derohalben privilegüret seyn. *Theod. Reinking. de regim. secul. l. 2. class. 2. c. 3. n. 15.*

71 (margin)

Ad 3. Resp. legislatorem non considerare inconvenientia, quæ potius ἐκ παραλόγου, quàm ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidunt, *l. 3. ff. de ll.* identidem de fœneratore, imò negotiatore quovis prædicari licet, qui auctis vectigalibus, aliisque mercimoniæ impositis tributis, vel licentiis, uti loquimur vulgò, precia augere solent rerum, ne soli hi onus portare publicum cogatur: Quidni Judæis licebit idem, quibus necessitatis tempore subveniendum est, uti aliis hominibus, *ait Oldrad. consil. 87.*

Ad 4. Resp. argumentum à particulari non concludere. *l. 16. ff. de ll.* Ecquis melioris conditionis adserat Judæos, quàm Christianos, non nisi stipes: Judæos Christianorum mancipia, infames, & à conversatione civili, inter Christianos, nonne prorsus exclusos magis dixeris? Ergo.

Ad 5. Resp. nec inde quicquam inferri ad concludendam quæstionem: neque enim hoc privilegio avocantur Judæi à mercimoniis, vel labore corporis, quid si Christiani eorum operas non requirant, & quæ subsidia adferent ærariis Judæi inopes & pauperculi, cum principi intersit subditos habere locupletio-

cupletiores, præsertim eos, quos pro emergenti necessitate tanquā homines proprios, urgere & collectare potest, † thesaurus sunt principum Judæi, 72
bene sese habentes, non secus uti subditi in genere. *Paris de Put. in tr. Syndic. de excess. Baron. pag* 40.

Ad 6. supra responsum est, ubi demonstravimus, Papam nihil juris habere in rebus Imperii, adeoque allegatum Canonem non ligare Imperatores.

Ad 7. Resp. nihil facescere argumentum, neq; enim non ligant civiles leges Judæos æquè, uti Christianos. Et quid multis? quanquam non pauci alii Doctores scribant non tolerandos Hebræos, qui plus usurarum nomine exigunt, quàm 6. pro 100. subjungunt & confitentur tamen, servari contrarium consuetudine. *Reinking. de reg. seculari. d. loc. num.* 18. *Treutler. in disp. ff. volum.* 1. *thes.* 5. Et tantum de hac quæstione, ubi si quis imponat nobis favorem Judaicum, qui absit à nobis, sciat nec latroni, neque piratæ suum denegandum esse, *l.* 31. *ff. depos.* nec Turcæ captivitatis precium promissum, subtrahendum. *Covar. c.* 3. *p.* 2. *§.* 4. *num.* 14. *de matrimon. Vand.* 1. *q.* 51. *Fachin.* 9. *cont.* 58 *August.* 1. *de Civit. Dei, cap.* 18. *ego in disp. ad Inst. jur.* 1. *thes.* 1. fidem Judæo datam † servari oportere, quoque jus gentium dictitat, quidni securitatem vel 73
privilegia eidem concessa, quidni protectionem & clientelam promissam? *Reinking. d. loc. num.* 37. Sanè si prolepsia † tanti erit momenti in foro civili, 74
quomodo sustinebunt furti, homicidii, veneficii, proditionis vel veneficii rei, siquidem defensionibus, adversus crimina objecta uti gestiant, odio scilicet populari dignissimi, cum tamen incumbat jus dicenti nedum admittere, sed quærere reorum defensiones, ne homicidas quærendo judex homicida fiat, & judicando seipsum condemnet. *Francisc. Cason. in tr. de indic.* 9. *p.* 62. *num.* 18. *Dn. Bullæ, affinis & compat. noster in pent. consil.* 1. *num.* 59. *& in decad. consil.* 3. *in fine.*

6. Recenseri hîc possent indicia alia, sed ne in immensum crescat sub manu opus, paucis quædam adhuc attingamus, eaq; cotidiana, quæ plenius, ait, pertractanda esse JCtus *Paulus in l.* 15. *ff. de liber. legat.* ex quibus non vulgare decerpitur indicium, oriens per paupertatem † luxu comparatam, *Pet.* 75
Gregor. Tholos. lib. 4. *de rep. cap* 11. *num.* 6. *Herm. Lath. de cens. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 54. *ibi:* Vides propter superfluum cultum & ornatum ditiones exhauriri, subditosq; sæpiusculè impelli, immobilia ut vendant, furentur, vel dolosè negotientur. At, inquis, quî negotiabuntur decoctores, & ad inopiam redacti? cum negotiatio frumentaria immensum requirat æs, ad largos sumptus: pecunia rerum † gerendarum nervi sunt, & mercimonia opumq; acquirenda- 76
rum vehicula. *Joan. à Chockier. in aphor. thes. polit. lib.* 2. *cap.* 19. Qui pecuniam possidet res permagnas efficere, sibiq; comparare potest, & nonnunquam, si velit formosam mulierem, inquit *Pet. Rebuff. in tr. concord. pag. mihi* 26. *Resp.*

Quidni inopes & pauperculi æquè negotiari poterunt, uti Institores ac domini ipsi? Sanè commodiusne & expeditius exercebunt turpem quæstum per personas hasce, plerunque vafras & callidas, quàm simpliciores? cumprimis quando ditiores videri nolunt tales, cujusmodi reverà sunt, vel quoties annonam flagellaturi, tacitos hinc inde subornant frugum coëmptores,
77 tacitam pauperibus † quos industrios facit & laboriosos necessitas sola. *Hieron. Drexel. in Heliot. lib. 5. cap. 7. §. 2.* subministrant pecuniam: uti nuper præfectus quidam Catholicus, quò vicinæ civitatis frugum emtores divenderent frumentum, ipse suum prius vendidit acervum frugum, precio tolerabili. Et quia præfectus hic negotiari solitus esset re frumentariâ, ac certissimà quotannis annonæ defectus vel copiæ ex locis remotioribus novisse relata, existimarunt vicini, fore nequaquam annonæ defectum, quocirca illi fruges divendiderunt, subornatis à præfecto plebeis emtoribus, & quod frumentum illi vendiderat, non nisi contractu simulato distraxit. Exinde tantum præfectus lucratus est divitiarum, quibus bello ingruente mox hisce regionibus, aliquot equitum millia conscripsit, & ipse eorum dux evasit, captis uxore liberisq; ejus nuperà in direptiore arcis S. W. & divitiis sic conquisitis, jam in fumum & favillas abeuntibus, fati ecquis accusabit iniquitatem?
78 improbitas uti pila per omnia malorum & calamitatum genera rotatur. *Johan. de Pined. in Job. cap. 27. vers. 20. & 21.* Ecquis submirabitur, ut idem lo-
79 quitur, illos, qui venena † hauserunt, ad vomitum incitari, & qui divitias sibi compararunt injustas, cruciari ac divulsis visceribus illas ipsas reddere cogi. *Nazianz. ad Julian. orat. 9. Olimpiodor. in Job. cap. 20. vers. 14.* neque enim præstat ex aliorum egestate opes nostras augere, neque cum aliorum lachrimis miscere facultates, quæ à rubigine ac tineà consumentur. Porrò, ut qui cibos venenosos comedit, effundit eos ilicò cum cibis probè sumptis, sic di-
80 ves † unà cum malè partis, perdit quoque rectè quæsita. *Idem Pined. d. loc.* cui videlicet vita sanguisq; pauperum non minus dulcescebat, quàm agnina lu-
81 po. *Idem Pined. in Job. cap. 24. v. 4.* Ut quoque ad pios † & justos sæpenumerò devolvantur malè parta, Deo sic providente, justus vestiatur illis: Est ergo sordida impiorum cupiditas omnis, *inquit Idem d. loc.* vel uti ex Plutarcho is tradit, asinina ista & fornicaria divitiarum cupiditas, similis est asino balneatoris, qui ligna & malleolos identidem apportans, fumo semper & favillà oppletus, in nullam lavacri, calorisq;, vel munditiei partem venit. *Idem Plutarch.* Similes sunt muribus, qui in metallis Chrysitidem, ea est terra glebulas auri permixtas habens, vorant, at aurum non reddunt, nisi mortui & dissecti. Cur ergo liberis & heredibus pecuniæ multum relinquere volunt, scilicet ut hi quoque aliis hæc, rursumq; aliis servent, instar figulinorum canalium, qui nihil in se retinent aquæ, sed unusquisque proximo à se eam tradit, donec tandem justus vestiatur illorum vestimentis. *hæc Pineda d. loc.* Denique

nisque qui vivi obruuntur egestate & calamitate improvisâ, † ea certè est Dei 82
ministra, missa ad accersendum comprehendumq; hominem impium, ad sistendum ad tribunal Dei, diciturq; Dei lictor. *Pined. in Job. cap. 27. vers. 20.* Et alibi dicuntur malè parta eidem Pinedæ carbones vilissimi, eiq; gehennales, thesauri lemurum, & imagines ad speciem dilucentes, qui non prosunt Dardanariis, cum maximè iis egent. *d. loc. cap. 20. vers. 8. num. 8.* Quocirca epulo dives nedum habebat sub flammis aquæ guttulam, quâ refrigeraret extremitatē *Luca 16. vide Drexel. in Zodiac. p. mihi 144.* ubi adserit linguæ Anachoretam per ἔκτασιν vidisse animas illorum corporum, nivis densæ instar aut pluviarum dilapsas fuisse ad inferos, sic, ut damnati non immeritò quærerent, numquid mundus tot contineret homines, quot animæ abirent in infernum. Sic Archidiaconus Lugdunensis, qui post fata apparuit Episcopo Lugdunensi, quæsitus ut aliquid de suo statu referret, edixit seriò, se eo die, quo is obiret diem, mortuos fuisse in orbe triginta millia, ex quibus solum quinque pervenissent ad Deum. *Idem Drexel. d. loc.* Chrysostomus de Antiochiâ, urbe populosissimâ disserens, vix centum ex tot millibus salvatum † iri 83
credidit. *Idem Drexel. d. loc. pag. 45. Et in lib. de æternit. consid. 9. concl. 7.* refert mulierem concione Bertholdi feriâ adeò permotam, consciam peccatorum, quæ taxaret concionator, concidisse in extremum deliquium, quæ post horas aliquot reviviscens, dixerit juratò, animas 6000. coram judicio Dei stetisse, quarum duæ salvatæ fuerint. *hæc Hieron. Drexel. citatis locis.* Memorabile addam & tragicum Exemplum, relatione dignum, quod in Saxonia accidit, paucos ante annos: Nobilis cujusdam famulus, ante cubiculum Domini pro consueto dormiens, vidit per ἔκτασιν herum exanimem, & à Dæmonibus diductum ad infernum, ubi cum capitaliter delatus esset, coram judicio infernali ab accusatore tartareo allegatum, quod nobilis vitam transegisset in merâ luxuriâ 1. in compotationibus, 2. balneis. 3. venereis & 4. musicis exercitiis; auditum ad hanc delationem herum, sed frustrà, tandem interloquendo jussisse judicem, ut qui vivus mundo & ventri tantùm indulsisset, sæva Diabolorum cohors accusatum traduceret ad convivia & popinas, ubi ferculorum loco carbones, poculorum ardentes sulphureiq; crateres, quos respective ingurgitare & epotare, balnea expice & sulphure flammivomo præparata subire compelleretur, adeoq; unguibus & forticibus ignitis distortus, probè affricaretur, uti subsecutum est, & desudavit subinde afflictus cruorem atrum & piceum. Deinde in lectum deportari carbonibus oppletum, cui socia Venus Sathan sese insinuavit, adeoq; compressit & volutavit miserum, quasi omnia ejus ossa frustratim viderentur collisa. Posthac Dæmones fistulis, buccinis, & taratantaris, quib. non nisi halitus ignitos evomuère, tristissimos terribilesq; edidère ululatus, adeò, ut flammeæ scintillæ ex auribus damnati proderent. Porrò ad superius tribunal thronumque transvectum il-

lum, & longè atrocius accusatum, quàm ante: Examinatum de tot tantisq; peccatorum sceleribus, tormentorum mille adhibitis fidiculis, post cætera, ut confiteretur, num fidibus cantare, vel voce modulari posset? negante illo, atque replicante, impossibile animæ, tanto horrei, tantisq; cruciatibus jam pridem expositæ, formare voces & cantare? Sathan adhæc malè contentus, seriò præcepit, ut caneret, & quod si recusaret, fore ut suppliciis afficeretur priori cruciatu & tortutâ multò gravioribus. Condemnatum levasse vocem, præcinit verò lictor Sathanicus, & quæ recitaret verba, jussit repetere eum cantilenâ. Cantare ergò coactum ita: Maledictus ego, maledicta mater, quæ me peperit hora, in quâ natus, mundus, in quo educatus, & denique maledictus creator meus, quæ verba cum recitare damnatus paulò tergiversaretur, tanto horrore & strepitu in ipsum Dæmones irruère, ut verba hæc effari & plorabundus miser cantare compelleretur, quo ipso totum infernum in risum & cachinnum est resolutum. Et præcepit denique judex, ut in voraginem demum & abyssum æterni luctus abjiceretur, quod subsecutum: At projectio illa tantum edidit fragorem, quasi mundus & elementa omnia invicem dilaberentur, quo sonitu & terrore famulus expergefactus, cum aliquandiu considerasset hæc sibi manifestata dira, fores cubiculi, in quo dominus pernoctasset, pulsavit, domino nòn aperiente ostium, nec intromittente servum, ipse vi effregit fores, & in lecto reperit nobilem defunctum, qui ante horas pauculas sanus & incolumis sese abdiderat cubili. Atque tantum de tragicâ hâc, in domo æterni luctus visâ, scenâ, & umbratili damnatorum post emigrationem statu, quem tamen reformidat nemo, quin quisque po-
84 tius ad gehennæ † flammas, uti ad nuptias properet, *Hier. Drexel. in Cor. Zodiac. pag.* 141. ad quas via ampla est, amœna & lata, plana & plena itinerantium, in qua nemo errat, sed in fine viæ. *Idem Drexel. in tract. de æternit. cons. 9. concl.* 3. Hæc obiter dicta sunto. Sed ad rem.

7. Denique quantum ad annonæ corruptæ indicia spectat, ea depromuntur ex invidiâ, malâ vicinitate, quæ pari gradu solent ut maximè proce-
85 dere. Et malus † vicinus malum matutinum vulgò dicitur. *Proverb. cap.* 27. *Bald. de Ubald. in tr. prothomis. d.* §. 3. *pag.* 552. ex personarum vilitate, desertione cinguli militaris, puta Marte grassante ab hoste annonas clàm esse cor-
86 ruptas, neque enim medium extat expeditius † opprimendi hostem, quàm interversio annonæ. *Arnold. Ferron. de reb. gest. Francisc. 1. lib. 7. pag. mihi* 175. quo cumprimis pertinent incantationes frugum, vini, olei, fontium, & rivorum depravationes, obstructiones, navium plaustrorumq;, ne maturius annonam transportent, impeditiones. *l. 2 ff. h. t. l. 1. §. 1. ff. de ext. crim.* collarum, quibus annona conservatur, violationes, referationes, Equidem si M. Varro-
87 ni credimus, granaria † subterranea custodiri possunt salva annonâ, plus annos centum, cui substernunt paleas, ait, & curant, ne humor ut aër tangere eam

eam possit, nisi cum promitur ad usum, & quo spiritus non pervenit, ibi non oritur curculio. *Idem Ferron. d. loc. pag.* 176.

Porrò hoc indicium formari potest ex quasi maleficio præcedenti ejusdem prædicamenti, ut si indiciatus retrò fistulas fontesque privatorum luto obstruxisset, cœno contaminasset, *Dd. in l ff. de ext. crimin.* quem L. Aquiliâ vel actione injuriarum teneri, non secus ac si † fimo corruptæ quis homi- 88 nem. *Jul. Clar. 5. sent. §. fin. quæstion.* 83. ubi testatur, aliquem nomine Paulum Mediolani ictibus duobus aculei fuisse affectum idcircò, quod amphoram stercore plenam in mulierem projecisset. Et refert *Menoch. 2. de arb. qq. cent. 4. cas.* 384. ex Anchorano, Judæum qui è specula dejecerat stercus, quo contaminaretur S. crux salvatoris, à clerico gestata, ad ultimum supplicium fuisse condemnatum.

Denique simile & affine est huic crimini, quod ultimo loco subjiciendum erat, † stellionatus delictum, ut cum quis plus offert rerum fiscalium 89 venditori, non ut emat, sed ut ementes ad carius emẽdum invitet. *l. 3. 5. si quis. ff. de crim. stellion. Ægid. Boss. de crim. stellion. num. 6. Roman. in sing.* 567. Quod ut plurimum procedit, siquidem fora & nundinas frequentat, & majus, quàm par est, frugum venditori offert, non ut reverà emat, sed ut ad privatum commodum, quia horrea domi habet plena, annonæ precium augeat, quem stellionatus omninò teneri, scribit *Menoch. d. cas.* 381. *num.* 23. hinc illud: privata † odia damna publica, privata commoda, mala publica introducunt. *Herm.* 90 *Lath. in lib. de cens. c. 6 lib. 2. n* 25.

Neq; refert, accusationem hujus maleficii non esse publicam. *l. 3. C. h. t.* quoniam hæc qualitas non evacuet nec purget labem criminis, quin quod ut plurimum stellionatus actio in delictâ publica, quibus pro re natâ inhæret † 91 transeat, exindeque absorbeatur. *Ferrar. Mont. de process. judic. 3. c.* 8.

Porrò Etymon stellionatus à stellione est deductum, † lacerta stel- 92 lata, quæ pellem, uti anguis exuit, quam devorat confestim, ne prodesse homini sua cute videatur: creditur quippe curare cutem animalis morbos comitiales, uti author est *Plin 8. nat. hist. cap.* 31. Alia stellionatus propriè sic dicti exempla traduntur, ut si quis rem vendat duobus eodem tempore. *l. Sylla. ff. ad L. Cornel. de fals. Menoch. d. cent. 4. lib. 2. cas.* 383. ubi hæc prolixius declarat. Item si quis dissimulatâ sorte suâ se locupletem esse jactitavit, cum tamen reverà sit inops & pauper derisus, idque eo fine, quò æs alienum contrahat, atq; incautos decipiat & supplantet creditores, quos pro arbitrio judicis plectendos esse statuit. *Bart. in l. alia. §. eleganter ff. solut. mat.* vel ad carceres perpetuos eos condemnando. *Joan. Ferrar. Montan. lib. 3. de process. judic. c.* 8. *Brunus in tr. de bon. cess. quæst.* 126. vel quoq; ultimo supplicio afficiendo. *Hermon. Lather. de cens. lib. 3. cap. 15. num.* 12. Hinc vetusta lib. 12. tabularum lex: Tertiis nundinis partes secanto, si plus minúsve secuerunt, sine fraude esto.

Ee 3 *Gell.*

Gell. 20. noct. Attic. 1. Etenim debitoris fraudulosi corpus in partes dissecabatur, & cuique creditorum portio vel bolus dabatur. *Menoch. 2. arb. judic. quaest. cas.* 183. vide *part. 1. cap.* 55. Exinde liquet, quàm ociosè quaeratur, utrum damnatus stellionatu, accusatione fiat infamis? quâ de re *Joan. Robert. 4. sent.* 93 17. *Duaren. 1. disp. anniverf. cap.* 42. an bonorum † cessor infamiâ notetur, *reform. Polit. Francof. de anno* 1577. *tit.* 23. *ibi*: Wo die betretten / zu hafften angenommen / den Klägern zu recht gehalten / vnnd nach gestalt der Sachen gestrafft / auch so sie wider zu heußlichen Wohnungen kommen / alsdann zu keinen Emptern oder Digniteten gezogen werden sollen / rc. Alphons. Rex Arragoniae & Neapolis equitem obaeratum, frustrà intercedentibus amicis aulicis, carceri mancipavit. *Joan. Spina. lib. 1. de tranquill. animi, pag.* 32. Mitior Augustus Caesar, mirabatur equitem Romanum, quinquaginta millia Philippicorum debentem dormire potuisse, quo circa bonis ejus sub hastâ venditis, cervical ejus jussit sibi emi, cui consuevisset indormire tantus debitor. Sed quaeso quodnam cervical post contractum tantum aes reddunt quietum hominem, incuria famae, oblivio salutis, irrisio debitorum, &c. *Hier. Drexel. in Trismegist. cap.* 7. §. 4. Henricus IV. Franciae Rex sanctione pragmaticâ, adhibitis ordinum Regni suffragiis, edixit, uti decoctores bonorum, eorumque procuratores & propolae, ad instar raptorum & latronum ultimo supplicio efficerentur, *Lather. de cens. lib. 3. cap.* 15. *num.* 12. Certè si seculo hoc tantae integritatis, non severitatis apex observantiam prae se ferret, qualem in Germania, non tot extarent immortales lites, concursus, cessiones, & fraudes malignantium debitorum.

Sed quorsum vafritia haec? Vanitatis opera mortalium? ad infamiam spectant, ad lanienam pestemque rei familiaris, quia injustè parta uti rubigo ferrum, iniquitas consumit, ad metam mortis, ad gehennam perpetui luctus. O felicem, deciesq; felicem: caduca haec, tantis involuta laqueis, tot subjecta fraudibus, seriò & sincerè aspernantem! Sed quid? ob amissa nomina, uti excussam manibus glaciem pueri plorant, ingemiscimus. *Drexel. de aeternit. consid. 9. concl. 7. §. 1.*

Deniq; tenentur stellionatus actione, qui adversario probationes subtrahunt, & qui triste nuncium alicui adferunt, cum id falsum sit. *Angel. in l. 1. ff. de eo per quem fact. erit. &c.* qui rumorem in populo falsum spargunt in praejudicium veritatis, falsa veris substituendo & vice versa, *arg. d. l. 3. h. t.* qui simulatâ amicitiâ fallit & supplantat incautos, qui spe gratiae vel retributionis nõnihil consequuntur, & extorquent blanditiis ea, quae concedenda non erant, hinc ipse Imperator conqueritur: inverecundâ supplicantium inhiatione saepenumerò concedi haud concedenda. *l. 2. Cod. de legat.* de Carolo Martello refert *Guaguin. in vita Car. Martelli*, quod postquam obtinuisset victoriam contra Saracenos, qui jam ab Hispania venientes, bona, & templa Galliae vastaverant,

ftaverant, ac quà transierant, destruxerant, voluerit nobiles, & regni proceres ex alieno compensare. Et ut animi sui liberalitatem erga dictos nobiles ostēderet, non dissentientibus Episcopis, decimas sacerdotibus, jam à Deo consecratas, & ipsi Deo sanctificatos, his nobilibus laicis & regni proceribus dederit, pejerans jurans (ut Guaguin.) si diu viveret, se omnia Ecclesiis, & multò majora repensurum: quod non fecit, sed ejus sacrilegii causa nō multò post mortuus est, & ad inferos delatus, ut se eum vidisse beatus asserit Eucherius Arelatensis Episcopus, magnæ sanctimoniæ id temporis vir, *ut idem refert Gagui: in vita Caroli Martelli.* & fuit cadaver ejus sepultum in æde Sancti Dionysii, in cujus sepulchro, post aliquot annos, ingens serpens, fortè Diabolus in serpentis specie, inventus est, de suo a. cadavere & ossibus nihil omninò inventum est, adeò quod multi conjectabant, eum cum corpore & anima in inferno ob tale decimarum egregium facinus sepultum: refert ex Guaguino *Petr. Rebuff. in tract. de decim. q.* 10. *n.* 7.

CAPUT XXVII.

DE LATROCINIO EIUSQUE POENA.

SUMMARIA.

1. *Latrocinii etymologia traditur.*
2. *Latro vir dicitur militaris, vel dux militia ex leviori armatura.*
3. *Exercituum robur dicitur latrocinium.*
4. *Laterones qui dicantur?*
5. *Regum satellites latrones appellati.*
6. *Latrocinari militari mercede quid sit?*
7. *Latrocinia sine Duce cœpta tandem in delicta degenerârunt.*
8. *Cur prædones Iunckeri dicantur?*
9. *Rauber an dicatur à Ruben, primogenito patriarchæ Iacobi?*
10. *Synonyma latrocinii referuntur.*
11. *Qui dicantur fures improbi, atrociores, & improbissimi?*
12. *Improbissimi fures quomodo coërceantur?*
13. *Definitio latrocinii subjicitur.*
14. *Contrectatio violenta quæ dicatur?*
15. *Latrocinium & rapina quomodo differant?*
16. *Statuto an pœna latrocinii possit mitigari?*
17. *Pœnarum remissio utrum competat Regibus, & Ducibus Imperii Romani?*
18. *Indicium de statutis oppidanis, offensionem & vim publicam leviori mulcta coërcentibus.*
19. *Delicti gravitas non judicatur juxta quantitatem rei, in quam delinquitur, sed secundum conditionem ejus & qualitatem.*
20. *Petulantia Neratii recensetur.*
21. *Rapiendi animum præsumitur habere, qui armatus rem alterius invadit.*
22. *An causa fatua excuset à dolo & pœnis legalibus?*
23. *Culpa evacuat errorem.*
24. *Raptori res rapta possunt in continenti eripi.*
25. *Debitor fugitivus à prædone parum distat.*
26. *An commodatarius vel conductor contra dominum vi repetentem res suas usurpare possunt l. si quis in tantam. C. unde vi.*
27. *Actio vi bonorum raptorum, quomodo à latrocinio differat?*
28. *Bella injusta sunt & dicuntur latrocinia.*

29. *Belli justi definitio traditur.*

30. *Bella in conscientia debent esse justa.*

31. *An indicium hæreseos sit, movere bella adversus Imperatorem?*

32. *Sæpè bellator succumbit, qui causam justam foret.*

33. *Bona conscientia est ipsa belli fortuna.*

34. *Bellis justis solent angeli Dei adesse in forma hominis, quod jucundis & memorabilibus historiis declaratur.*

35. *Bellis Ethnicorum sæpenumerò Dii, uti credebatur tutelares, præfuerunt in formâ humanâ.*

36. *Qui belli indicendi vel movendi potestatem & jus habeant?*

37. *An & quando Imperator bellum movere possit Statibus?*

38. *De latrocinio, quod coadunatis hominibus perficitur, quid statuendum sit?*

39. *Quænam delicta non consummata pariant pœnam ordinariam?*

40. *An & quando l. 7. ff. ad L. Cornel. de Sicar. in foro practico locum habeat?*

41. *Sicarii qui propriè dicerentur apud priscos?*

42. *Quomodo diffidatores, prædatores, & viarum obsessores coërceantur?*

43. *Via regiæ odiosa obsessio quævis capitalis est.*

44. *Qui in via regia saltem requirunt ut nummos à viatoribus, eine Reuter Zehrung gladio ultore coërcendi sunt.*

45. *Ex Crantzio declaratur thema memorabili quâdam historiâ.*

46. *Delictum abigeatus quale?*

47. *Abigei qui propriè dicantur?*

48. *Quæ pœna abigeatus?*

49. *Quomodo servi & clerici hâc pœnâ constringantur?*

1 DE latrocinio & rapina dicturi, nonnihil de etymologia vocum † differemus. Et quantum latrocinium vel latrones attinet, non obscurum est
est polysemon horum verborum: Etenim vox à radice Gadad, ad prælia justa
accinctum significat, uti Gedud in sua nativa lingua excellentius quoddam
præ se fert, ut *Habac. 2. 16. ibi:* adscendam ad populum accinctum, fortem, pu-
2 gnacem. In eadem lingua † denotat turmam vel cuneum militum levioris
armaturæ, qui excursiones & incursiones facere jubetur ad prædam faciendam & latrocinia exercenda. Unde *Jeremiæ cap. 18.* Adduces super eos latrones repentè, *& Hos. 7.* spolians latrunculus foris. *2. Reg. 4.* dicantur latronum
Principes, Duces militum levioris armaturæ, qui ex præda & cæde vivebant.
3 Sic Scriptura sacra *4. Reg. 6.* currus & equos roburque † exercituum, quod
Benadab misit ex insidiis, ut comprehenderent Elisæum, dicuntur latrones,
& 4. Reg. 24. immisit ei dominus latrunculos. Quinimò Latinæ Linguæ proprietas radici Hebreæ subservit: Latrones enim juxta *Varron. lib. 6.* quasi la-
4 terones: laterones (inquit) dicti à latere, qui circum latera † erant Regi, atq;
ad latera habebant ferrum, quæ postea à stipatione stipatores appellarunt.
Festus Pomp. lib. 17. stipatores corporis actores, quos antiqui latrones vocabant: stipati enim ferro circumdant corpora regum. *Ennius Poëta.* ait: cum
5 primo annali inducit Amulium regem mittentem suos latrones, atque † satellites comprehensum quosdam in montibus vagantes juventes, sic scripsit.
Hæc effatus ubi, latrones dicta facessunt. *Non.* Deinde *Varro* λάτρον stipen-
6 dium vocat militare, & *Marcell.* Latrocinati (*inquit*) † militari mercede, &

Festus

*Festus Pompejus lib.*10. latrones (inquit) eos antiqui dicebant, qui conducti militabant quasi λατρεύοντες, id est servientes; nam λατρεία est servitus: de hoc illud *Plauti in Pœnulo*;

— Hic latro in Sparta fuit
Ut quidem ipse nobis dixit, apud Regem Attalum.

Et idem in milite glorioso:

Ut in tabellis, quos consignavi hic heri
Latrones, ibi dinumerem stipendium,
Nam Rex Seleucus me opere oravit maximo,
Ut sibi latrones cogerem, & conscriberem.

Et postea:

Ut latrones, quos conduxi, hinc ad Seleucum duceret,
Qui ejus regnum tutarentur, mihi dum fieret otium.

Denique latrocinia † sine Duce cœpta prædæ sine jussu factæ dici cœperunt. 7
Unde illud *Virgil. 2. Æneid.*

Omne ævum ferro teritur, versâq; juventum
Terga fatigamus hasta, nec tarda senectus
Debilitat vires animi, mutatq; vigorem.
Canitiem galeâ premimus, semperq; recentes
Convectare juvat prædas, & vivere rapto.

Quin quod prædones in Germania vulgò Junckeri dicti sint, referente Justino Gobleto, *ad const. crim. Car. V. art.* 37. ab Erasmo latrunculi belli iidem fuerint nuncupati, idcirco, † quod viri militares, uti *Cranz. in Saxonia* nobi- 8
les appellitat passim aliquando plusquam plebei homines operam dederint prædationi, latrocinio, vel rapinæ, quâ de re infrà prolixius de ind. latrocinii. *Gobler. d. loc.* hinc triti in nobiles degeneres versiculi: qui quod prædari nequeunt vel furari clam vel apertè, syngraphis datis solent mutuari & fallere incautos.

Nobilis aut nebulo parvo discrimine distant. &c.

Quò spectat locus Besoldi *de jure & arte belli. pag.* 16. *ibi:* partim hos grassatores, partim contra nobiles ex arcibus itinera infestantes, Suevicum fœdus *Noribergæ an.* 1489. suadente Cæsare Maximiliano, initum est. *Sebast. Franc.* in der Päbst: vnd Keyserlichen Chronica / *sub Maximil.* 1. *pag.* 217. Protestor verò ne viris alioquin egregiis & verè nobilibus virtute propriâ, ut loquitur *Alciat. de præsumpt. præs.* 48. *reg.* 1. maculam aliquam velim aspergere, quoniam hoc ipso JCtorum ordini amplissimo atque nobilissimo *l. 1. §. 9. ff. de excusat. l. 4. ff. eod. in fine.* nonnihil derogarem: Ecquis sanæ mentis in propria debachabitur encomia, in suamet grassabitur viscera? Germanis quoque hi latrunculi vel prædones raptores dicuntur Raubere / prædari Rauben † 9
idioma à Ruben primogenito Patriarchæ Jacobi degenere translatum, at

longè admodum & insulsè petitum, *ab Alphonso Tostato in Genesin, num.* 594.

Sed missis nominalibus ad rem ipsam aggrediar, in cujus vestibulo con-
10 siderandà quoque erunt synonyma rapinæ, † vis bonorum raptorum, depredationis, turbæ factæ, latrocinii, furti improbissimi, insidiosæ itinerum obsessionis, pyraticæ, diffidationis, &c. quæ species constituunt delicti, de quo quæritur in præsentiarum: cum & synonima sæpè species exhibeant, vox que eadem sit & generis & specierum. *Zas. in l. jus dicentis. ff. de jurisd. arg. l.* 1. *de adopt. l.*10. *§. inter. ff. de gradib. l.*3. *ff. de jurisd. in §. nos Romanorum. de pac. constant. in usib. feudor. Henr. Bocer. in disp. ff.* 3. *thes.* 2. Deinde objecta ponderanda sunt rapinæ, quæ enim contra personas committitur, propriè raptus appellatur. *l. unic. C. de raptu virgin.* de quo nos sat superq; egimus *part.* 1. *cap.* 14. quæ in res prophanas, huc spectat potissimum, in sacras commissa rapina, sacrilegium dicitur. *l.* 6. *ff. ad l. Jul peculat.* de quo etiam nos *part.* 3. *cap. de sacril.* in res nauticas piratica. *l.* 4. *& seqq. ff. de incend. ruin. naufrag.* de qua nos quoque sufficienter *p.* 2. *cap.* 38. Denique dispiciendi sunt fures ipsi, quadruplicis nempe differentiæ, *juxta Dd. in authent. sed novo jure. C. de serv. fugitiv.*
11 quidam sunt & dicuntur ἁπλῶς improbi, † qui clam at sine effractura furantur, non pœnâ capitali coërcendi, de quibus & nos *supra de furt. Johan. Sneid. in §. fin. Inst. de furt. & in §.* 1. *Inst. h. t. num.* 7. quidam dicuntur atrociores, scilicet qui cum effractura, & aliquoties, vel ultra quinque solidos furantur. *l.* 1. *§.* 1. *ff. de effractor.* & respectivè *t. t. de furt.* quorum & nos fecimus mētionem *d. loc.* nonnulli sunt dicunturq; fures improbissimi, scilicet qui in viis publicis infestant transeuntes, prædantur & spoliant viatores, qui si armis sub-
12 inde utantur, † pœna capitis afficiuntur; sin absque armis exercent prædas, deportantur. *juxta d. l.* 28. *§. grassatores. ff. de pœn.* denique qui publicè cum armis grassantur, atque in res & vitam ferra stringunt transeuntium, dicuntur fures plusquam improbissimi, latrones & raptores publici, de quibus propriè dicetur in præsentiarum.

13 . Definiri hinc potest latrocinium, † contrectatio violenta & armata rei alienæ mobilis, junctâ cæde, vel affectu occidendi concurrente.

14 Contrectationem violentam † dico, ne cum furto confundatur rapina, cum furtum clandestina dicatur contrectatio, à furvo, id est nigro dictum, quia clam & in obscuro committitur. *l.* 1. *ff. de furt.* uti pleraque passim delicta, hominibus remotis, solent patrari pudore naturali id ἁπλῶς dictitante, vel timiditate aliquâ, uti bestiæ noctu grassantur. *Johan. de Pined. in Job. cap.* 29. *vers.* 3. *tom.* 2. Non operæ precium hic pertexendi quasvis violentiæ species, vel casus in jure occurrentes, de quibus partim *Schneid. in princ. h. t.* & nos fusius *part.* 2. *de ind. cap.* 37. *& seqq.* Atque hæc violentia quousque non
15 sese exserit in cædes, rapina dicitur † strictè loquendo, & pœnam furti manifesti quoque ingerit. Ecquis enim magis rem alienam domino invito contrectat,

trectat, quàm qui vi rapit, ait *Justin. in princ. Inst. h. t.* in tantum, quod actio furti hæc mota & absoluta, absorbeat actionem vi bonorum raptorum, secus si furti non manifesti agatur, etenim ultra dupli solutionem, quod restat, petitor actione vi raptorum bonorum consequi valet. *l. 1. ff. vi bon. raptor. ubi Joan. de Plateja & Dd.* vulgò inferunt, ut siquidem statuto caveatur, † invasorem violentum vel maleficum quemvis coërcendum mitiori pœnâ, quàm lex 16 communis dictitat, inde non aboleatur pœna communis. *l. 41. ff. de oblig. & act. Bart. in d. l. 1. Schneidvvin. in d. §. 1. num. 12.* quandoquidem pœnarum remissio soli competat Cæsari de jure majestatis. *l. relegati. ubi Bart. ff. de pœn. Paris. consil. 9. num. 59. vol 4. Cacheran. decis. Pedemont. 101. num. 3. 4.* vel regibus † superiorem non recognoscentibus præter Deum. *Azeved. lib. 8. tit. de* 17 *los per donnes, &c.* non verò Ducibus Imperiorum vel Regnorum, nisi de facto eam sibi sumant eminentiam, prætendentes præscriptionem, qua sibi hasce plumas compararint, soli Aquilæ competentes: atque hanc sententiam legalem ac communem esse, attestantur *Cacheran. d. loc. Sfort. de rest. in integ. p. 2. q. 92. num. 90. Farinac. in pr. crim. de inquis. q. 6.* ut nedum consuetudine introduci queat, quod adulatores Principum ac Ducum adstruunt, in opposito scilicet indistinctè congruere hanc potestatem & Cæsari & Ducibus Imperii., ut quoque non erubuerint oppida æmulari, atque non sine sacrilegii notâ sibi sumere pœnarum remissiones per statuta † privatorum, quale bru- 18 tum statutum, sanè tempore eo, quo boves & asini administrarent justitiam, conditum, ut loquitur *Ferrar. in pract. extat. H.* cujus vigore, si quis in plateis vel stratis publicis etiam vir plebejus offendat, vel plagis excipiat virum honestum, officiis eminentioribus dignissimum, mulcta 10. florenorum martianorum coërceatur, aliàs pœnâ corporis afflictivâ plectendum, per tradita *Menochii lib. 2. de arb. jud. cent. 3. cas. 263. Berlich. p. 5. concl. 66. num. 6. & seqq. Alphons. Tostat. in Jos. tom. 1. num. 236. ibi:* Delicti gravitas non judicatur juxta † quantitatem rei, in quam delinquitur, sed secundum conditionē 19 ejus, in quam delinquitur. O statutum æternâ maculâ, nigrisq; lapillis notandum, castigatione & cessatione dignum! *Gell. lib. 20. cap. 1.* meminit constitutum fuisse l. 12. tabul. hisce verbis: Si injuria alteri faxit, 25. æris pœnæ sunto: evenisse, quod Neratius, homo † improbus, pro delectamento os 20 hominis liberi manus suæ palmâ pulsaverit toties quoties, quem servus sequeretur crumenam assium plenam portitans, & quemcumque depalmasset, numerari juxta 12. tabulas 25. asses jussus. At Senatus mox revocavit legem. Vide *Tiraquell. de pœn. caus. 31. num. 29. & in decisione quæstionis hujus in præfat. ejusdem tractat.* prolixè & nervosè. Sed ad rem redeo.

Porrò dicitur in definitione, armata, (contrectatio) nempe ad distinguenda furta manifesta, quæ absque vi armata possunt patrari. Et latrocinia, quæ non nisi armis patrantur, vel ut hâc notâ excluderetur furtum non ma-

nifestum ejusq; pœna. Cum jure expeditum sit, rapinam quoque committi, remotis hominibus, atque sic clam vel de nocte, modò armatus aliquis ingrediatur ædes & villas alienas, & nemine ibidem existente res contrectet. *l. si quis ex domo. & l. 52. ff. de furt.* rapere enim, ait *Plat. in princ. h. t.* verificatur non solùm quoad factum, sed & quoad animum. Hinc illud: Voluntas & propositum distinguunt maleficia. *l. 51. ff. de furt.* quinimò rapiendi animum
21 † præsumitur habere, qui armatus rem alterius invadit, *gloss. in §. si quis rusticus. vers. 5. de pac. tenend. Joh. Schneid. in d. §. num. 11.* βακτηρίαν αἴρων, αἰκίαν ἀπειλεῖ sonat diverbium: qui ferrum baculumvè attollit, verbera minatur. Ex delatione armorum animus præsumitur latrocinandi circumstantiis concurrentibus; qua de re *cap. sequenti.*

Deinde dicitur in definitione rei alienæ: Etenim qui errore captus rem
22 alterius quasi suam rapuerit, non tenebitur hac † actione, cum error consensum excludat, qui imperitiam detegit. *l. 15. ff. de jurisdict.* & causa qualibet etiam fatua, uti loquuntur, excuset à dolo, ac consequenter à pœnis legalibus, nisi causæ illi queat imputari culpa quædam vel calliditas. *Anton. Blanc. de*
23 *indic. pag.* 379. culpa verò † evacuat errorem, ut quandocunque reus existimaret sibi licere rem occupare, juris ignorantiâ lapsus, quod reverâ ei erat interdictum, ut cum quis possessionem rei suæ apud alium existentem, vi invadat. *l. si quis in tantam. C. unde vi.* unde interdicta possessoria enata sunt, quæ plenius explicavimus quoad vim privatam declarandam. *p. 2. cap. 38.* nisi quis de facto revocet sine strepitu & tumultu res suas à commodatario, condu-
24 ctore, finito usu. *l. 8. ff. commod. l. 17. §. rei. ff. depositi.* à fure raptore res † raptas, quod conceditur, modò fiat in continenti, nam vi repellere vim licet. *l. 1. C. unde vi. ff. de just. & jur.* à debitore fugitivo & unà secum rem debitam abdu-
25 cente, qui à prædone † parum vel nihil distat. *gloss. in l. si quis. & l. 10. §. 16. ff. de his quæ in fraud. creditor.* modo ne creditor rem persequens vel debitorem rei excedat justæ recuperationis tramites & modos, neque enim scandalis via debet aperiri, & quod magistratui publicè licet, concedi privatorum temerita-
26 ti. *l. 176. ff. de R. J.* quod si enim commodator, conductor, creditorvè † ejusmodi quid reverà possint allegare, vim & verbera, imò vulnera subinde accepta probare, æquè ratio *l. 7. C. unde vi.* respectu immobilium rerum constringet, & ad pœnæ paritatem condemnabit reum, neque enim malitiis hominum est connivendum. *l. cum hi. §. sed cum lis. ff. de transact. l. in fundo. ff. de rei vindic.* Et quanquam dolum purgare possint eidem, sufficit tamen prædominari culpam, quæ *l. si quis in tantam.* quoque fundatur. *Menoch. in explic. d. l. 7. de adipiscend poss. Johan. Schneid. in §. ita tamen. Inst. h. t. ibi:* Constitutio, id est *d. l. 7.* non exigit dolum, sicut actio vi bonorum raptorum, &c. *num. 5.* adeò ut siquidem dolus imputari queat reo, rectâ agatur actione vi bonorum raptorum perbellè. *Ulpian. in l. 2. §. 22.* In hac actione (inquit) non specta-

mus rem in bonis actoris, sive in bonis sit, sive non sit, si tamen ex bonis sit, locum hæc actio habebit, quare sive commodata res sit, sive locata, sive etiã pignorata proponatur, sive deposito apud me sit, sic ut intersit meâ, eam nõ auferri, sive bona fide à me possideatur, sive usumfructum in ea habeam, vel quod aliud jus, ut intersit meâ non rapi, dicendum est competere mihi hanc actionem, &c.

Præterea junctâ cæde, ait definitio, scilicet ut actionem † vi bonorum 27
raptorum in latrocinio, in specie sic dicto, segregemus. Est verò latrocinium vel publicum vel privatum: Publicum dicitur, quod coactis hominibus ad faciendum turbam committitur, de quo *Ulpian. in l. 4. §. 1. & seqq. aliquot §§. ff. vi bon. raptor.* καταχρηστικῶς latrocinium, †. omne bellum injustum dicitur. 28
Gail. de pac. publica. lib. 1. cap. 2. & seqq. non est bellum, *ait Tacit. 3. annal.* 27. cum latronibus, prædonibus aut piratis, quanquam magnos habeant exercitus. *per l. 118. ff. de V. S. ubi Gœd. l. hostes. ff. de captiv. & postlim. reversf. l. 3. ff. ad l. Jul. Majest.* De Tiberio scribit *Tacit. d. loc.* quod majori contumeliâ affectus sit à Tacfarinâ latrone & prædone publico, hostium more ad se legatos destinante, atque belli jura subinde sibi vendicante. Justum bellum ne videatur latrocinii studium, à causa & mandato dependere debet, causamq; belli, justitiam esse, requiritur. Justum bellum verò ut maximè † dicitur ad recu- 29
peranda ablata, defendenda justè parta, ad vindicandam vim & injuriam publicam, tuendam libertatem patriæ, ad retinendas aras, cultusque divinos. *Vide Schenckbar. de feud. 2. tit. Alber. Gentil. de jure belli, in princ. cap. 6. Besold. de art. jureq; belli. cap. 5. Bocer. de Bell. c. 3. num. 14. Contz. 10. polit. 3. Becan. de analog. Vet. & Nov. Test. cap. 17. q. 1. Chemn. Loc. Theolog. tom. 2. tit. de vindict. pag. 312.* Sed regeris: quæq; bellantium pars, utraq; hostium cohors prætendere hasce causas potest, imò & sæpiusculè probat. Unde *Tacit. 4. histor. cap. 56.* asseverat, esse fas aliquod & armorum, & hostium jus, quod Græci χειρῶν νόμον appellitant. Nec satisfacit, quod hîc replicatur, scilicet sufficere, quoties causa & finis extrema illa respiciat. Ecquid igitur statuendum? Res ut ut sit, non videmus in trivio exitum tutum, ubi non nisi tendicula apparent, id est, ubi decisio est anceps & periculosa. Sic Judæi contra Judæos pugnarunt justè, quidni Christiani? hinc *August. ad Bonifac. quæst.* 207. Pacem habere debet voluntas, bellum necessitas, ut liberet Deus à necessitate & conservet in pace, non enim pax quæritur, ut bellum geratur, sed bellum geritur ut pax acquiratur. Et *Idem contr. Faust. lib. 22. cap.* 74. nocendi cupiditas, ulciscendi crudelitas, rebellãdi feritas atque dominandi libido, hæc sunt demum, quæ in bellis culpantur. Porrò quanquam omnes belli causæ justæ appareant coram mundo, si tamen in conscientia † non videantur justæ, 30
frustrà de justitia civili disceptatur. *censf. de unic. religion. cap.* 10. ubi post Becanum reprehendit Lutherum statuentem, uti illi ajunt, non esse arma capienda con-

da contra Turcam, quam quæstionem nos ventilavimus *part. 2. cap. in fine.*
31 *vide Besold. de arte belli. pag. 75. Lenseus d. l.* hæreseos indicium † esse scribit usurpationem armorum adversus superiores, & tamẽ ubivis classica canit, dicitque Lutheranos tota vexare biblia, ut ab iis aliquod vel frigidum extorqueant testimoniũ, quo adserant, non bella sibi inferri justa à Catholicis. &c. remitto lectorem ad authorẽ. Piè Lutherus hac de re *tom. 3. Jenensi. p. 31. ibi:* Gottes Furcht ist es / daß man sich auff rechte Ursache nicht verlasse / uti videre est sub illo bello, quod reliquæ Israeliticæ in Benjamitas gesserunt. *Jud. 20.* quo casu nec Dei justicia evacuatur, nec justus Deus esse desinit. *Æneas Sylv.*
32 *in histor. Boëm. cap. 69. ibi*: Sæpè in conspectu Dei æquissima sunt, † quæ nobis videntur iniqua, nihil perperam, nihil temerè divina agit majestas, nos cœci versamur in tenebris, minimum est, quod cernimus, &c. Lucan. Poëta jus sceleri aliquando dari scribit; Sic belli justitia, quod suadebat Demosthenes, contra Philippum Macedonem non deficiebat: justitia quoq; non deerat Pompejo contra Cæsarem. Proinde Dionys. Cass. *lib. 41. histor.* scribit, quod sol per totam Macedoniam deliquium passus fuerit illo die, quo Pompejus victus & in fugam conversus fuit, Cæsaris statuâ, motu conspicuo interea exultante. Pompejus in Ægyptum profugiens à Ptolomæo Dionysio miserè occisus est. *Cæsar in comment. de bello civili. Valer. Max. 1. cap. 4. Philipp. Melanth. in Daniel. pag. mihi* 260. Unde Luther. *Tom. 2. Jenens. pag.* 204. Welches Theil geschlagen wird / es habe recht oder unrecht / muß es für eine Straffe von Gott auffnehmen: Welches aber schlegt unnd gewinnet / muß seine Schlacht halten als fiel jemand vom Tache / und schlüge einen andern todt / solst GOtt deine Sachen heimstellen / dann es gilt bey Gott gleich so viel / ob er dich durch einen rechten oder unrechten Herrn umb dein Gut unnd Leib bringe / du bist sein Creatur / und er mag es mit dir machen wie er will / wann nur dein Gewissen unschuldig ist. Hæc Luther. Et idem *pag. 325. tom. 3. & eodem tom. pag.* 407. *ibi:* Streit und Sieg stehet schlechtes nicht in Menschen Krafft noch Witz / sondern im Glück. Idem Luther. *d. tom. 2. pag.* 407. ubi bonam conscientiam
33 † ipsam belli fortunam nuncupat, & *tom. 3. pag. 325. & d. tom. 2. p.* 407. fortunam Angelos Dei, de quibus plurima Drexelius *in tract. de prædest. in horol. 5. noct. cap. 2. pag.* 190. describens Angelum visibilem à partibus Bavarorũ, nec non legiones angelicas in pugna prope Wimpham & Pragam, ubi Palatinus
34 succubuit. Angelum Wimphensem, uti juvenem caballo † insidentem candido, multas hosti attulisse molestias refert Drexel. *d. loc.* nisi generis vel genii illius juvenem dixeris, qualem citat & describit *Valer. Max. 1. cap. 6. ibi:* non audientibus Rom. prælium ingredi eximiæ magnitudinis juvenis primum eos hortari ad capescendam fortitudinem cœpit, deinde ubi tardiores animadvertit, arreptis scalis per mediam hostium aciem ad contraria castra evasit, &c. *Et ibi:* Postero die cum Consul inter honorandos, quorum strenuâ

nuâ operâ erat usus, vallarē coronam ei se servasse dixisset, à quo castra erant oppressa, nec inveniretur, qui id premium peteret, cognitum pariter atque creditum est, Martem partem tunc populo adfuisse. Sic in bello Macedonico P. Vatinius noctu urbem petens, existimavit duos juvenes excellentis formæ albis equis residentes obvios sibi factos, nūciare die, qui prętererat, Persam Regem à Paulo captum, quod cum Senatui indicasset, tanquam majestatis ejus & amplitudinis vano sermone contemptor, in carcerem conjectus, postquam Pauli literis illo die Persam captum apparuit. *Idem Valer. Max. de mirac. cap. 6. & Cicero de natur. Deorum*: In nostro, inquit, populo & in cæteris Deorum cultus religionumque sanctitates existunt indies majores, idque evenit non temere nec casu: sed quod etiam præsentiam suam † Divi declarant, ut apud Regillum bello Latinorum, cū Postumius Dictator cum Octavio Manilio Tusculano prælio dimicaret, in nostra acie & Castor & Pollux ex equis pugnarunt. Eandem in sententiam locus eximius est Justini *lib.* 20. *ibi*: In Cornibus duo juvenes diverso à cæteris armorum habitu, eximiâ magnitudine, & albis equis & coccineis paludamentis pugnare visi sunt, nec ultra apparuerunt, cum pugnatum est. hæc ille. Sic supra humanum modum juvenis insignis pulcritudinis, junctis duabus virginibus armatis, se præbuit conspiciendum, juvitq; Macedones fugare Brennum Gallorum Ducem. *Idem Justin. cap.* 24. Par nec dissimile recenset exemplum Heliodor. *lib.* 2. *cap.* 3. *ibi*: Quod decreverat, perficiebat eodem loco, ipse cum satellitibus circa ærariū, præsens. Sed spiritus omnipotentis Dei magnam fecit ostensionis suæ evidentiam, ita ut omnes, qui ausi fuerant parere ei ruentes, Dei virtute, in dissolutionem & formidinem converterentur. Apparuit enim illis quidā equus, terribilem habens sessorem, optimis operimentis adornatus, isq; cum impetu Heliodoro priores calces elisit, qui autem ei sedebat, videbatur arma habere aurea. Alii etiam apparuerunt duo juvenes virtute decori, optimi gloria, speciosique amictu; qui circumsteterunt eum, & ex utraque parte flagellabant sine intermissione multis plagis verberantes. Nec leves plagæ fuerunt, subitò enim Heliodorus, ut ibidem dicitur, concidit in terram, eumq; multa caligine circumfusum rapuerunt, atque in sellage statoria positum ejecerunt. *vide Petr. Thyre. de apparit. spirit. lib.* 3. *cap.* 18. *num.* 12. *pag. mihi* 384. Sed tantum de causa belli pro re natâ. Mandatum belli, ut sit legitimū, proficisci debet ab eo, qui belli indicendi ac movendi jus habebat. *Contz.* 10 *polit.* 4. *Besold.* 1. *polit.* 4. *& de arte belli. cap.* 5. Habent autem jus ejusmodi & facultatem belligerandi non privati, nedum regni vel Imperii Status, † sed hi solummodò, qui non recognoscunt superiorem, ut vel rebelles subditos coërceant, vel hostes patriæ à finibus procul arceant, neque enim singulis est concedendum, quod per magistratum publicè potest fieri, ne occasio sit majoris tumultus faciendi, ait *Paulus JCtus ad Plaut. in l.* 176. *ff. de R. J.*

35 (margin, beside "præsentiam suam † Divi declarant")

36 (margin, beside "† sed hi")

Hodie

Hodie Cæsaris potestas hac in parte per capitulationes novissimas sic
37 limitata est, ut bella ex absoluto arbitrio movere † non possit, bella sine ordinum applausu decernere non debeat, multò minus contra non convictos & inauditos Status arma stringere, ut haud immeritò non pauci tradant, subditis demum competere defensionis clipeum, quoties Princeps Tyrannus factus fuerit. *Cardin. Tusch. lit. b. concl. 36. Besold. d. loc. pag. 78. ego part. 1. de indic. cap. 19. vide Gail. 1. de pp. cap. 4.* eleganter & prolixè *Schenckbaro cap. 28. feudor. 2.*

38 Cæterùm latrocinio publico affinis est coadunatis hominibus facta † deprædatio, cædes, vis, injuria illata, nec non species respectivè vis bonorum raptorum & latrocinii strictè sic dicti. *l. 4. ff. vi bon. raptor.* ad latrocinium hoc reprimendum constitutio Imperii de anno 555. potissimum agit decreta, adversus fractores pacis publicæ, id est latrones, junctis copiis, publicè grassantes, qui mandatis avocatoriis & banni comminatione, à proposito perverso retrahi, & ne milites gregarii prece vel precio sequantur authores & latrocinii duces, præceptis sine clausula meritò coërceri debent. *l. 1. & 3. ff. ad l. Jul. majest. ubi Bart. & Dd. Gail. 1. de pac. pub. c. 4. in princ. & num. 8.* ubi latrocinia appellitat hæc bella & tumultuarias congregationes, *constit. Saxon.* hi latrones, ubi quinque vel 10. quoq; vias publicas diffidationis vel prædæ faciendo ergò obsident, gladio feriuntur. *ord. Georg. Duc. anno 1526. tit.* Muthwillige befader. Nec refert sive homines spoliaverit, occiderit hic latro, sive non? *const. crim. art. 128. ibi:* in textu latino Gobleri etiamsi de facto nihil perpetrarint, &c. *Berlich. p. 4. concl. pract. 70. num. 5. Gobler. ad const. crim. art. 126. ibi:* grassatores qui prædæ causâ id faciunt, proximi latronibus habentur, & si cum ferro aggredi & spoliare instituerunt, quemadmodum in his terris sæpè nostri Jungkeri facere solent, capite puniuntur, utique si sæpius, atque in itineribus hoc admiserunt. *l. 28. §. grassatores. ff. de pœn.* Neq; hic adversa-
39 tur: Quod delicta nondum consummata ordinariam † pœnam non pariant. *latè Roz. in decis. Lituan. decis. 3. vide Frid. Schenckb. de feud. lib. 2. tit. 24. §. porrò.* ubi multas rationes urget, an *l. 15. qui cum telo. 7. ff. ad L. Cornel. de Sicar.* in practica subsistat? Deinde requirit reiterationem delicti Goblerus *cit. loc.* & quæ alia.

Respond. Distinguenda esse flagitia excepta à non exceptis, hæc quidem ordinariam non reposcunt pœnam, illa verò procul dubio. *Salyc. in l. 7. C. ad l. Cornel. de Sicar.* cumprimis quandocunq; ad actum proximum reus proruperit, qui actus pro consummatis, in atrocioribus criminibus, regulariter exponuntur. *Bald. in l. 5. C. de Episc. & Cler. num. 6. Berlich. d. loc. num. 6.* actus illi propinqui dicuntur haud immeritò excubiæ ad derobandos, unde pœna gladii derobationes ad jugulandos homines, casu & mero fortunæ arbitrio fors dilabentes, proinde rotæ, vel ejusdem generis, supplicii atrocioris.

ris, quandoquidem derobatio ἁπλῶς considerata, pœnam rotarum præ se ferat, præsertim in terrâ Saxonicâ, uti refert *Coler. in decis. Germ. decis. 185. Berlich. dict. loc. num. 6. Moller. 3. semest. 27. Dn. Bullæus affinis & compater meus ad const. Car. V. art. 126.*

Et licet (quod etiam movebatur) *l. 7. ff. ad L. Cornel. de Sicar.* quoad
simplicis homicidii quæstionem non pariat pœnam † ordinariam in usu pra 40
ctico, uti communis attestatur experientia: non tamen ambigitur, quin in latrocinii causa, cum telo ambulatio pœnam mereatur capitalem, non furcæ vel rotæ, vel ejusmodi generis supplicium atrox & immane, qua in re uti delictum attentatum plectitur, siquidem cum telo interficere hominem volebat is, qui cum telo ambulabat, succedente hic eâdem regulâ. Quod in atrocioribus conatus sit capitalis. *Bald. in d. l. 5.* At causa homidii simplicis nunquam dicitur atrox & excepta. Ergo. *Schenckb. d. loc.* vocans *l. 7. ff. ad L. Cornel.* constitutionem sacratissimam, & nunquam in foro eliminandam. *vide Borch. de feud. c. 8. num. 93. Pet. de Ravennate tit. 53. lib. 2. feud. in 9. homicid.* Et quis addubitat JCtum *in d. l. 7.* ad causam quoq; latrocinii respexisse, tunc seculi inter Romanos frequentioris. *Barn. Brisson. 2. antiquit.* 11. citans ex Josepho verba à Rufino translata, *ibi*: regione purgatâ aliud genus latroci-
nantium in Hierosolymis oriebatur, hi autem sicarii vocabantur, † die cla 41
ro & in media civitate passim quosq; interficientes, potissimum verò diebus solennitate festivis immiscebatur vulgo, sicas sub veste gestantes. His inimicos interficiebant, ac deinceps collapsis hominibus illi inter reliquos de scelere conquerebantur. Et idem *cap. 17.* inter infirmiorem autem vulgum irrumpentes multi sicariorum (sic enim vocant latrones gladios in sinibus portantes, ait Brisson. *d. loco in fine.*) recepti audacissimè prosequebantur opus, quod adorti erant, &c.

Denique non obstat Gobleri sententia, nam quanquam furti causa sic comparata sit, ut non nisi reiteratis furti vicibus fur stranguletur; *quâ de re supra:* secus tamen sese res habent in præsentiarum, utpote facinore longè
atrociori, ubi se invicem nempe consociantur, vel prædatio, † diffidatio, in- 42
sidiosa viarum obsessio, direptio, vexatio publica, excubiæ hostiles, viarum publicarum præclusio, cædes & rapina, quæq; capitali supplicio digna prævaricatio & causa. *Berlich. d. loc. n. 5. & seqq.* ubi quoad processum requirit, demonstrandum esse dolum contra reos, cum evenire queat, non dolosè armatos, vel homines coadunatos commorari foràs, nec enim præsumptio hic operabitur, vel timor puerilis attendetur.

Alias sic odiosa est † viæ regiæ obsessio, ut nedum prædaturus vel occi- 43
surus hominem, inde mortis reus constituatur. *Daniel Moller. ad Const. Sax. p. 4. constit. 13. num. 4. Gail. 1. de p. p. 1. num. 43. Farinac. in pract. crim. p. 5. q. 107. num. 71.* Scilicet ad strupandam mulierem, & ne quis tutò & securè commi-

grare queat, molestias creandas. *l. 8. §. 2. ff. quod met. caus.* Secus respondent facultates quoties quis angiporta vel trivia obsederit oppidorum vel pagorū, ne tutus perinde sit transitus, ut dum rixator exspectat adventum sodalis, quo cum jurgia habuit forsan in cauponis. *vide Berlich. d. loc. num.* 17. qui prolixè has & alias quæstiones subinde occurrentes decidit.

Ex hisce aliisq; argumentis videre licet, quam indubitabile sit, gladii pœnâ afficiendos quoscunque latrones, etsi manu homines non occiderunt, & grassatores, non attentâ quantitate vel valore rei ablatæ, nec consideratâ factorum reiteratione, neque denique qualitate commissi criminis, utrum vulnerarint spoliatos nec ne? Siquidem enim propter solam viarum obsessionem & interpellationem publicam, ut quoties, uti frequenter accidit, exi-
44 gunt concussores aliquid † nummorum eine Reuterzehrung / gladio ultore persequendi sunt, quantò magis si quoque rem minimam rapuerint, si homines vulnerarint, equos abduxerint; coëgerint viatores sese denudare, reserare cistas, atque suppellectilem offerre sibi, gladio feriri debebunt. *Dn. Bull. d. loc.* non consentire tamen possum, hospites latronum, inde quod tecto eos recipiunt, ultimo supplicio afficiendos, qua de re *p. 1. (ego) cap.* 18. &
45 19. Historia insigniori hic concludam † ex Crantzio *lib. 10. Saxon. cap.* 30. Henricus Dux Luneburgensis (*ait*) justitiæ tenax princeps, multa egit, ut vim & improbitatem latrocinantium excluderet, tam severè castigans improbitatem, ut de minimo quoque statueret exempla justitiæ: Præfectus arci Zellæ, vir industrius, cum iret properanter in Luneburgum, adventuro principi parare necessaria, ventus Aquilonaris penetrabat, tenuiter, ut solent militares, indutum. Vidit in via mantellum arantis de propinquo rustici accipiensq; promisit redditurum indubie cum rediret. Quis non hoc permittat arcis Præfecto, per omnem ditionem ditissimo? Agricola non assuetus reddi ab ejus generis hominibus quod attigere, reclamabat: quod ille parvifaciens, ivit itinere suo properabundus. Post non multas horas sequutus Dux, reperit stantem juxta viam hominem, de sua veste querelantem: Et cum attentius loqueretur, audientiam postulans, Dux stetit ut audiret: Ille vero: Quid est, inquit, optime princeps, quod publicos insidiatores viarum persequeris: ipse tuæ arcis præfectus jam prætériens vestem mihi tulit pauperi nudulo, & ut vides algenti sub brumam. Dux tacitus secum rem perpendit, & de veste scrutinium faciens, reperit, ut diximus, reclamanti vestem sublatam. Cum autem rebus in oppido expeditis regressum Dux faceret, ad locum ablatæ vestis perveniens, jussit adesse præfectum. Cur, inquit, pauperi reclamanti vestem abstulisti? tuo ministerio prosequor hostes publicos: & tu es qui non minora illis, in meos patrasti. Multa parantem in sui purgationem dicere, ipse equi detracto capistro, alligatum in arborem appendit jugulandum. Mira severitas justitiæ, & zelus incredibilis in principe

Saxo-

Saxoniæ: vix fidem apud exteros habitura narratio, hactenus Crantzius *d.loco. Vide Wendaliam lib. 4. cap. 2. ibi*: Germania tunc purgata latrociniis & *lib.13.cap.26.* & 41.

Denique speciem latrocinii præbet delictum † abigeatus, de quo con- 46
stitutio criminalis Caroli V. parum vel nihil agit, cum tamen frequens sit crimen ejusmodi, experientiâ dictitante. Abigei autem † propriè hi habentur, 47
qui pecora ex pascuis vel ex armentis subtrahunt, & quodammodo deprædantur, & abigendi studium quasi artem exercent, ait *Ulpian. in l. 1. §. 1. ff. de abig.* quoad minora pecora non abigeatus pœna stringit, nisi abigentur oves decem, porci quatuor vel quinque. *l. 3. ff. eod.* unius bovis vel equi abactus abigeum facit, reumq; pœnæ ordinariæ, quæ est † ultimum supplicium jure 48
civili, rescribente Hadriano, abactores ad pœnam gladii damnandos, si aliquoties hoc flagitio sese inquinarint rei. *d. l. 1.* cæteroquin pœnâ mitiori plectendos, nec non honestiori loco natos, sive semel, sive aliquoties abactores fuerint. *d. l. 1. §. 1. & 3.* Severius coërcendos indistinctè, qui vel ex stabulis abigunt pecus. *l. 3. p. 1.* vel cùm gladiò detestandum hoc flagitium in stabulis vel in pratis & sylvis committunt, quos bestiis objiciendos esse respectivè rescribit JCtus *in d. l. 1. §. 3.* Germani veteres, quos vocant Riboarios, de abigeis in hunc modum sanxerunt: Quod si ingenuus de honesti, id est 12. equas cum admissario, aut sex scrophas cum verre, vel 12. vaccas cum tauro fuerit furatus, 150. solidis culpa judicetur, & insuper capitale & dilaturam restituat, quod si multi ingenui fuerint, sicuti in omni furto constituimus, quisque 150. solidis judicetur, & insuper capitale & dilaturam restituat, aut si negaverint, singuli cum 72. jurent, quod si servus hoc † fecerit, 16. solidis 49
culpa judicetur, & insuper capitale & dilaturam restituat, & si multorum servi fuerint, unusquisque per semetipsum similiter faciat, aut si negaverint domini eorum cum sex jurent. Si homo Ecclesiasticus aut regius id fecerit, medietate compositionis Francorum culpa judicetur, aut si negaverit, cum 36. juret: de hoc juramenti solennitate & usu p[illegible] vide *part. 1. de ind. cap. 45. & lectiones nostras feudales, cap. 3. pag. 76.*

§ (* * *) §

CAPUT XXIIX.

DE INDICIIS LATROCINII.

1. *Raptus indicia quaenam exprimat constitutio criminalis?*

2. *Apud quem res rapta reperitur, is rapina indiciis premitur.*

3. *Vitium rem afficit, & sequitur ut lepra leprosum.*

4. *Palam facta & palam portata non inferunt pravam suspicionem.*

5. *Res rapta penes aliquem reperta visa arrestari potest.*

6. *Arrestatus aufugiens indiciis premitur.*

7. *Qui raptam rem exhibere recusat, indiciis urgetur.*

8. *Quae indicia inde descendant, cum possessor rei raptae allegat emtionem, venditor vero nō appareat, vel si apparet, neget venditionem, quam probare nititur emtor?*

9. *Venditor bonorum raptorum indiciis scatet.*

10. *Quid si venditorum quidam defuncti sunt vel absentes, quomodo procedendum?*

11. *Non infinita quaerenda sunt dispendia, ubi finita sunt expraescripto legum compendia.*

12. *Quid si emtor vel venditor adserat, se in publicis nundinis emisse rem raptam, an indiciis exoneretur?*

13. *Qui dolo malo desiit possidere, adhuc possidere dicitur?*

14. *Indicia ubivis [illegible]untur & exposcunt vindictam & poenas.*

15. *Quid si indicatus nominare nolit authorem.*

16. *Non demonstratio sufficit, ubi exhibitio requiritur.*

17. *Vir frugi & bonus non praesumitur ilicò mutatus esse.*

18. *Quomodo praesumptio praesumptione, indicium indicio contrario subvertatur?*

19. *Indicia ex constit. Caroli V. referuntur & explicantur brevibus.*

20. *Delicta separata habent caudas combinatas.*

21. *Qui majora patravit, non erubescet minora committere flagitia.*

22. *Indicia generalia saepenumero specialium vices subeunt.*

23. *Qui fovet & recipit latrones, ipse latro & raptor praesumitur.*

24. *Non diutius latebit fur, raptor vel latro sine receptatore.*

25. *Receptatores uti fures ipsi plectendi.*

26. *Qualiter ex consilio indicia formentur hoc in loco?*

27. *Si reus ex carcere fugiens apud aliquem divertit, indicium hinc oritur adversus receptatorem.*

28. *Nominatio vel relatio quantum indicii hic pariat?*

29. *Indicium parit tractatio quovis pacto pro latrone habitum.*

30. *Interpretes constit. criminalium Car. V. non genuinum sensum articuli 39. perceperunt.*

31. *Quaenam fidejussio pro latrone praesentata pariat indicia?*

32. *Submirandum est, quod Imperator nulla latrocinii indicia expresserit in constitut. crimin.*

33. *Irridendi sunt, qui existimant praeter enumerata à Caesare indicia in constit. criminalis, non esse alia statuenda.*

34. *Quae indicia exoriantur ex familiaritate eorum, qui cum latrunculis conversantur.*

35. *Leges non praesumunt matrimonium inter inaequales.*

36. *Varia dicta & gnomae recitantur de fugienda societate malorum.*

37. *Vita militia assueta parit indicia latrocinii.*

38. *Insidiatores fures & latrones dicuntur.*

39. *Mors fur dicitur, & quare sic dicatur?*

40. *Quae indicia latrocinii suboriantur ex tyrannide?*

41. *Tyrannorum mores describuntur.*

42. *Quae indicia generentur latrocinii ex violatis & transpositis finibus.*

43 *Magna salus, non habere quaestiones finium*

nium, nec controversias cum vicinis.

44. Iucunda historia ex Valerio Maximo quoad subjectam materiam recitatur.

45. Indicium parit solitudo & intra claustra lecta habitatio.

46. Timida est omnis nequitia.

47. Quo stratagemate Herodes coperit latrunculos in claustris montium sese abdentes?

48. Quo pacto Romani Baleares pyratas confuderint?

49. Specialiora referuntur de turri Moguntina, an illa fuerit arx latronum?

50. Sedes Moguntina latrocinii suspecta.

51. Hatto, qui à muribus vulgò dicitur corrosus, latro fuit magnatum & illustrium virorum.

52. Qualiter ex inopia & egestate indicia latrocinii formentur?

53. Quomodo occasio temporis indicia suggerat?

54. Latrones filii tenebrarum dicuntur.

55. Ex impietate quomodo indicia formintur?

56. Qui dicantur propriè impii?

57. Qualiter ex avaritia emergant latrocinii indicia?

58. An argentum prius fuerit auro in usu?

59. Qui nimis amat argenti candorem, is quoad animam nigrescit.

60. Avaritia Alexandrum V. Papam ad latrocinia connivenda induxit.

61. Desertà militia reatus indicia parit.

62. Causa & assuetudo latrocinandi quoad milites unde proveniat?

63. Impunita licentia quanta pariat inconvenientia.

64. Qui processus contra desertores agitentur?

65. Arborum furtim caesarum facinus an indicia pariat latrocinii?

66. In Symbolizantibus idem datur transitus.

67. Latrocinia producunt, eorumq; indicia produnt seditionis & diffamationis studia.

68. Conjuratio & interitus Antonii & Cleopatrae describitur.

69. Explicatur hujus indicii qualitas.

70. Qui praedari consuevit, furari nunquam omittet.

71. Qualiter ex ambitione indicia propullare dicantur?

72. Malus non diu latet.

73. Delicta habent caudas colligatas.

74. Unum delictum est causa alterius.

75. Qui sese firmare potest contra ictus bombardarum, latrocinii indicium aggravatur.

76. Discursus de amuletis exhibetur.

77. Quid de amuletis invisibilitatem procurantibus sit statuendum.

78. Quid de annulo Gygis Phyrri, vel Leonis III. Graecorum Imperatoris speculis exustoriis judicandum.

79. Ultimo supplicio olim affecti indifferenter, quicunq; amuletis vel carmine ad depellendos morbos uterentur.

80. An sui ipsius occisio indicium latrocinii pariat?

81. Consuetudo praedandi, latrocinandi indicium efficax producit.

82. Consuetudine, quasi necessitatis quodam vinculo, trahitur animus invitus.

83. Vestes, arma, supellex, quae reliquiae rei in loco delicti commissi, latrocinia omninò arguunt, produc untq; indicia adversus eum, cui supellex competit.

84. Si reus neget ad sese spectare supellectilem, audiendus est cum suis defensionalibus.

85. Qualiter tessera & litera reperta hinc inde indicia latrocinii producant?

87. De indiciis, quae resultant ex inventa supellectile ejus in loco patrati latrocinii, qui caedis vel rapinae arguitur.

88. Quod si accusator adserat equos visos fuisse alicujus, cui insedêre raptores, an & quomodo hanc assertionem probaverit?

89. An socius in causa socii testari possit?

90. Furtum parit indicium latrocinii.

91. Quot genera furum sint?

92. Vir malus quasi lapis è manu emissus, obviam quemq; petit.

93. Delicta invicem sic concatenata sunt, ut vix unum in homine solum resideat crimen.

94. Odia & inimicitiae pariunt delicta latrocinii.

95. An lites forenses huc spectent?

 96. He-

96. Homines ob odia immensa vultum sæpè mutant.

97. Explicatur locus Geneseos 4. de Caini vultu transmutato, & subsecuto fratricidio.

98. An disputatio Theologica inter Cainū & Abelem habita, latronem invitârit ad tantam cædem?

99. Vultus demissio conscientiâ sauciata argumentum est.

100. Victoria in duello licitè obtenta indicium criminis præ se fert, de cujus purgatione agitur.

101. Multi Reges & Principes duella concesserunt, & adhuc admittunt eadem.

102. Declaratur indicium jucundis aliquot historiis.

103. De duellis ab ipsis Ducibus ante cladem commissis.

104. Qua de causa duella propriè & potissimum admissa?

105. In causa furti quoq; duella conceduntur.

106. Duelli definitio traditur.

107. Processus duelli describitur.

108. An ense provocatus clavâ comparere possit?

109. Cur arcus, sagitta, Sclopeta, non admittenda ad usum duelli.

110. Armorum electio est solius provocati.

111. Æques provocatus potest pedes comparare.

112. Conviciis se invicem non pungent certatores duello durante.

113. An armis fractis vel de manu excussis duellum finiatur?

114. Infames non possunt inire duella.

115. Quænam excipere possit provocatus adversus personam provocantis?

116. Semel victus in duello excluditur exceptione ineptitudinis.

117. An Doctores & graduati teneantur comparare provocati.

118. Clerici sese spontè offerentes duello, deponantur.

119. Doctores juris, equites appellantur regulariter.

120. Imp[illegible] à Rege vel Duce provocatus excipere potest adversus provocatorem, respectu dignitatis.

121. An puella Magnatibus permittenda?

122. Chartellus vel chartella quid sit?

123. Quomodo formanda chartella, & quæ continere debeat chartella?

124. Extra chartellas provocatio quomodo fiat?

125. Chartella debet esse claris & apertis verbis concepta.

126. Locus certandi est in arbitrio provocantis, modò is sit tutus & congruus.

127. Locus campi dicitur vulgò sacer.

128. An per substitutum quis pugnare possit?

129. Locus duelli quomodo terminandus & muniendus sit?

130. Locus silvester & solitarius non est admittendus.

131. Arbitri constituantur ad duella, & quodnam eorum munus.

132. Provocatus quâ horâ sese sistere teneatur, & quousq; expectare adventum provocantis?

133. Provocator revocare potest provocationem sine labe infamiæ.

134. Leviori de causâ non admittenda duella, sed causa per arbitros decidenda.

135. An propter bona litigiosa duellum sit permittendum.

136. Qua de causa principibus sit indulgendum, ut de regno per duella pugnent?

137. In congressu nemo tenetur primum ictum exspectare.

138. An & quando magistratus interesse possit duello, & spectatorem agere?

139. Finis duelli quis erit?

140. Fugientes habeantur pro devictis in duello.

141. Quomodo ex timiditate indicia formentur?

142. Omnis homicida & latro est timidus.

143. Latrones & sicarii unde sic dicti antiquitus?

144. Homines sanguinarii haud diu vivunt.

145. Famosi latrones visis hominibus trepidant.

146. Qualiter circumvagatio indicia inferat?

147. Indi-

147. *Indicium hoc in divinis elogiis est fundatum.*

148. *Timidus est omnis nequitia, qua dat testimonium condemnationis.*

149. *Tristitia parit indicia latrocinii.*

150. *Cainus jubetur gemere & tristari super terram.*

151. *Omni improbo mala adsunt & futura dira & tristia.*

152. *Mulieres delicti rea facilius contristantur.*

153. *Tristitia facile abrumpit vitam hominis.*

154. *Latrones non absolvunt metam vitæ, sibi à Deo prædestinatam.*

155. *Homicida & sophista sunt instar luporum homines devorantium, qui annos 7. haud excurrere dicuntur.*

156. *Iulii Cæsaris occisores ultra triennium non vixerunt.*

157. *Papæ Romani non diu vivunt.*

158. *Improbus quocunq; tempore decedit, obitus regulariter ei inmaturus est.*

159. *Antiquitus sola Christiani professio, tempore persecutionis magna Christianorum, indicia latrocinii præ se ferebat.*

160. *Hoc indictum hodie stringit respectu Iudæorum contra Christianos.*

161. *Invidia latrocinii materies.*

162. *Indicia parit latrocinii, sanguis ex vulnere occisi emissus præsente reo.*

163. *Quomodo intelligendus sit locus Geneseos, sanguinem Habelis occisi clamasse super Cainum latronem?*

164. *Desidia & inertia latrocinii indicia præbet.*

165. *Detestatio otii seria & notanda subjicitur.*

166. *Peregrinatio indicia parit latrocinii.*

167. *Libertas & licentia quam perniciosa res.*

RAptus indicia sunt, 1. ubi constat aliquem rapinam raptave bona penes se habere vel habuisse. † *constit. Carol. V. art.* 37. *ibi*: So erfunden wird/ 1
daß jemand/ der Güter so geraubet seyn/ bey jhm habe. *Bart. in l. fin. ff. de qq. Hypp. de Mars. in pr. crim. in §. diligenter. num.* 9. *Blanc. de indic. num.* 16. neque enim aliud concludi potest, quàm ubi res † reperta consistit, ibidem & furti 2
raptusq; suspicio procul dubio suam habeat ἐνέργειαν quâ de re suprà *cap.* 2. Quia parium est judicium idem, jus idem, *Eberh. in top. in loc. à pari.* signacula rerum dominia referunt. *Ben. Stracha de merc.* 2. *num.* 27. ita raptarum rerum usurpatio rapinam arguit in usurpante, vitium quippe † rem sequitur ut um- 3
bra corpus, ut lepra leprosum. Vitium hoc possessorem maculat & coinquinat, ut sutor picem olet, atque hoc tantò gravius indicium est, quantò secretius ille rem vitiosam detinuerit, cum palam facta † palam portata, usurpata, 4
non pravam inducant suspicionem, *l. fin. ff. de rit. nupt. l. qui contra. C. incest. nupt.* clam facta excludunt ignorantiam, & dolum involunt etiam respectu simpliciorum, minorum, mulierculàrum, *gloss. in l.* 2. *C. de interdict. matr.* quam glossam adeò commendat *Bald. ibidem.* Hinc notum ipsius Christi effatum, *Iohan.* 1. citatum à Papa *in c. consuluit. de offic. & pot. jud. deleg.* Qui malè agit, lucem odit. *Cepoll. de simulat. contr. præs.* 20. *Barbat. consil* 53. Porrò quæ clam facta propriè dicantur? Vide remissivè *Tiraquell. de pœn. caus.* 11. *nu.* 14. & *caus.* 21. *num.* 71. quæ palàm & manifestè? *Pet. Royz. in decis. lit. decis.* 30 *per tot.* quæ palàm visâ sunt † & deprehensa rapta, cautione præstitâ fisti vel uti popula- 5
riter loqui solemus, arrestari jure possunt, donec plenaria subsequatur demõstratio,

ſtratio, niſi calumnia præſtò ſit, atque vir peregrinus & levis virum opinione communi honeſtum inſimulet hujus indicii. vide *Pet. Pecc. de jur. ſiſtendi. c.* 23.
6 indicio hoc arreſtatus auffugiens, † vel rem ex arreſto rapiens magis magiſque premitur, cũ fuga per ſeſe pariat indicium. *Farin. conſil.* 19. *num.* 6. & contractatio ejuſmodi habitum rapiendi arguat & inducat, quomodo enim privato parſurus erit, qui manus iniquas non coërcuit reſpectu magiſtratus, argumento à majori ad minus deducto, quod in jure eſt validiſſimum. *Eberh. in*
7 *top. in loc. ad maj. ad minus.* Planè nec indiciorum expers eſt, qui rem † clam palamvè viſam, penes aliquem, eam ſubduxit neque exhibere voluit, *argum. l.* 5. *C. de furt. Bald. in l. fin. ff. de qq. Clar. in pr. crim. §. fin. q.* 21. *Hypp. de Marſil. volum.* 1. *conſil.* 82. *Menoch.* 1. *præſ.* 5. *q.* 29. Porrò ſi venditorem nominavit,
8 iſque non appareat, vel ſiquidem præſens eſt, negat venditionem † cujus intuitu quoq; indicia ſtringunt, quoties emtor probare paratus eſt venditionem, quâ probatâ is ſine criminis ſuſpicione dimitti nequit. 1. Quia mendax eſt. *Morla in emp. jur. p.* 1. *t.* 2. *q.* 1. *num.* 3. 2. Quia ſeipſum raptus arguit, dummodò rapinam uſurparit. *d. conſt.* 37. Quid ſi ille retrò prætendat emtionem, conſideranda eſt perſonæ cauſæq; conditio, ne in infinitum hic creſcat variatio & juſtitia demum eludatur, ubi judicis diſcreti interpoſitione eſt opus. *l.* 3. *l.* 13. *ff. de offic. præſidis.*

9 Ut proinde 2. indicium hîc ſuccedat, quod de venditore † raptorum bonorum agit, in allegata conſtitutione, ibi: **oder dieſelben verkaufft übergegeben.** *art.* 37. quæ non tàm de primo, quàm ſecundo & tertio venditore intelligi juris ratio dictitat, cuncta enim rimanda ſunt, eo uſq; inquirenda indicia, donec tandem maleficus prodatur, manifeſtetur, ex uno multa poſſunt inveſtigari, *ait Sophocles in Oedipo Tyran. pag.* 129. *ibi:* innotuit à latronibus, ajebat, non paucis ſed multis oppreſſum, interiiſſe, &c.

10 Sed quid ſi venditorum quidam † defuncti ſint peregreque abſentes, peregrini, qui ſiſti & exhiberi nequeant? Reſp. Conſideranda eſt nominatoris perſona, quæ ſi celavit rem emtam, ſi vario ſermone utitur, ſi mendacia protulit, ſi retrò cucurrit cum hominibus pravis non honeſtam præ ſe ferens famam, non rationem victus honeſtam, ſubſiſtendum ſufficit, 1. rem raptam eſſe per indicia generalia, quæ quoties concurrunt, quæſtioni viam ſternũt,
11 nec enim infinita † quærenda ſunt diſpendia, ubi finita ſunt, & ex præſcripto legum compendia. Porrò quid ſi venditor emtorvè allegat † ſe publicis nũ-
12 dinis emiſſe? ut idcircò impoſſibile ſit demonſtrare vel referre authorem? Reſp. Quoties apparet rem ita ſeſe habere, neque ſtringunt indicia contra adſerentem, rem planam eſſe, qui enim publicè mercatur, bonam fidem fovere præſumitur. *c.* 3. *in fin. quæſt.* 211. Cæteroquin allegare ſolent rei talem mercantiam in genere, quapropter enixè in cauſam & perſonam inquirendum eſt, ne maleficium prætextu hoc contegatur, maneantq; delicta impunita, raptori

ta, raptor enim quod rapuit evomendum est, quod intrivit, exedendum est.
Ferron.de reb.gest.Lud.XII. Camer.3. med. hist. cap.58. nec relevat, imò auget
indicia, quandocunque rei raptæ diffamatus sive bonâ, sive malâ fide detineat.
rem raptam eamq; divendat, ne ipse ex prava possessione trahat famam
sinistram, cum paria sint, an quis adhuc possideat, an dolo desierit possidere
rem alienam, *l.parem.ff.de dolo malo*, scilicet qui rem distrahens malorum sibi
ipsi est author, dignus contra quem leges insurgant, isq; teneatur ipse, quo
conatur aliis imponere. 1. circum agitado actorem. 2. & emtorem ceu fraude
cumprimis frustrantẽ, in quem furti notam volebat transferre, quàm ipse
portare debebat proprio admisso scelere. *Bart. in l. Cassius, ff. de solut.* dolus
malus possessoris † loco habetur, ait JCtus *in d.l. parem*, non solum ut non 13
levius puniatur in his, qui pœnam respiciunt, atq; si possideret, imò res rapta
re peremta penes detinentem, adeò fingitur adhuc in rerum natura extare, &
à possessore detineri. *Francisc. Ripa in l. quod te.num.12. ff.de reb.credit.* Neq;
adversatur, quod non pauci adserunt, post litem demum contestatam dolo
possidere desientem haberi adhuc pro possessore. *Jason.in §. omnium. Inst. de
act. Ripa d.loc.* Respond. communiorem esse sententiam, quod judicis sit pro
arbitrio pronunciare, quando quis dolo desierit possidere, nec ne? *Pet. Pecc.
de R. J. reg.36.* Deinde distinguendum est inter actiones civiles ad exhibendum,
& furti raptusvè indicia criminalia: quæ ubivis loquuntur, † interpel- 14
lant pro sanguine effuso, sanguine rapto, quia bona sanguis humanus dicuntur.
Roiz.in decis.Lit.decis.3.nu.316. pecunia vita hominis appellatur. *Bald. in
l.receptitia.n.4.ff.de constit.pec.* clamante vindictâ & exposcente quæstiones &
pœnas.

3. Indicium est, si is, penes quem bona rapta sunt, nominare nolit † 15
authorem suum, *art.37.ibi:* Der seinen Verkauffer vnd Wehrman nicht nennen
wolte. Indicium vehemens & grande est, quod non tàm suspicionem directam
facinoris, quàm conspirationem & celationem maleficii infert, *art.
39.* Der die Thäter heimlich verbirget / denselben gefehrliche Forderung vnnd
Beystand leistet / vide *part.1.cap.19.* Neq; hic sufficit reum allegare, se à transeunte
& ignoto emisse res raptas. volentem evitare alienam bono viro suspicionem.
d.l.5.C.de furt. Bald. in l.fin.ff. de qq. non est boni pastoris justa excusatio,
dicentis, quod lupus ovem commederit, & interrogati pressius, respondentis,
Nescio: *Alphons.Tost.in Matth.cap.2.* ita enim jure comparatum est,
ne persona nominatæ delatio quicquam præstet. *Menoch. 1. præs. quæst.59.*
cum paria sint non esse, vel non apparere corpus vel hominem, qui inducitur,
nec demonstratio † sufficit, ubi exhibitio requiritur. *Pet.Pec d.loc.Bald.* 16
in l.si creditor.ff. de pignorib. ubi ait; Quod licet in causa incendii præsumatur
incendium culpâ inhabitantium commissum, *l.3.§.1 ff.de off.præf.vigil.* non tamen
hinc omnes teneantur domestici, sed nominentur ii potissimum, quorum

rum culpâ damnum sit datum ex incendio. *Matth. de Afflict. in decis. Neap. decis.59. Grammat.in addit.ad Afflict.ibi*:quando non probatur culpa personæ determinatæ,remanet incertitudo. Pari ratione dixerim : Qui non nominat venditorem certum,eumq; sic demonstret, ne de corpore quæquam sit dubitatio,nihil is facit. *d.loc.5.* sæpenumerò tàm obstinati sunt rei, ut nedum fidiculis adhibitis nominare velint authores vel socios flagitii: At quid mirum: siquidem sponte confiteri nolint,existimantes sat superq; de seipsis depromi pœnarum, sociis impunè relictis. Consideranda tàm est inpræsentiarum vitæ & famæ conditio ejus, qui bona rapta tenet, cum fieri possit bonâ fide,licet pravo titulo rem emtam esse. *supra cap.2.de indic.furt. in princ. Tiraquell. de pœn. causa 51. num.3. ibi.* vitæ anteactæ considerandam esse rationem. Et vulgariter dici solet,ad æstimanda scilicet metiendaq; facta & dicta hominum respicienda esse antecedentia,quæ informare solent consequentia factorum. *l.fin. ff.de O.& A.l.3. §.12. de re milit.* neque enim credendum erit,eum, qui se
17 † honestum providumq; diu exhibuerit,ilicò mutatum induisse turpitudine. *c.2. q.1. gloss. & Dd. in l.2.C.de furt.* hinc præsumptio juris ab honoribus adversus calumnias & pravas hominum opiniones depromitur. *l.2.q.85. Alciat.*
18 *3. præs.9.* Spectant huc trita juris brocardica: Quod præsumptio † præsumptione elidatur,indicia indiciis subvertantur. *l.Divus. ff.de in integ.rest. l. non solum. de rit. nupt. l.quia. §.simpliciter. ff.si quis omiss.caus.test. l.mater.C. de calum.* De hisce indiciis in specie tradit *Bart.in l.1.§.1.ff.de qq. consil. 153. n. 34. lib.* 4. perinde dicimus, quod verisimilitudo quoque potentior perimat veri similitudinem infirmiorem. *Bald. in l.sive possidetis.in fin. C. de probat.* Porrò quod duo pluresve præsumptiones elidant unam in contrarium adducant. *Idem Bald. in l.non ignorat. num.5. C.qui accus. non poss. Dec.1.consil. 470.num.*10. imò una præsumptio efficax & relevans tollit præsumptiones reliquas leviores,cum minimum non curet prætor. *Parif.consil.10.n.25.lib.2. Menoch.1 præs.30 in fine.*

4. Multis probationum generibus utuntur homines ex eo,quod non cognoscunt cor hominis,quod si cognoscerent, non uterentur illis, ait *Alphons.Tostat.2.paralipp.in* 178. Cæterùm alia recensere voluit, quæ tamen
19 non occurrunt speciatenus, † scriptori constitutionis criminalis, *dicto loco ibi:* Oder in anderer gestalt damit verdechtlicher weise gehandelt / rc. constitutionis verba siquidem ad casus similes extendantur,exaudiri possunt, ut quoties reivel delati ex deposito, locato, conducto abutuntur, detinent res raptas, reus de authore quæsitus eum referre nolit, si arrestatus aufugiat,res arrestas vi vel clam subtrahat, res providè & accuratè inspici & explorari recuset, si transactionem pro raptore urget vel facit, fidejubet pro facinoroso extra judicium. *Zierz.ad const.crim. art. 40. Dn.Bull ad eandem, artic.38. in fine.* Porrò si quo res supprimatur,reus dilabatur,quo judicium eludatur,res

raptas

raptas corrumpit, intervertit, alioq; colore & extremo habitu mutato, eas reformat, uti hodie id contingit passim, quando jumenta rapta raduntur, coloribus nativis privantur, novis & industrialibus signis depinguntur. Qua de re *p.3.de indic.falsi.* & *cap.36.num.* 110. Sanè qui fucos ejusmodi callet & exercet, is non nisi criminis & suspicionis reus dici quoq; debet, concurrente hominis levitate, eorumq; indiciorum uno vel altero, quorum aliquot recenset constitutio *in art.*50, adminiculante. Deinde annumerandæ hîc sunt literæ denunciationis, relata cum suspectis habita, recepta in custodiam bona, antehac malè quæsita, partita, clam facta, & quæ alia. Porrò si reus, licet non ejusdem farinæ, at diversæ delictorum retrò fuerit particeps, conscius, flagitiosus: Si pro fure, homicida, antè habitus sit, famè spirante: Delicta quippe quævis † & separata caudas habent combinatas, tantaq; delictorum est 20 affinitas, ut vix aliquem

—— *contentum videris uno* ——
Flagitio ——

*Juvenal. Satyr.*13. *Alciat.reg* 2.*de præs.præs.*7.*ibi*: malus in uno habet contra se non modicam suspicionem, quod sit malus in aliis propter magnam connexitatem, quam delicta habent inter se. Cupidum eum potissimum censeo, qui ne minima quidem rapere omittit, nam qui maxima diripit, minima fortassè non contemnet, qui antè parva non † despexit, quomodo hic majora despiciet? Fur igitur hic magis quam ille est, nam qui non aspernatur argentũ, 21 nunquam profectò aurum aspernabitur. *Joh. de Pined. in Job. c.*31.*pag.*628.*&c.* Adscribenda etiam hîc sunt nequitiarum, & levitatis & impietatis genera, ut cum reus adversus sclopetarũ ictus se queat fortificare, quâ de re paulò infrà prolixius, si invisibilem facere sese valeat, & quæ alia. Refertur de annulo Gigis Indorum Regis, quod fecerit homines invisibiles, & quod possessor annuli pravus inde plura patrârit maleficia.

5. Indicium est contra equites pedites vè in cauponis & diversoriis degentes & potantes, neque tàm honesta servitia, negotia aut reditus, unde sumptus ejusmodi faciunt, possunt indicare, *Const. d.loc.art.*38. vide omninò *part.*1.*cap.*21. ubi hoc indicium, inter generalia relatum, à conditore constit. criminalium abundè & sat superq; declaratur. Tantùm verò hîc annotari oportet, indicia pro re natâ & subjecta materiâ & generalium & † specialium 22 demonstrationem præ se ferre, earumq; vicibus promiscuè fungi.

6. Indicium suggerit quoad socios hujus criminis: ut cum quis sciẽter & dolosè foverit latrunculos † raptores, quod indicium quoque *part.* 1. 23 *cap.*19. luculenter est explicatum, haud operæ precium existimans cramben coctam recoquere, simpliciter illuc lectorem remitto: ubi similiter observatione dignum est, quod indicium generale hic specialis subeat argumenti speciem, uti & sequentia indicia *art.*39. relata, æquè conveniunt vel conve-

niri possunt tàm raptori ipsi, quàm socio vel auxiliatori ejus. Quinimò tàm validum est indicium rapinæ, quoties sciens prudens bona rapta quis celavit, acceptavit, vendidit, in solutum accepit aut alienavit, modò accedant adjuncta argumenta, vel indicia adminiculantia.

Neque hoc refert, sive persona sive res celetur. *Eberh. in top. in loc. à person. ad res,* sive utrumq;, quod est detestabilius & deplorandum, homines spe inanis modiciq; lucri suspicionem, labemq; tantam in se suosq; derivare, per
24 receptiones odiosas & malignas malignantium; neque enim † fur, raptor, latro diutius latet sine receptore. *l. congruit. ff. de off. præsid.* Were kein Heler / so were kein Steler / inquir Saxo. At non imprudenter & perperam: Equidem sublatis susceptoribus, grassantium libido conquiescet, rectè Phavorinus apud Gell. errare eos dicere, qui impunitatem ex latebra quærunt, cum omniũ rerum diutius celari nihil possit, nedum furta, rapinæ, latrocinia. Ut idcircò receptatorum genus pessimum appellet *JCtus in l. 1. ff. de recept.* eâdemq; pœ-
25 nâ quâ † latrones, afficiendum, *l. 6. ff. de parricid.* conscios & receptatoribus ad idem juris effectum, meritò patificatis. *Just. Gobler. ad const. crim. artic. 39.* ubi ait apud Priscos & majores Germanos legem fuisse, ut si quis furem in domum recepisset, vel ei hospitium vel victum præstitisset, dum res alienas furatus esset, ipse similis furi judicaretur, ut cum sex juraret, quod non celasset, sciens furem nec pavisset domi. *jure Saxon. de recept. art. 72. lib. 2.* uti hodie scienter rem furtivam vel raptam subjiciens, tenetur pœna furti, *Jodn. de Plat. & Dd. in §. sed etsi. Inst. de furt. Gobler. d. loc.* Res rapta an perquiri possit in domo ejus, qui receptor dicitur, quæri solet, & decidi, quod sic: modò fraus & calumnia absit, intercedente magistratus officio, & præstito de calumnia juramento. *Joh de Plat. d. loc.* vide hanc quæstionem fusè tractatam *suprà cap. 2. de indic. furti.* quo brevitatis gratiâ remitto lectorem.

26 7. Indicium parit consilium † raptori datum. *d. art. 39.* vide *part. 5. cap. 58.* ubi & hoc indicium generaliter hic specialiter relatum plenìusq; enodatum extat. Requiritur verò in præsentiarum, ut ex consilio secutum sit crimen: illud enim genuina infert explicatio (consulere, suadere, persuadere, seducere, &c) cum quis alium vicit suasu & monitis aut fraude aut aliâ quacunq; ratione, ita ut non solum ad patranda facinora raptus suadeat, sed & suadendo vincat, ut *Deut. 13. vers. 7. Jos. 5. vers. 18. Paral. 32. vers. 11. 15.* Quia vox hujusmodi accipienda est completè & perfectè, uti interpretes sancti illos locos declarant, & cum victoria, uti subdunt, non solum ut consilium sit incitamentum, vel suggestio quæpiam tentationis & persuasionis stimulos præ se ferens, sed incitatio cum victoria, efficacitate, & consensu ejus, qui incitatur, *2. Reg. 24. vers. 1. ibi:* commovit David dicentem: vade, numera Israël, &c.

27 5. Fortius & specialius indicium est, cum raptor † custodia evadens penes aliquem divertit, à quo celatur, reusq; posthac confitetur, ubi delitue-

rit.

ut, quo casu susceptor indiciis societatis occultæ premitur. *d.const.39.* [1] tanto pejus est simplici receptione flagitium, quantò atrocius crimen in reo effringente carceres, vel ubi vice carceris quis erat arrestatus, erupit, seq; pro re natâ vel læsæ majestatis vel fracti carceris reum fecerit, quâ de re quoque *part.1 c.49.* [2] Subintrat indicium nominationis, nec refert, licet rectà non nominet socium ille, tantum tamen præstat, ne indiciatus societatis occultæ effugiat suspicionem. *d.const.39.* aliàs relatio tacitam inducit nominationem, nisi odio, invidiâ, pravoq; alio affectu raptor in necem & pernicem viri boni non nihil retulerit, quâ in parte audiendus erit delatus, ne opprimatur, occidatur, calumniis prægravetur, præsertim ejusmodi delatoris, qui de salute propriâ desperans, non dubitavit in alterius quoque grassari vitam vel sanguinem. Cum solatium sit miseros socios habuisse malorum. Nebulo quidam à sutore calceos emturus, sed non quo is desiderabat precio leviori, nominavit † socium criminis sutorem, hic injicientia quæstionis, judice indi 28
screto existente, confitetur rapinam, at cum jam deducti essent ambo in locum supplicii, utque rotis contusa & fracta jam esset crus illius, clamavit nebulo, ut carnifex quiesceret, sat pœnæ luisse sutorem, qui plus quàm oportet, voluisset vendere calceos: sed hac de re videatur *part. 1. cap. de nominatione.*

9. Indicium parit tractatio vel negotium † quovis pacto pro capti- 29
vo ignorante habitum, ut quia de patrocinio & liberatione rei, sat superque laboravit. *d. const.art. 39.* vide quoque *part. 1.cap. 14.* suspecta enim est omnis ingestio. *l.3.§.interdum.ff.de negot. gest.art.const.crim.* 134. Tua quæ non referunt, percontari desinas, ait diverbium tritum, judicis & non partis pro re nata pactiones, cautiones, & ejusmodi acceptare præstationes, quorum potius erat clamitare sinapi, quàm administrare ea, quæ sunt Judicis vel Magistratus. *Joan. Spinæ. de tranquill. anim. lib.6. in curiosos.* Et hinc dum ea affectant, quæ ad redimendum reum spectant vel spectare videbuntur, non sunt indiciorum inexpertes. *d.art.39.ibi:* Es seyn Wahrzeichen / die ein redliche Anzeigung der mißthätigen hülffe halber machen / veriti, ne si quando captivi durius tractentur, & fidiculis adhibitis examinentur, pressius illi ipsi in eundem demum perveniant calamitatis gradum. Ac idcircò, siquæ maturius pericula averti queant vigilantiâ, de re fore eorum, malum inde enasciturum quoque in fibris eradicatum iri opinantes, ne in quem jam folia, mox cadant arbores, ut cum Plauto loquar *in Menæch.*

Helleborum frustrà cum jam cubis ægra tumescit,
Poscentes videas, venienti occurrite morbo.

Pers.Satyr.5. Andr. Gail. dep.p. lib.1.cap.3. num.12.

10. Indicium parit, quoties proxeneta ille per ingestionem & suggestionem illâ nonnihil recipit xenii vel precii fors à veris rei sociis, vel quo-

que ab accusatore minis vel blandiciis, ut is subinde confiteatur sese immeritum detulisse. Vel ubi dilapsus carcere, uti solent nebulones, grandia minatur actori, qui interveniente homine, de quo agit, hic articulus paciscitur dato precio, ut evitet pericula: quæ facta in cōcussiones solent denegare in speciale nomen maleficii: de quo paulò antè *cap. 22. nu. 36. & seqq. prædictus art.* qui in Germanica versione est 40. in aliis editionibus & demum habetur 39. ibi: Vertrag umb Schatzung machet/und Schatzung einnimbt/ mirari subeo
30 Gobler. Dn. Bullæum, aliosque interpretes † constitutionum criminalium tam sicco pede præterire enodationem illius §. quem nodum involvere animadverterunt.

11. Indicium parit fidejussio intercessoris pro reo. *d. art. 39. in fine, ibi:* oder bürglich darüber wird/ꝛc. Quæ verba utique de intercessore ipso, vel alio in fidejussorem accersito, possunt diverso respectu capi. De illo agit *cap 40. part. 1. de indic. gener.* nec non indicium 8. jam relatum: imò præsupponi hîc potest hoc, sive aufugerit reus incarceratus, existimans, dass ausser der Hafft am besten zu handlen seyn: sive adhuc hæreat in compedibus, hâc tamen dif-
31 ferentiâ, ut intercessor † & fidejussor laboret nonnullis indiciis. *d. const. art. 39. ibi:* Wer so ein Verdächtiger dem man in der Sache nicht viel guts vertrawet/ꝛc. quæ verba digerunt & disponunt totum §. Sin aliter appareat. aliter judicandum. Quandoquidem amici consanguinei intercedere jure possunt, imò & fidejubere, modò fraus & dolus absit. *t. t. ff. de cust. & exhib. reor.* de fidejussore simpliciter præsentato quoq; intelligi debet, modò delictum tale subsit, quod non admittat cautionem fidejussoriam. *l. 1. ff. de cust. & exhib. reor.* Aliàs jure expeditum est, oblatas fidejussiones, oblatas attestationes, ex omni asse suspectas & vulgò non tàm repudiari, quàm de reo sinistros conceptus & pravas præsumptiones inde augeri, quâ de re *part. 2. de indic. falsi.*

12. Indicia latrocinii jam sequentur, utpote affinia, sicque conglutinata raptui, ut rarò vel nunquam moribus & seculis hodiernis, quæ ferrea admodum & cruenta infestant mortale genus, patrentur illa maleficia sine cede & sanguine, ne scilicet rapinam passus referre valeat judici injuriam vel
32 inquirere, explorare & insequi raptores, submiror † autem, silentio alto hoc latrocinii malū scriptorem constit. criminaliū penitus indiscussum reliquisse, nulla indicia de hoc maleficio congessisse: Ut multi hinc inducti, non seducti dicā, existimarint, vel raptus indicia sufficere ad demonstranda latrocinia, vel de iis sollicitum esse parum conveniat, cum solius sit legislatoris extendere constitutiones, & quæ alia. Constitutiones esse juris stricti, ad casus non expressos minimè trahendas, &c. *argum. l. præcipimus. C. de apell. Schrader. de*
33 *feud part. 10. sect. 20. n. 109. & sect. 17. nu. 28. 36.* Sanè suaves † ad ridendi materiam sunt, ut utar Donelli verbis *1. com. 1.* qui existimant, non addenda esse indicia, quæ ex meris factorum circumstantiis eruuntur, ut tàm impossibile sit eadem

sit eadem regulis fixis comprehendi, quàm cordis humani pravos motus metiri, includere, & sepibus claustrisque continere vel reprimere velle. Cæsar pro erudiendis simplicioribus conscripsit & promulgavit illas constitutiones, quæ essent quædam rudimenta & instituta ad altiora & graviora perscrutanda & tractanda. Qua de re alibi prolixius, ad indicia latrocinii propero, eaq; sequenti serie & ordine ex jure communi interpretum & authorum variorum schola deprompta, & ratione juri & honestati consentanea, quarum erit primum sed conjunctim juxta hactenus tradita.

13. Indicium conversatio & societas † cum latronibus parit, *vide part. 1. de ind. general. cap. 19.* Qui enim mente & consilio consentit cum improbis, abibit quoq; ad illorum opera & facinora, *Pined. tom. 2. c. 34. vers. 8. & cap. 36. v. 6.* Ut enim amicitiæ & charitatis conciliatrix est similitudo, *Aristot. 1. Rhet. 11. & 2. Rhetor. cap. 10.* Sic improbi, quibus nemo placet nisi improbus, similitudine parium tenentur, & non ob aliud justum odio prosequuntur, quàmquod dissimilis sit aliis vita illius. Hic cohærent & conglutinantur mali, ut vix alter sine alterius subsidio degat. Vide *Pogg. Florentin. in asin. Luc. pag. mihi 54. ibi:* meridie ad diversorium quoddam pervenimus hominum, quibus cum nostris latronibus vetere esse consuetudinem, tum ex mutua salutatione, tum ex oculis poterat percipi. &c. Planè ut paleas ad se trahunt succina, magnes ferrum, chrysocolla aurũ: Ita quisq; adsciscit sibi suis aptum moribus. *Eras. Roterod. in libell. parabell. pag. mihi* 102. at non nisi ad perniciem & perditionem sui ipsius. Qui cum improbo amicitiæ init fœdus, malam viciniam sibi accersit, ait Idem *in chiliade 4. cent. 5. pag. 931.* Aliàs Itali utuntur hoc diverbio:

Se voni credero à me
Non ti fidar di te
Parche chi n' se fida
La vita sua è tradida.

Imò qui conjugem dotis aut lucri gratiâ adsciscit, sibi moribus incommodis, aut cui sunt cognati procaces, malos vicinos malosq; sibi socios adjungit. *Idem d. loc.* adeò ut leges civiles non præsumant matrimonium † inter inæquales. *l. 23. §. 7. C. de nupt. l. 18. ibi:* ut si pares sint genere. *C. eod. l. 22. ibi:* inter pares honestate personas. *Bald. in l. filium ff. de his qui sunt sui vel alien. jur. & consil. 123. volum. 1. & consil. 200. vol. 3. in ultim. dubio. Paul. de Castro in l. 31. ff. de donat. ad verba textus, ibi:* personis comparatis, vitæ conjunctione considerata, &c. Hinc alius proverbialis locus: Cæcus cæcam ducit, improbus improbum quærit, similis similem delectat. *Idem Erasm. in chiliad. 1. cent. 2. pag. 81.* graculus graculum, balbus balbum rectè intelligit, & similes habent labra lactucas, semperque natura, simile agit ad simile, atq; ut canis in regula dormitat eadem; sic similes sunt vitiis, præcipuè hi, qui cum furibus & latronibus

bus conversantur, grassantur. *Tiraq. de legib. conn. leg. 5. gloss. 1. part. 5. pag. mihi 145. Homer. Odyss. lib. 17. ibi:*

Νῦν μὲν δὴ μάλα πάγχυ κακὸς κακὸν ἡγηλάτει.

Malus ecce malum comitatur, &c.

Et extat in eandem sententiam locus *in Diogene Laërtio in Platone, ibi:*

Θαυμαστὸν οὐδὲν με ταῦθ' οὕτω λέγειν, &c.

Res mira non est, ista si sic proloquor,
Ipsiq; nobis si placemus invicem,
Pulcriq; nati si videmur, nam & cani
Pulcerrimus canis videtur, bos bovi,
Asinus asello pulcher, & sus sui.

Hinc text. juris Canonici *in c. nervi. dist. 14. &c.* transmissam. de election. ibi: consimilium sibi laicorum associant. *Jacob. Andr. in c. fraternitatis. de frigid. & malef.* Similia similioribus familiaria esse, eamq; consonantiam naturam inferre Colum. ait *lib. 6. de re rust. cap. 36.* semper gaudet æqualibus, & familiare sibi est omne, quod simile est moribus. *Symmach. lib. 7. de cœn. Macrob.* Proinde *Mantuan. in Falcon.*

Maxima cum doctis cur habet commercia Falco,
Quod paritas homines conciliare solet.

Equidem verò verius est, experientia, quæ est prudentiæ mater, temporis filia, & testis locuples, fat superque attestatur, quod uti boni bonorum gaudent consuetudine; sic mali & facinorosi nonnisi malorum & improborum utantur familiaritate, consuetudine perversa. Inde Pythagoricum illud: similia non nisi similibus comprehendi.

Terram terreno comprendimus, ethera flammis:
Humorem liquido, nostro spirabile flatu,
Pacem tranquillo, litem quoq; litigioso.

Quo spectant divinæ scripturæ argumenta, ut *Proverb. 1. ibi:* fili mi, si te lactaverint peccatores, ne acquiescas eis, ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum à semitis eorum. Et *Ecclesiasticus:* Discede ab iniquo, & deficient mala abs te, & omnis homo simili sui sociabitur, si communicabit lupus agno aliquando, si peccator justo, quæ communicatis sancto homini ad canem: Et qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, & qui communicaverit superbo, induet superbiam. Porrò modicum fermentum totam massam corrumpit. Et sanè quæ participatio justitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? quæ conventio Christi ad Belial? Quapropter graviter *Apostolus* denunciamus, ait, vobis fratres, in nomine Domini nostri Jesu Christi, ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè. Cum sancto, enim sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, & cum electo electus: at cum perverso perverteris. Et *Salomon:* qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: amicus

stultorum

ſtultorum ſimilis efficitur. *Et Syracides*: cum viro ſancto aſſiduus eſto, quemcunq; cognoveris obſervantem timorem Dei. *Baſil. in reg. diſp. q. 6. ibi: & homil. 9. ſuperdicto, Quod Deus non ſit author malorum.* Revera noxiæ ſunt amicitiæ, quæ cum malitia contrahuntur, nam ea eſt amicitiæ hujus lex & vis, ut per ſimilitudinem malitiam conſciam conjunctis indat. Ut enim in peſtilentibus locis ſenſim attractus aër latentem † corporibus morbum injicit: ſic 36 in prava conſuetudine ac converſatione maxima nobis hauriuntur, etiamſi ſtatim incommodum non ſentiatur. Quamobrem Teſtamento Veteri Jehova noluit Iſraëlitas conjugia vel fœdera inire cum vicinis gentibus, ne ab iis perverterentur. *Exod. 34. ibi* Cave ne unquam cum habitatoribus terræ illius jungas amicitias, quæ ſint tibi in ruinam. Indę Apoſtolus in Teſtamento Novo. *2. ad Corinth. 6.* nolite, inquit, jugum ducere cum infidelibus, quæ enim participatio juſtitiæ cum iniquitate? Pulchrè *Auguſt. in lib. Confeſſ. l. 3. cap. 8.* ubi fatetur ad furtum pomorum non ſe pellectum, niſi ut placeret ſociis malis, ibi: Quem fructum, inquit, habui miſer aliquando in iis, quæ uno recolens erubeſco, maximè in illo furto, in quo ipſum furtum amavi, quod ſolus non feciſſem, ſic recordor animum tunc meum. Solus omninò id non feciſſem. Ergo amavi etiam conſortium eorum, cum quibus id feci. Et *ibidem.* Ecce eſt coram te Deus meus viva recordatio animæ meæ. Solus non facerem furtum illud, in quo non libebat id, quod furabar, ſed quia furabar, quod me ſolum facere prorſus non liberet nec facerem. O nimis iniqua amicitia ex ludo & joco nocendi aviditas! & alieni damni appetitus, nullâ lucri mei, nullâ ulciſcendi libidine; Sed cum dicitur, eamus, faciamus, & pudet non eſſe impudentem, quis aperit tortuoſiſſimam iſtam & implicatiſſimam nodoſitatem? Fœda eſt, nolo in eam intendere, nolo eam videre. Vide *Joan. Buſæum in verbo ſocietas prava pag. mihi* 464. Conſidera, ait, quot quantaq; mala pariat prava ſocietas. Filii Seth, ut conſtat *ex Geneſi*, boni erant, ſed poſtquam conjugia contraherent cum filiis Cain, tantis ſe inquinarunt ſceleribus, ut totum orbem Deus illuvione deleverit. Loth à pia Abrahami ſocietate divulſus, quanta pertulit incommoda? A Barbaris captus eſt, facultates ejus Sodomis accenſæ ſunt, inebriatus ſtuprum filiabus intulit. Propheta quidam ſanctus à Deo in Samariam miſſus, ut eſt *in c. 3. Regum*, cum altare, in quo impius Hieroboam thus adoleverat, per medium ſecuiſſet, & arefactâ ejuſdem manum reſtituiſſet, tamen quia in reditu ſocietate Pſeudoprophetæ in ſumendo cibo uſus eſſet, à leone occiſus eſt. Joſaphat quoque Rex, quia cum Rege impio Achab fœdera amicitiæ iniret, divinam reprehenſionem incurrit. S. Petrus Apoſtolus ſimulatque ſocietatem reliquorum Apoſtolorum deſeruit, & in domo Cayphæ impiis militibus ſe aggregavit, Dominum tertiò negavit. Adoleſcens ille, quem S. Joannes Evangeliſta Epiſcopo cuidam commendârat, tanquam ſuum depoſitum, teſte Euſebio Cæſarienſi, conſue-

tudine perversorum sodalium non latro modò, sed Princeps latronum factus est.

Audiamus postremo loco Plutarchum *in lib. de discrimine adulat. & amicor. ibi:* Una cavendi insidias occultè malorum est ratio, quod in promptâ semper habendum memoriâ. Cum animi nostri pars una veritati atq; honestati dedita rationi rectæ obtemperet, altera bruta sit falsa appetens, incertisq; obnoxia motibus, amicum semper meliori parti se accommodare consiliarium atque monitorem, instar medici sanitatem augentis atq; conservantis, adulatorem, (is est perniciosus sodalis) brutæ & cupiditatibus addictæ parti se applicare, eamque pravis voluptatibus submittentis scabere ac titillare, & à rectæ rationis obsequio avertere. Hæc ille.

37 14. Indicium parit latrocinii vita † militiæ, non dicam malitiæ, ad sueta: *Johan. de Pined in Job. cap. 9. vers. 12. num. 5. ibi:* Familiare est militari nationi ex rapto vivere, unde acutè & sapienter scriptum extat apud *Alex. Cyrill. lib. 54 de ador. super Josuæ cap. 7.* Vide inter spolia pallium coccineum: ubi 70. interpp. legunt ψιλὴν, id est vestem variam, vel stolam militarem aut chamydem variè contextam. Est autem vestis ea propriè militaris, & iniquitatis regula dictitat, vendicet. Hinc *Ezech. cap. 17.* Nabuchodonoseris exercitum describens, aquilæ unguibus plena similem esse dictitat, quo quid opportunius dici potuit, ait *Pined. d. loc.* in eos, qui ex rapto vivunt, quàm ut ungues eos appelles? allegans *Theodoret. in Ezech. d. loc. ibi:* ungues Regis sunt milites, celeres & validi ad percutiendum, ferarum instar ad dilaniendum. Adde etiam, inquit idem Pineda, eo quod ipsi per sese sunt aptissima ad rapiendum & tenuissimè retinendum instrumenta. Porrò cum ex insidiis agere consuescant & vivere milites, sive viarum obsessores, rectè latrones

38 quoque dicuntur, cum insidiæ furta latinis sint. Quare insidiatores, † fures, latrones ejusdem nominis atque rei omnes non perperam dixeris: Extat hac de re locus Curtii *lib. 4. ibi:* Parmenio peritissimus inter Duces belli furto non prælio opus esse sentiebat, intempesta nocte opprimi hostes posse.

Et *Virgil. Æneid. 10.*

Obvius adversoq; occurrit, seq; viro vir
Contulit, haud furto melior, sed fortibus armis.

Ad mortem denique sibi invicem inferendam, rectissimè latrones dicti mi-
39 lites nec non fures. vide *cap. antecedens, in princip.* Alias mors ipsa † fur dicitur *Alphonso Tostato in Matth. tom. 6.* quia furtim veniet. Sic explorationem consiliorum hostilium furtum appellat Besoldus *de jure belli, pag. 11.* huic feriati, semel assueti militares, etiam dimissi à militiâ, latrociniis incumbere præsumuntur. *Schenckbaro Franck. in Chronic. de Maxim. I. refert Martin. Crus. in annalib. Suevic.* quod cum in terram sanctam militatum abirent Germani, tempore Gregorii XIII. prædicatum fuisse crucem, id est indulgentias

tias fuisse datas militibus quicquid male agendi, ut in diverbium prodiret: Faciam scelera, quia propter susceptionem crucis, innocens ero. *Wolff. tom. 2. lect. mem. pag.* 945.

Affine indicium est, quod generatur ex tyrannide † & potestate injustè 40
sibi sumptâ, vir bonus de republica occisus, non ut delicti reus à tyranno quasi à latrone interemtus dicitur, sive causa latrocinii affingatur vim passo, sive non: Ita quippe comparati sunt tyranni, ut quorum virtuti invident, eos metuant, quos metuunt, oderint, quos oderunt periisse expetant. *Senec. in Oedip. act.* 3. atque hic metus latrocinii parens & comes est.

Quis sceptra duro sæpius imperio regit.
Timet timentes, metus in autorem redit.

Hæc est tyrannorum, ait *Joh. de Pined. in Jobum cap.* 22. *vers.* 4. Plusquam inhumana feritas, ut nihil in excelsum consistere patiantur † sed excellentiores 41
semper cives, sive inimicos, sive amicos è medio tollant, timent videlicet omnes, itaque nullius saluti parcunt. Hæc videlicet est inhumanissimi. Neronis adversus Plautum & Syllam, plena metu & suspicione pariter ac furore vox & votum:

Quicquid excelsum est, cadat (vel virtute vel viribus.)

Quod idem fuit Periandri consilium datum *in epist. ad Thrasibulum*, cujus meminit *Aristotel. in Politic.* civitates principes tolle, sive illi amici; sive inimici videantur: quippe Tyranno amici quoque suspecti sunt. Quid ad tam sanguinarium tamq; crudele infanticidium Herodem impulit, incredibilis illa animi turbatio, & ex regis Judæorum nativitate, sui regni admittendi timor vanissimus? *Matth.* 2. Quid Pharaonem, ut & similem infantum Hebræorum necem procuraret, & maximis illorum parentes ærumnis & laborum difficultatibus, per summam sæviciam debilitaret & frangeret; nec non ipsum Moysen in filium suæ filiæ adoptatum, ad occidendum quæreret; quã ex Israëlitici populi multitudine & robore conceptus timor, seditionisq; concitãdæ metus inanis. *Exod. c.* 1. *&* 2. Quid illa fœminea ira & muliebris crudelitas Athaliæ Reginæ, omne semẽ Regium interficientis, & Regnũ Judaicum per summam tyrannidem occupantis, quàm fœmineus quidam metus & muliebris timor, qui ipso eo est major, quo, qui timet, imbecillior & sui impotentior est, atque ad accipiendum damnum magis potens, 4. *Reg.* 11.

15. Indicium generatur, si in confinio † commissum homicidium 42
proponitur controverso, quod alter litigantium patrasse dicatur, adeò ut magistratus in vicinum inquirere possit. *Bart. & Salyc. in l. fin. l. de qq. dd. in l.* 15. *ff. de instrum. & inst. legat.* vide *part.* 1. *cap.* 17, cumprimis rixoso existente eo, qui superest, nec non famâ, quæ est multitudinis testimonium, loquente, inquisitum fines violasse, unde cædes subsecuta dicatur. Transpositio finium clandestina, quod obiter addam, per se pessimi res est exempli, ut *Deut.* 19.

non assumes, inquit Jehova, & transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in sessione sua. *Et Deut.* 27. Maledictus qui transfert terminos proximi sui. *Et Esaiæ* 6. Væ qui agro agrum copulatis, &c. ut è contrà ingens Dei beneficium prædicetur, † cum Deus finibus ponit pacem, nec finit ab iniquis terminos rerum nostrarum infestari, unde cædes & latrocinia quoque subsequuntur. Hinc Salomon *in Epistola ad Joram*: requiem mihi dedit Deus per circuitum, & non est Sathan neque occursus malus. At insigne, ait *Joan. de Pined. in Job. cap.* 24. *vers.* 2. divinæ charitatis atque prævidentiæ erga suos est, quod ab illorum limitibus longè arcent infestatores. Circumdens se Deus ipse tanquam murum igneum in illorum circuitu. *Zach.* 2. laudatur priscorum integritas scilicet ad omnem rancorem præcavendum. *Virgil.* 1. *Georg. sic canit*:

— Nulli subigebant arva coloni,
Nec signare quidem partiri limite campum,
Fas erat. &c.

Mira erat, ait *Idem Pined. d. loc.* tum in constituendis, tum in servandis, neque violandis, neque attingendis agrorum limitibus antiquorum fides atque religio. Quam etiam servandam docuit totius æquitatis & justitiæ Deus, cum potentissimo æquori, ac æstuantibus fluctibus constituit terminos, quos non transgrediantur, neque quidem semper fluctibus præcelsos montes objecit, aut saxa fortissima stupendæq; molis; sed minutissimam etiam, mollissimamq; arenam voluit pro limine maris & fluctibus esse; non tàm limitibus aut terminis fixis, quàm ipsa justitiæ & æquitatis ratione continere omnia volens, quæ jurisgentium quasi repagula domium perrupit hominum malitia & avaritia, quem amorem sceleratum habendi appellat Poëta *Ovid.* 1. *metamorph.* quâ de re *Senec. Epist.* 9. *ibi*: Irrupit in res optimè positas avaritia, &c. *& ibi*: licet agros vel injustè, licet in provinciarum spatium rerum dilatet, & possessionem vacet per longam peregrinationem, nulla nos eo finium propagatio reducet, unde discessimus. Extat fratrum duorum illa cum vicinis lethifera & tragica pactio de finibus, quam adscribere volupe est ex *Valerio Maximo lib.* 5. *cap.* 6. Cum inter Carthaginem † & Cyrenas de margine agri pertinacissima contentio esset, ad ultimum placuit utrinq; eodemq; tempore juvenes mitti, & locum, in quem hi convenissent, finem ambobus haberi populis. Verum hoc pactum duo fratres Carthaginenses Philoni perfidiâ præcurrerunt citra constitutam horā, maturato gressu in longius promotis terminis, quod cum intellexissent Cyronensium juvenes, diu de fallacia eorum quæsti, postremò acerbitate conditionis injuriam discutere conati sunt. Dixerunt namque sic eum finem ratum fore, si Phileni vivos se ibi obrui passi essent: sed consilio eventus non respondit: illi enim nullâ interpositâ morâ corpora sua his terra operienda tradiderunt: qui quoniam terræ

quàm

quàm vitæ suæ longiores terminos esse maluerunt, benè jacent manibus & ossibus suis dilatato Punico imperio. Nihil hìc de latrociniis in vicinia suburbana patratis dicam, qua de re *part.1.cap.* Accidit in vicina urbe W. ubi vicinus explorans vicinum mercatorem aliquot centum thalerorum habere recondita in scrinio, mercatore foràs egresso, atque in templo devotè commorante, scalis admotis parietes, qui confines hortos post domos separabant, transcendit, atque interfectâ conjuge & filiâ mercatoris, nummos clam eripuit, virum domum redeuntem, atque lugentem triste spectaculum, ille mirificè consolatus est eum, nec non cum aliis bajulantibus funus ad locum sepulturæ traduxit humeris. Paucos post dies omni suspicione, quoad hunc virum, silente, liberi interfectoris impuberes, quô pacto parens parietes transcenderit, atque cultrum sanguine tinctum in acervum lignorum reconditerit, manifestarunt, confrontatione parentum & liberorum factâ, nec non cultello producto, toties quoties illi strenuè facinus pernegarunt, quæstio decreta fuit, at frustrà, quæstione admotâ etiam immaniori, utrique vel decies sustinuerunt torturam, factum penitus negantes, tandem bonis confiscatis ad perpetuum relegati fuêre.

16. Indicium parit solitudo & intra † claustra electa habitatio, juxta 45
illud: nequam quærit angulum. *Joseph. antiq. jud. lib.* 14. non ut tàm inde aucuparetur prædam, vitamque hominum perdat, *Johan. Sarisber. lib.6. policrat.* 5. Nivicillini Brittonenses (inquit) egressi de cavernis latebrisque sylvarum, plana occupant, expilant & expugnant nobilium procerumque bona, præ timore & conscientiâ sceleris ustulante sese absentantes, ne quoq; in manus lictoris incidant. Timida enim est omnis nequitia. *sup.* 17. & latitatio ejusmodi non secus, ut fuga indicium parit. *suprà p.1. de fug. & latitatione.*

Atque hæc solitudo cumprimis hìc spectat, quoties non unus aut alter cubat foràs & solitudinem incolit, sed si gregatim degunt latrunculi in speluncis & locis à societate civili remotis, *Joseph. d. loc.* Quoniam ea latronum est conditio, ut soli non audeant prædam quærere & latrocinia exercere. *Job. Pined. in Job. d. c.* 24. *v.* 5. Hinc penes *Eccles. d. c.* 1. latrones ajunt ad socios, quos quoque nec honesti hospitii ratio, nec humanitas civilis cordi erat, veni abscondamus tendiculos, ut modo diximus, &c. Soli, inquit Pineda, vellent potiri prædâ, sed non audent soli aggredi præ metu timidissimi. Nonne ingentis timoris illud fuit, cum decem robusti juvenes fratres Josephi adversus puerum inermem convenirent, ac sese in solitudine cohortarentur invicem, venite, occidamus eum, quod unus efficere potuisset. Quò spectat illud *Jobi cap.* 24. in deserto quasi onagri egrediuntur vigilantes ad prædam. Sic mater Eva pomum viro obtulit, ut is quoque comederet de cibo vetito, præ timore peccati socium quærens, timida enim est † omnis nequitia. *Sap.* 17. 1. 46
Herodes miro artificio latrones in sublimi montium, & saxorum vastigio la-

titantes cœpit & occidit. *Joseph. antiq. Judaic. cap.* 24. *ibi*: Herodes aber hat Silonem zu Ventidio geschickt / vnnd ist er wider die Mörder / so sich in Hölen vnd Klüfften der Berge verhielten / außgezogen. Dieselbige Hölen waren in den hohen vnnd gähen Bergen / dazu es schmale enge Weglein hat / daß man schwerlich darzu kommen mochte/wahren auch mit spitzigen rauhen Felsen vmbgeben / in welchen Löchern die Mörder/sampt jhrem gantzen Haußgesind/ wohneten: aber der König Herodes ließ etzliche Kasten zurichten / welche er mit dar-
47 zu verordneten Rüstzeug/an eisernen † Ketten von der Höhe deß Berges herab gelassen / dieweil man von wegen der rauhe deß Berges nicht hinauff kommen / auch von oben nicht herab er kriechen mochte. Solche gemachte Kasten wahren mit wolgerüsteten Kriegs-Leuten inwendig versehen / so lange starcke Fewer-Hacken hatten/damit sie die/ so sich wider sie setzten an sich ziehen / vnnd vom Berge herab stürtzen möchten. Es ist aber solche herablassung der Kasten von wegen der grawsamen Höhe sehr gefehrlich/zu dem auch in der spelunca kein mangel an nottürfftiger Nahrung gewesen,

M. Freder. Wendelin. *in admirand. Nili cap.* 20. §. 5. refert, in arundine longâ admodum & dumosâ sese occultare latrones Ægyptiacos, qui latrociniis Ægyptum infestam reddere soleant; Proinde Æschylus: *δεινὸν πλέκειν τοι μηχανὰς Αἰγύπτιοι*. De Balearibus Lucius Florus *in histor. Rom. epit.* 3. scribit: quod latrociniis & pyraticæ pravitati operam dantes, perinde infesta-
48 rint viatores. ibi: Baleares per idem tempus † Pyraticâ rabie corruperunt maria, homines feri atque sylvestres, mireris ausos eos à scopulis saltem maria prospicere, & ascendere etiam inconditas rates, & prænavigantes inopinato impetu terrere, qui latrones à Romanis facili negotio repressi, præmisso squaloso clamore pecudum in morem semetipsos in mare præcipitarunt.

Turrim Mogundin. in qua Hattonem à muribus corrosum esse dici-
49 tur, latronum speluncam † fuisse, refert *Serar. Jesuita* 4. *rerum Mogunt. c.* 1. nam Germani derobatores se latrones vocant Mäusern / qui instar Cattorum grassantur, & speculantur de sublimi, & explorant prædas; nequaquam concedens Hattonem à muribus devoratum fuisse, quod argumentis 22. convincere nititur, refutatus à *Wendelin. in admirand. Nili. cap.* 22.

Sed ut obiter hæc adnotemus, sese res habeant quocunque colore, qui ad Episcopi defensionem à Jesuita adferunt, certum est, Moguntiam fovisse pravos & perversiores vicinis antistites, refert *Joan. Wolff. tom.* 2. *pag.* 476. ubi ipsos præsules insimulat latrocinii. ibi; Fridericus Dux Brunsvicensis, Francofurti Rex Romanus electus, (Princeps omninò, qui Imperii habenas tractaret) cum Moguntino antistite veteres inimicitias habens, dum revertitur domum, per Hassiam reversurus ad coronationem, haud longè à Frisla-
50 ria in insidias à Moguntino † subornatas, improvidè incidit, & à Comite de Waldeck, jussu Moguntini, impiè est occisus: quod homicidium per univer-

sam

ſam Germaniam magnos excitavit tumultus. Ferunt incolæ hanc ob rem repertum ante fores templi Moguntini lapidem majuſculis inſcriptum literis: Verte & invenies: quem homo quidam curioſus, lectis his verbis, theſaurum abditum eſſe ratus noctu evertit, & in alio latere ſaxi ſcriptum reperit: MOGUNTIA AB ANTIQUO NEQUAM: effoſsâ terrâ fruſtrà, & nullo reperto theſauro. Quocirca rhythmi vulgares, non admodum latini ac elegantes, ſed veritatem exprimentes, ac ſyllabis quidem nomen Friderici notantes, ejus ſepulchro qualeſcunq; tamen ſint cum Romanos non aliquando Ethruſcorum & Oſcorum inſerere nomina, ſubjunxi, quandoquidem ea tempora his in terris non aliam ferebant elegantiam.

Regula non ficta-Nequam Moguntia dicta,
Germen Pilati nunc denuò vivificati,
Sicut dum vixit, iterum Chriſtum crucifixit,
Namq; ducem ſtravit Fridericum, qui quaſi David
Braunſchvvich protexit, gentemq; ſuam benè rexit,
Tranſtulit ad Chriſtum Reſpublica (dicitur) ipſum.
Pro quâ perrexit Franckfurt, heu! tunc ſibi texit,
Traditio veſtem, quem mortis poſtea teſtem,
Nequiter inflixit, propè Fritzlar vulnera fixit,
Heu, heu, heu, mille miles validiſſimus ille
Cernitur ipſe fuga, qui ſepius ardua juga
Belli contrivit: ſpes eſt quod in æthere vivit,
Nunc jacet in crypta, de quo ſunt talia ſcripta.
Fre: fremit in mundo: De: deprimit alta profundo.
Ri: ripidum flectit: Cus cuſpis mucroq; plectit.
Vivat ut in cœlis Dux meritus ille fidelis.
Optet ei quiſquis, qui ſcriptis condolet iſtis.

Qui etiam de Hattone illo ſcribit idem ex authoribus fide dignis, quod latro † fuerit: Etenim Conradus Cæſar facinus patraturus nefandum, judicavit ad rem hanc Hattonem aptiorem & audientem & paratum ad quodvis facinus. 51

Occaſione itaque quæſitâ Hatto invitat Heinricum, Imperii Faſces cum Cunrado unâ ambientem, quem Hatto ficto vultu læto excepit, in convivio donans ei auream torquem, quæ venenato auro erat facta, ita, ut qui ſemel in collum injiceret, veneni vis penetraret per veſtes etiam ad cordis penetralia, & brevi necaret, nec nihil manibus tractanti nocuit. Hatto igitur allatum, manibus medicamine præparatis, in collum injecturus erat lethale donum Henrico, qui per quendam admonitus clanculum, recuſavit, poſtea ille quid admonuerat Henricum ſibi exponit omnia, & Comite Albertum tali torque eſſe ſublatum per hunc Epiſcopum. Hattoni ergo roganti, cur tantopere

topere

toperè suum munusculum renueret, respondisse scribitur Henricus, sibi non esse durius collum quàm Comiti Alberto. Latrocinio hoc attentato Henricus permotus, Conradi ditiones igni & armis infestavit.

Scribit Georgius Steinhart de Episcopo Moguntino quodam, qui nunquam voluerit visitare missam, nisi prius ad jentaculum vorato pingui capone, aliquot simul mensuras vini exhausisset. *Joan. Wolff lect. memor. p. 944. tom. 2.*

11. Indicium parit egestas & inopia, redacti quippe ad fortunam iniquam inopinatam, iniquas tandem & inopinatas meditantur artes, fraudesque excogitant, ne mendicare cogantur, dum fodere erubescunt: magnum paupertatis opprobrium, jubet quodvis facere vel pati, virtutisq; viam deserit arduæ, uti canit *Poeta Horatius. Lactantius in lib. 20. de ira Dei, cap. 20. ait*, mul-
52 ta sunt, quæ ad delinquendum invitant, † ætas, violentia, egestas, occasio, natura. *Joan. Baptist. Magon. de rect. patroc. cap. 61.* Paupertas multis occasionem delinquendi peperit. *ex Siracide cap. 27.* refert *Vent. de Valent. lib. 1. cap. 11. num. 29.* ubi paupertatis calumniam ascribit & subtractionem depositi, siquidem pauper depositarius fuisset. *d. loc.* notabilis est locus Silii Italici *lib. 13. de bello punico. pag. mihi. 489. ibi:*

Et deforme malum, scelere ac proclivis egestas. &c.

Cæterum quæ proditiones, latrocinia, & cædes ex decoctione bonorum & subsecuta inde egestate descendant, rationibus & exemplis demonstravimus *part. 1. de indic. gener. cap. 55.*

Pauperies inimica bonis, & in oribus omne
Labitur in vitium, culpæ scelerumq; ministra est.

veluti ait Euripides: Πενία διδάσκει ἄνδρα τι χρεία κακόν, &c. *Joan. de Pineda in Job. cap. 24. vers. 4. num. 5.* cùm nihil regni habent, ait, quo sustentare sese possint, subeunt antra & cupidiosas cavernas. Hinc *Threnor: in Propheta 4.* qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora, qua de re *Olympiodor. in Job. citato loco. ibi*: Hoc hominum genus sæpè in solitudinem abdere, ac latronum more, vitam sub dio agere consuevit, quod si contingeret aliquando opus esse tecto quodam loco, illis at pro tecto sunt antra, saxa, angustæque valles, &c. *Francisc. Pollet. in hist. Jur. Rom. cap. 29. ibi*: cum exules & extorres comitatur paupertas, ignominia & contemptus, ferè fit, ut desperati quido res eorum ad triarios rediit, expilent, furentur, latrocinentur, parati extrema agere & pati. &c. Vicinam urbem nominare possem (addit) aliàs florentem, quàm quod asylum hujusmodi extorrum fuit, hæc colluvies velut redundantis & æstuantis sentinæ prodidit, consultius foret meo quidem judicio, ut validiores mendicantes & id genus hominum medicabula in opus aliquod damnarentur, quando remigæ non semper in usu sint. hæc Pollet. *vid. p. 1. de indiciis nostris. pag. 24.* Hoc egestatis indicium taxat & declarat Wolff. JCtus

toties

toires citatus. *d.tom.2.lect.mem.pag.*1014. ubi & clericos nedum inexpertes esse ostendit hujus indicii. ibi: illi in quibus jure patronatus & beneficia Ecclesiastica conferendi potestas est, plerumq; circumcidunt agros quos possunt, auferunt magnam fructuum partem, avertunt & Simoniacis deinde pactionibus, quod restat, addicunt, si quem minimo precio possunt conducere, ut ministri personam gerunt: unde *Heling. in description. Britanniæ lib. 2. cap. 5. folio 26.* ait: beneficia tribuunt suis pistoribus, coquis, & agasonibus in longi & laboriosi servitii compensationem, fieri autem, ut si reditus pro uxoribus & tot liberis non sufficiant, latrocinentur atque eripiant viatoribus bona, quorum ipse noverit aliquot publicis judicum sententiis in furcas fuisse sublatos. Denique hoc indicium enodat *Hering. in discurs. de homicid. volunt. atrocit. cap. 1 num. 121. ibi:* Metus infamiæ & inopiæ cogitat exercere imposturas, quibus se ab iis tueatur, &c.

18. Indicium suggerit temporis † occasio, ut si noctu circa tempus 53
matutinum egrediuntur viri suspecti, seq; in latebris & lucis abdunt, donec prædandi occasio apparet, juxta illud:

Ut jugulent homines, surgunt de nocte latrones.

Sanè uti bestia noctu grassatur, sic latro vagatur noctu, surgitq; primo mane ut interficiat egenum, ut dicitur *Job. cap. 24.* Mane primo (*inquit Pineda in dicto cap.*) pro eo, quod publicè & datâ luce malum committitur, ut sit quasi gloria facinus operantium, secundum Sodomitarum exemplum, de quibus dicitur, & peccatum suum non absconderunt. Hoc tempore se impius prædæ committit, cum simplices viatores se committunt itineri, grassandi igitur & fundendi humani sanguinis aviditas & cura illos excitat, sicut & interficiendi impios ipsos cura sanctissimum Regem excitabat. *Psalm.* 100. In matutino (inquit) interficiebam omnes peccatores terræ, ut disperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem. Nimirum ut sanctam civitatem expurgarem sordibus, & impii sordidissimi, ne aliquid præter sordes suas mundum repleant, in matutino interficiunt justos terræ. *Pineda d. l. Et ibidem:* Manè surgentes, ait, matutini ad prædam vix exorto sole, nam prædæ aviditas eos excitat, hæc est suæ cupiditatis perficiendæ celeritas & diligentia, &c. Tenebriones isti filii tenebrarum sunt, inquit *Idem tom. 2. cap. 38. vers. 18.* qui faustas sibi noctes precantur, diei interim maledicentes his, qui nefaria eorum opera redarguunt. Ex *Chrysost. ab eodem citatus, ibi:* Ego Deus, præclarum est lucis beneficium, ut filios † tenebrarum LATRONES noctu 54
grassantes somno vitiorum expergef[...]c, nec non qui sepulcra effodiunt cæterosq; omnes, qui ad scelera soc[...] utuntur nocte, namque hoc hominum genus post lucis exortum, non amplius licenter audet grassari, sed compescitur lucem, à quâ illi arguuntur, odisse. *Psalm.* 100. in matutino videtur interficere peccatores terræ, aut certè fugare & excutere atque in incultissi-

mos angulos recondere: Et *Psalm.*103. Ortus est sol & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur. Hinc fures vulgo dicuntur ἡμερόκοιτοι, quod interdiu dormiant, & noctu vigilent. *Eras. in chiliade* 4. *cent.* 4. *pag* 910. de quibus Hesiod. *in oper. ab dieb. ibi*:

Μήποτέ σ' ἡμερόκοιτος ἀνὴρ ἀπὸ χρήμαθ' ἕληται.

Hinc furtum à furvo, id est, nigro, dictum adserit *Paul. in l.* 1. *ff. de furt.* quia clam, in obscuro, & nocte furtum passim committitur. Alias nox & tenebræ ut maximè subserviunt delinquentibus. Hinc illud: Noctu vident, interdiu verò nihil, noctu vagantur, atq; ita vagantur, ut præcipiti actu circumvolent; & ut Poëta canit *Ovid.* 4. *metamorph.*

——— *lucemq́ perosi*
Nocte volant, seroq́ tenent à vespere nomen.

Imò nox dicitur à nocendo, non solum quod oculis noceat, sed potissimum, quia eo tempore nocere soleat adversarius. *Rip. de noct. tempor. cap.* 2. *num.* 9. *Virg.* 2. *Æn*:

Vertitur interea cœlum & Oceano nox,
Involventq́ umbrâ magna teramq́ polumq́,
Myrmidonumq́ dolos &c.

Proinde ex Ambrosio *Hering. in tr. de homicid. dolosi atrocit. cap.* 1. *pag.* 47. *ibi*: latro diem refugit, quasi criminis testem, lucem adulter, quasi erubescit, adulterii conscientiam, &c.

55 16. Indicium parit impietas, † quæ negotiosa res est & latrocinii mater. *Lorich. de vindic. Germ. in exteros. pagina mihi* 123. cum in opposito, pietas gloriosa omnium actionum & virtutum dicatur regina. *l.* 8. *C. de sum. trinit. Joannes de Pineda in Job. cap.* 27. *vers.* 7. illos (ait) vitæ hostes habui, quos vidi cognoviq; impios, vel ut quisq; impius fuerit, ita profecto mihi erit inimicus, extat dictum *Jobi d. versu* 7. sit ut impius inimicus meus, qui ut mare fervet, conquiescere nequit. *Lorich. d. loc.* sequitur hinc impios ut plurimùm insidiari vitæ & saluti bonorum. Subsum. Atqui inimicitia est latrocinii causa. Ergo & impietas: quicquid enim est causa causæ, est etiã causa causati, & nullũ datur ministerium sine causalitate. *Alph. Tostat.* 2. *Paralip.* 178. impius & occultè & apertè molitur malum justis, ait *Becan. in Psalmo* 7. *vers.* 16. imò impius sive ex invidia, sive odio, quos multis signis prodit affectus, in cædes, latrocinia & rapinas prolabitur. *Idem d. loc. vers.* 17. qui leo ad prædam paratus dicitur. *Psalm.* 16. *v.* 13. vel catulus leonis, habitans in abditis, sitiens & quærens humanum sanguinem. *Becan. ibid.* impietatis signa esse dictitat, à
56 concionibus, † à piorum librorum lectione, ab ineunda piorum sodalitate, à frequentatione sacramentorum, à visitatione templorum abstinentia, tabernarum, conviviorum frequens visitatio, potatio frequens, nocturna grassatio,

tio,& amoris illiciti cultus, saltationes, aucupia, venationes immoderatæ, & quæ alia. *Joan. Rusæ in* πανας *in loco prava societas. pag. mihi 462.*

19. Indicium parit avaritia. *text. §. 2. Inst. vi bono. raptor.* utpote radix † omnis mali. *Novell.* atque principium omnis latrocinii *Joan. de Pineda in Job. cap. 24. vers. 30.* qui non clam modò, sed palam grassari in vitam sanguinemq; & res proximi præsumitur, ibi indicatur avaritia prædonum, &c. quapropter, *Pogg. Florent. in histor. disceptiv. de avaritia. pag.* 4. avarum proditorem appellat, & *ibidem.* dum cupit augere opes, (ait) dum occupare terras, possessionibus justitiam omnem exuit, nullum scelus omittit, insidiatur divitibus, expilat socios, ignotos & peregrinos divexat, & nulla excogitabitur turpitudo, nullum malum facinus, cui non assentiat, avarus latro est, & grassator inimicus, latro aurum sitit, propter aurum sanguinem effundit. Proinde *Hieron. Psal. 16. ibi:* susceperunt me ut leo paratus ad prædam, sic exprimit mortales, sicut leones famescentes solius avaritiæ instinctu properant ad prædam. Argenti usus, quod obiter saltem notato, prior † argenti fuit, nam Abrahami tempore argentea moneta probata & transiens per manus mercatorum peculiari nota signata est, nondum tunc temporis aureo nummo percusso. Sic apud Romanos, ut scribit *Plinius lib. 33. c. 3.* argentum signatum anno Urbis Romanæ 185. Q. Fabio Cos. aureus nummus posteà demum percussus est, hinc argenteis armis non aureis debellavit homines avaritia, triumphavit de animis & desideriis mortalium. Et Pythia Philippo respondit, argenteis hastis pugna, & omnia vinces: omnes in nostrum damna avaritia vertit, quæ dum argento nos oppugnat, irruit & expugnat. Unum illud in argento observandum, quod qui illius candorem † amant, nigrescere anima ejus soleat, non enim sine causa lineas ex argento nigras produci pleriq; mirantur. *Plinius lib. 23. cap. 3. Isidorus lib. 16. cap. 18.* ubi attestatur si argentum candidum imprimatur corpori, nigras lineas reddat, quanto magis cordi & animo impressum pervertet hominem, candor candorem extinguet & obfuscabit. Solinus *c. 98.* scribit, Babytaces populos sic dictos, aurum projecisse in profunda terrarum, ne soluti usu ejus per avaritiam corrumperent æquitatem. Hinc Joseph. à Costa, quem citat Pineda *cap. 25. vers. 3.*

57

58

59

Heu quis primus fuit ille,
Auri qui pondera tecti,
Gemmasq; latere volentes,
Preciosa pericula fodit?

Nam reverà

Effodiuntur opes irritamenta malorum.

De Alexandro V. Papa Romano scribit Bembus 4. *histor.* quod Michaëlem civem Venetum Cardinalem, Pauli II. sororis filium, Romæ veneno occiderit, causa interficiendi hominem, ait historicus, fuit aurum & argentum,

quæ haberi existimabantur, quorum omninò rerum inexplebilis cupiditas
60 Alexandri † animum ad omnem iniquitatem accendebat, ut filio exercitibus alendis pecuniam suppeditaret, quo is Italiæ Principum regna occupare celerius posset, *Wolff. tom. 2. pag. 561.* De eodem Hieronymus Marius scribit, Alexandrum hunc cum Mahumetorum rege conspirasse, ad occidendum Gemen, fratrem Bajezetis, & Alexandrum avarissimum sumpto immenso precio curasse veneno extingui. *Wolffius pag. 648. ibi.* Quid non mireris, Christus dum veste exueretur, homini vitam largitus est, Alexander ut eandem acciperet, homicida factus, qui tandem ipse veneno sublatus est. Ludovicum Cæsarem Clemens VI. veneno quoque non nisi avaritiæ studiosus suffocavit. *Idem pag. 647.* Ecquis non dicet contra tàm immanes Papas inferorum portas non prævalere. *Idem d. loco,*

61 20. Indicium latrocinii generat disertæ militiæ † reatus, *vid. part. 1. cap. 90.* non tantum, quod hæc causa indicia generalia proferat, quàm quo securius grassari posset miles, existimetur mutasse stationem castris relictis, scilicet adsuetus latrociniis, consuetudine gaudere privata præsumatur latrocinandi. *Lucius Florus in hist. Rom. Epitom. 3. ibid.* de milite indeserto inde latro factus. &c. *Besold. de arte & jur. mil. pag. 4. ibi*: bellorum malum est commune, quod in illis disciplina jaceat, vitia invalescant, cum enim in bello ma-
62 ximi labores, continua pericula sunt, voluptatum & omnium vitiorum † dulcedine stolidi militum animi detinentur, ne ii deserant castra, hinc mores nulla res æquè corrumpit atque militia, quippe in qua plæraq; impunè committuntur, hæc ille: Et *pag. seq.* Feros itaque & omnium malorum cupidos bellum efficit, quæ enim in Republica vel civitate flagitia censentur, in castris sunt ludi, adeò ut strenui milites strenui evadant latrones, & vice versâ. De Anton. Philosppho Capitolinus scribit, servos à se ad militiam fuisse armatos, nec non gladiatores, desertores, & latrones, præsertim Dalmatiæ & Dardaniæ, ut suprà in eandem sententiam *Heut. lib. 7. pag. 341.* quem refert *Besold. d. loc.* milites Germani facti grassatores desertâ militiâ. Quin quod ante militiam indicia latrocinii aliorumq; vitiorum, unde quasi ex fonte perenni cædes & rapinæ scaturiunt, contra milites passim stringant, *Busbeg. p. 304.*
63 reliqui, quales homines luxu perditi, decoctores, quos non ad malitiam † produxit virtutis studium, sed ebrietatis, rapinarum, sacrilegorum, stuprorum frequentia. & dehinc continuanda scelerum & flagitiorum impunita licentia *Vide Besold. de jure belli, pag. 25. & pag. 18.* Cernere licet ejusmodi exercitus, ubi semel iram & odium contra aliquos susceperit, non solum pro more aliorum hominum maleficia patrare, latrocinari, occidere, vicos & pagos incendiis infestare, in viatores non humano more, sed planè ferarum instar sævire, & animos inducere ad immanitatem comparatos, quos non excusare poterit fugitivi cujusdam responsum, cui crimen fugæ objiciebatur, quod eo-

dem

dem latere diutius jacere non potuerit. *Pogg. in facetiis.* quapropter usitata contra desertores sententiæ militaris formula. Ego N. N. Capitaneus † nec 64
non N. Signifer, cæterique Officiarii militares notum facimus omnibus & singulis, quod N. N. legitimè conscriptus & conductus miles principis vel regis nostri castra atque vexilla deseruerit, & perindè homo sceleratus, perjurus, proditor, latro, fur, & nebulo factus fuerit, &c. idcircò sententia lata coram tribunali militari, ad pœnam laquei condemnatus, bacillus desuper infractus, non dignus dehinc, qui tolleretur quovis terrarum loco, neque cum viro honesto degat, commedat, bibat, dignior cujus bona à quovis diripiantur, judex quivis non de viridi, sed arido ligno eum suspendi faciat, in quorum fidem subscripsimus diploma N.N.N.N.

Desertoris nomen vel desertorū nomina nigris lapillis notata solent subscribi.

21. Indicia sunt arborū furtim † cæsarum, vel segetum depopulationes. 65
suprà cap. 9 num. 2. qui enim manus non abstinuit à re minoris lucri, vel leviori motus est incitamento, quomodo se moderabitur majori sibi oblatâ lucro, siquidem lucri faciendi gratia arbores deciderit; sin invidiæ & vindictæ studio, quâ flagrabat, ulteriori sese offerente ansâ, cumprimis inimicitiâ capitali vel non capitali retrò ingenitâ, & contractâ ab illo, qui latrocinium commisisse proponitur. *l. fin. ff. arb. furt. cæsa.* Quin quod arborum cæsores, uti latrones publici coërcebantur. *Wesenbec. in para. ibidem.* ubi pares indiciorum passim dominantur causæ, uti inimicitia capitalis, de quâ modo diximus, & mala vicinitas, unde mala omnia enascuntur, & quæ alia *suprà cap. 16.* relata extant. In symbolizantibus † autem idem datur transitus, ait *Rebuff. in tra- 66
ctat. concordat pag. 618.* & parium idem judicium est. *l. 32. ff. ad l. Aquil.* Porrò uti miles vulgaris prædari, latrocinari præ aliis præsumitur, sic devastatio ejusmodi, & incisio segetum generi hominum illi familiaris & consuetissima est. Miles non potest non nocere, de quo ritè prædicantur hæc indicia, adminiculantibus & unà concurrentibus præjudiciis. Flagitii hujus atrocitas & ad delicta omnia alia facilis & prorumpens motus, à divina Justicia in Episcopo Constantiensi aliquando repressus est, qui animo hostili per segetes subditorum caballo circumequitavit, ubi fulminis ictu percussus interiit, *in annalibus Helv. Anno 1530. pag.* 107. de quo hominum præcelsorum genere legitur apud Cæsariensi. 2. *cap.* 28. qui adduci non potuit ut crederet, ullum Germaniæ Episcopum hæredem æternæ salutis fore, *Wendel. in admirand. Nili. §. 9. pag.* 164.

Indicia latrocinii pariūt seditiones, diffidationes & † diffamationes, *Luc. 67
Flor. in hist. Rom. Epit. 3. c. 7.* Spectat huc locus Evangelistæ ubi, Barrabas latrocinii reus, & ad crucem damnādus, unà seditionis reus dicitur, quem pessimè absolutum ad populi clamorem evincit *gl. in l. decurionum. Cod. de pœn. Luc. Flor. d. loc. cap.* 14. ubi seditiones & latrocinia Antonii describit, utrisq; præ-

 lio ma-

lio maritimo devictis, & Cleopatra cum aurea puppi, veloque purpureo, & Antonio captis, illa subolens se servatum iri triumpho, in mausceolum sese recepit, ubi maximos, ut solebat, induta cultus, in differto odoribus solo, jux-
68 ta suum sese collocavit † Antonium, admissisque ad venas serpentibus, multo quasi somno soluta est. *Luc. Flor. d. loc.* Conjuratio ejusmodi in Remp. quæ amplissimam involvit latrociniorum messem, sive magnates sive servos vel satellites spectes, qui participes pacto quovis conspirationis sunt facti, indicia parit paratissima, quomodo enim parsurus est privato, qui ausus fuit
69 machinari contra Remp. quomodo à minori incitativo erit alienus, † qui majora & longè atrociora attentavit deliria & delicta? qui Cæsarem totamq; gentem supplantare & evertere non dubitavit, vix ubi latrocinii quæstio subest, non nocebit individuo, cum arg. à majori ad minus in jure validissimum
70 sit, *Eberh. in Topicis in loco à majori ad minus.* qui prædari assuevit, furari † omittet nunquam. *suprà capit. de indiciis furtorum. Chrysost. ad Timoth. homil. 5. cap. 1. Joan. de Pined. in Job cap. 31. vers. 1. pag. 628 ibi:* cupidum eum potissimum censeo, qui ne minima quidem rapere omittit, &c. imò qui maxima diripit, minima fortasse contemnet; qui verò parva non despicit, quomodo majora despiciet? *Tiraquell. in leg. connub. l. 2. gloss 1 part. 2. pag.* 38. hinc locus proverbialis penes *Erasm. in chiliad. 1. cent. 2. pag.* 79. tollet taurum, qui vitulum sustulit, adagium ad usum verecundiorem translatum, si quando significabimus majora peccaturum, qui minora diligunt. *Erasf. dict. loc.* Referenda quoq; huc sunt conventicula, de quibus *part. 1. cap. 85.*

71 22. Indicium præbet † ambitio. *Joan. Spinæ de tranquillit. animi lib. 2. pag.* 54. Quid causæ, inquit, fuit, cur Esau tantum in fratrē Jacobum odium conciperet, ut eum post parentis obitum statim necare statueret, quid præter ambitionem, quæ nec fratrem præferri, nec ex primogenituræ jure illicō cesso, sibi dominari sustinebat. Absolon cædem ambitione tanquam rabie & furore abreptus, populum contra patrem seditiosè concitat, in ejus necem conjurat, &c. nec conquievit quoad omnia indicia & argumenta hominis, tum pietatis tum legis, & humanitatis omnis expertis palam ederet: hæc ille. Porrò quæ causa fuit latrocinii, cædis & bellorum à mundo condito ad hæc usque tempora continuata, nonne ambitio? *Idem pag.* 86. hæc ipsa indicia præbet furtorum. *Idem p.* 75. hæreseos, infidelitatis, & idololatriæ. *Idem pag.* 71. Etenim si propriè loqui fas est, ubi nō est humilitas, ibi nulla est fides, non aliam ipse Christus infidelitatis Judæorum causam statuit, quam ipsorum fastum & ambitionem: ubi non fides, ibi nec virtus, vitia procul dubio prædominantur, quæ segetem & messem producunt delictorum, quasi ex equo
72 Trojano prodeuntium. Malus non diu † latet, *Tiraquell. de pœnis causa* 75. ut proinde ad indicium speciale accedere argumentum à passionibus ejusmodi depromptum omninò stringat, ut enim delictum arguit indicia delicti alterius,

terius, sic judicium unius delicti, præsertim generalis, quale præbet indicium maleficii diversi, cum delicta penè omnia † caudas habeant colligatas, uti 73
Samsonis vulpeculæ. Ex Davide adultero mox latro factus est, *Drexel. in Nicet 1.cap.7.* Quia unum peccatorum † est causa alterius, *Alphons. Tost.in* 74
Paralip.num.238.& in Matth.tom.5.nu.124.Plutar.h. in lib.de invid & odio: Vitia, inquit, similia, sunt magno acervo humorum ita colligatorum, ut moveri nequeant, quin inter se plectantur. *Et Spin.de in vid.lib. 4. pag.* 172.multa communia inter se sunt vitia, ut omnia in genere consentiant. Conqueritur & damnat Avent. *in lib. de abus.rerum politicarum & Eccles.* quod ex hæresi insimulata Romanenses ad quævis flagitia, indicia struant. *Joan.Wolff cent.2. pag.276.*

20. Indicium latrocinii est, ubi diffamatus † vel inquisitus de latrocinio contra ictus globulorum vel pugionum sese potest firmare, ne penetrent, quâ de re digito quasi suprà est nonnihil demonstratum, quod flagitium sine magiæ beneficio, & implicato cum Sathana pacto haud subsistere præsumitur, quod qui ad prædandum, furandum, latrocinandumq; videtur comparatum, spe scilicet immunitatis & impunitatis: Et quanquam aliqui dubitant, utrum amuletis tanta efficacia sit adscribenda, possintque mortales sese ita hisce firmare adversus bombardarum ictus, experientia quotidiana tamen passim & abundè dictitat, uti nos ipsi, quod oculis conspeximus, attestari possimus, compertos captivos hostes, neci destinatos, non potuisse gladiis nec globulis transfodi, contestis est Camer. *in hor. succis.3. medit. cap.* 30. ubi refert, cum Anno 1568. Princeps Auriacus in Brabantiam irruere cum exercitu tentasset, prope Trajectum Hispanum captivum arbori alligatum fuisse, qui sclopetis & bombardis à manuariis non potuerit occidi, apud quem denudatum præter dependens ex collo † amuletum agni nihil sit inventum, quo 76
sublato demùm primo ictu interiisse scribit hominem. Dixi sine magiæ beneficio vix subsistere hæc artificia, qua de re Godelm. 1. *cap.8. de curat.morbor.* ubi scribit: Quod quando herbæ in certa constellatione cœli collectæ, characteres, verba, sigilla, carmina, Evangelium S. Johannis, quæ nec qualitate elementari, nec occultis viribus agere possunt, collo aut certis corporis partibus appendantur, ut cum hypericon aut arthimisia ad fugandos dæmones in domo suspenduntur, vel Evangelium S. Johannis ad avertendos globulos bombardæ collo appenduntur, tum amuleta illa fiant sacramenta Diaboli & siquidem morbi per tales appensiones curentur, aut aliæ actiones præficiantur, non viribus earum rerum hæc fiant, sed Diabolus ipse ex pacto vel tacito vel manifesto per illas curet & agat, ubi de amuletis licitis & naturalibus quoque disquirit, quæ occulta vi & proprietate divinitus in prima sui creatione indita, semper & eodem modo agentia, in subjectum corpus operantur, uti fiscus quercinus, semen pæoniæ collis appensum, Epilepsiam arcent, &c.

Cæterùm

Cæterùm quod præter omnem dubitationem amuleta illicita vim illam præ se ferant, antiquitati quoque non fuit incognitum. Cycnum invulnerabilem ab Achille demum fuisse strangulatum, testatur *Ovid. lib. 12. metamorph. ibi:*

——— Rursus sine vulnere corpus
Sincerumq́; fuit: nec tertia cuspis apertum
Et se prabentem valuit distringere Cycnum,.
Tum verò praceps curru fremebundus ab alto
Desilit, & nitido securum cominus hostem
Ense petens, parmam gladio, galeamq́; cavari
Cernit, & in duro ledi quoq; corpore ferrum.
Haud tulit ulterius, gladioq́; adversa reducto,
Ter quater ora viri capulo cava tempora pulsat,
Cedentemq́; sequens instat turbatq́; ruitq́;,
Attonitoq́; negat requiem, pavor occupat illum
Ante oculosq́; natant tenebræ, retroq́; ferenti
Aversos passus medio lapis obstitit arvo,
Quum super impulsum resupino corpore Cycnum
Vi multa vertit terraq́; affixit Achilles.
Tum clypeo genibusq́; premens præcordia duris,
Vincla trahit galea, quæ presso subdita mento
Elidunt fauces, &c.

Pulcrè Renovard. *in metamorph. Ovid. Gallicâ, eâq; prosâ translatione, ibi:* vous ne devez pas vous esmerveillier si vous forces, que vous presumes indemptables ne pouvent rien sur moy, &c. hæc ille. Sic corneum Sigfridum usurpasse multa contra ictus armorum, tradunt vetusta Germanorum carmina, uti refert *Besold. in tr. de art. & jure belli. pag. 44.* & Orlandum potuisse amuletis sustinere ictus illæsum Ariosto recenset *Cant. 29. n. 62. Besold. d. loc.*

Mala pelle tonvo dura, come osso,
Anzi via piu ch' acciar, ch' Orlando nato
Impenetrabi, era & affattato.

Idem, ut eum allegat *Besold. citato loco cant. 2. stanza 50.*

Eben si fece fac subito piazza
Che lor si volse, e Durindina prese,
S' havea creduto quella gente pazza,
Che le dovesse far poche contese;
Quando ne indosso li vedea corazza
Ne scudo in braccio, ne alcu altro arneso,
Ma non sapea, che dal capo à le piante
Dura la pelle havea piu che diamante.

Porrò

Porrò de amuletis invisibilitatem inducentibus † idem est, idemq; indicium, quæ cooperante Dæmone quoque rarò vel nunquam existere & exserere suam operationem posse videbuntur. Quanquam de annulo Gigis, Regis Indorum recenseatur, quod absque Magia homines invisibiles fecerit, cujus possessor plura patravit latrocinia, & tandem solio regali spoliavit antecessorem Regem legitimum. Reperit hunc annulum (ut obiter hoc saltē addamus) in quâdam speluncâ sive hiatu terræ, tremore factâ, Giges ubi latuit, forma equi ex cupro fabricati, cui insedit scheleton humanum, instar armati equitis, qui in digito adhuc integro manus incorruptæ † annulum habuit, de quo hic sermo est, quæ licet fabulosa esse videantur, existimat tamen Anton. de Guevara *in Epistol. aur. part. 2. pag.* 81. astrorum influentiam vi occulta ut plurimum in corporibus agentem fieri posse, idq; præcipuè statuendum pro diversitate coloris, quem præ se ferunt signa planetarum, in quibus crescat lapillus. Sic Pyrrhum habuisse gemmam, in quâ apparuerint formosæ nymphæ & adolescentis figuræ, cytharam tangentes, *quam quidem historiam veram esse dicit idem Ant. de Guevar. d. loc.* ubi quoque testatur vidisse se Jaspidem, in quo variæ imagines & hominum figuræ visæ fuerint: de Smaragdo idem dicitur, uti de phengite lapide agit Cam. *1. med hist. 6.* Leo III. Imp. Græcor. speculum ustorium habuit, quo plurimas exussit classes, & castra Saracenorum, quamprimum enim illud obverrit soli, fulgor speculi navem quampiam, aut quidvis aliud ex ligno factum statim combussit, ità ut nemo posset restinguere quibuscunque fontibus ignem. De hisce amuletis agunt leges Longobardorum, in hæc verba: Nullus campo adversus alterum pugnaturus, audeat super sese habere herbas, vel res ad maleficia spectantes, nisi tantum coronæ suæ quæ conveniunt: Et si suspicio fuerit, quod eas occultè habeat, inquiratur per Judicem, & si inventæ fuerint, rejiciantur, post quam inquisitionem extendet manum suam ipse in manu patroni aut colliberti sui ante judicem dicens: se nullam rem talem super se habere, deinde ad certamen prodeat, quin quod adeò visa antiquitati venerandæ fuerint & exosa amuleta, † ut pœnam capitis statuerit in eos, qui iis uterentur. scribit Amm. Marcell. *lib. 19.* uti veneficum punitum fuisse aliquem, qui contra quartanam gestaret collo amuleta, characteres, chartis inscriptos. Et *lib. 29.* Anum quondam simpliciorem febribus mederi solitam aliquo carmine, ut veneficii ream morti traditam fuisse. *Porrò adolescentem in balneis admoventem marmori manus utriusque digitos alternatim & pectori septemq; vocales literas numerantem ad stomachi remedium, gladio fuisse percussum, idem refert, ut exinde non obscurè inferri queat, indiciatum latrocinii ex usurpatione amuletorum, ut sive adversus bombardas & ferrum quodvis securus, sive invisibilis fit, novo eodemq; quæstioni sufficienti indicio junctis aliis indiciis, meritò prægravetur, torturæ exponatur.

77 78 79

80 23. Indicium parit sui ipsius † occisio, utpuța latrocinii diffamatum in carcere sibi manus intulisse violentas vel saltem nixum fuisse seipsum occidere. *Ann. Robert. 1. rer. judicat. c. 12. ibi:* Titius vir fuit sceleratus, qui adeò sibi consciyit mortem, ut severitatem judiciorum pœnâ voluntariâ præveniret. Quasi evasisse pœnam, sit prævenisse sententiam, uti Cyprian. loquitur. *2. epist. 8.* Quò spectat Senecæ illud, *in consil. ad Mart. cap. 2.* Magna res erat in quæstione, an morte rei perderentur? imò si calumniosa fuit accusatio, cur non judicio innocentiam suam tutari maluit? *Augustin de civit. Dei, 1. cap. 17.* tantò fit nocentior cum se occiderit, quantò innocentior in ea causa fuit, qua se occidendum putavit. *Plin. de Cecill. Classico, lib. 3. epist. ad Minutian.* ille (ait) accusationem vel fortuitâ, vel voluntariâ morte prævertit, nam fuit mors ejus infamis, ambigua tamen: ut enim credibile videbatur voluisse exire de vita, cum defendi non posset, ita (mirum) pudorem damnationis morte fugisse, quem non puduisset damnanda committere. Sanè qui sibi non pepercit, ecquid in alium non fuit ausurus? *l. fin. §. sic autem. ff. de bon. eor. qui ant. cent. mort. sibi consciv. C. de occidentis. & c. tu dixisti. 23. q. 5.* nihil non ausurus fuit, qui se potuit occidere? *Seneca lib. 8. conclus. 4.* infamem exitum infamis, criminum causâ notat, & maculosæ conscientiæ turpitudinem inhonestæ dedecus adauget. *Robert. cit. loc. pag. 225.* atque hinc indicii invaluit nonnihil, ut cum de latrocinio diffamatus, vel uno atque altero indicio istius flagitii gravatus, in custodia sui manus inferre violentas attentavit, vel si sacrilegium hoc detestandum consumaverit, de cadavere quæratur rei, quo supplicio id afficiendum fuerit? utrum honestâ & solenni sepulturâ privandum saltem, an publicâ supplicii notâ hoc nefarium & præceps mortis voluntariæ genus coërcendum? quoad primum constat & jure expeditum est, legem lugeri eorum vetare funera, *l. liberorum. §. non soleat. ff. de his qui not. infam.* quoad secundum legem priscam, cujus meminit *Cedren. de urb. Constantinop. pag. 602.* prohibere sepulturam honestam, delatis cadaveribus in locum *τῶν αὐτοφόνων.* Aliquis ait *Robert. d. loc.* ex oratore, cujus nomen tacet ab urbanitate: Metu judicii qui mori vult, dignus est qui insepultus abjiciatur: aliquis conscientiâ turpis, flagitii priusquam prodatur, mori vult, dignus est, qui insepultus abjiciatur. Vide *Quintil. declam. 337.* Hodie, uti experientia dictitat, cadavera ejusmodi vel sub patibulis à carnifice defodiuntur, vel pro indiciorum gravitate, vel delicti, de quo plenariè constat, atrocitate, vel furcis suspenduntur, rotis imponuntur, vel flammis concremantur.

81 24. Indicium generat latrocinandi & prædandi † consuetudo, est enim à solitis argumentum in materiâ hâc indiciorum efficax & stabile, vide *part. 1. cap. 104.* ea quippe peccati natura est, ut quo crebrius iteratur, hoc magis magisq; homini dominetur, sicuti clavus quò crebrius sæpiusq; malleo verberatur, hoc altius infigitur. Periculum est, ait *Joan. Brisan Panar. in l. de*

pravâ

*pravâ consuetud. pag.*37. ne crebra iteratio ejusdem delicti tandem transeat in consuetudinem, quâ fit ut jam difficile sit resipiscere. Et *Augustin. in suo Enchirid.c.*80. delicta quamvis magna & horrenda, inquit, cum in consuetudinem venerint, parva aut nulla esse creduntur, usque adeò, ut non solum non occultanda, verum etiam jam prædicanda ac diffamanda videantur. *Paulin. ad Celentiam, Epist.*14. asperam nobis & insuavem virtutem, virtutum viam nimia facit vitiorum consuetudo, etenim periculum est, ne consuetudo † 82 transeat in necessitatem: dum servitus libidini, facta est consuetudo, & dum non resistitur consuetudini facta est necessitas, quâ trahitur & tenetur etiam invitus animus. *Idem Augustin. lib.*8. *de confess.c.*5. Hinc miselli fures conqueri solent & allegare necessitatem furandi fataliter sibi adscitam, daß sie das Stelen nicht haben können unterlassen. *Joan. Wolff. tom.* 2. *lect. memor. cent.* 16. *pag.* 923. Hoc anno, scribit, prodiit in lucem scriptum de quodam latrone insigni, qui homicidia 964. patraverat, ut ibi est videre. Monachii autem in palatio ubi varia nobilium artificum reservantur opera, monstratur simulacrum cujusdam latronis, qui etiam trecentis plures commiserit cædes, hæc ille. Nec mirum: Quia teste *Gregor. in moralib.* 4. *cap.* 28. quot vicibus pravæ frequentationis homo adstringitur, tot quasi vinculis ad mentem ligatur, ne cessare possit à malo & pravâ delinquendi consuetudine, quinimò contemptus nascitur peccatorum ex cotidiano delinquendi usu & acquisito habitu, dum omnes concupiscentiæ solvuntur habenæ, & mens hominis toto impetu fertur in præceps, unde Proverb. legitur *cap* 18. impius cum pervenerit in profundum peccatorum, contemnit vitia, contemptu autem jam accumulantur crimina; ait *Bernhard. in sermon. de donis.* accedere necesse est malitiam, ut quam possit consolationem desperatus miser admittat, & cui non est pars in bonis, lætetur in malis, lætetur cum malefecerit, & exultet in rebus pessimis. Denique de difficili animæ per peccata ægrotantis curâ, agit *Basil. in reg. confus. disput.* 96. sicut enim, inquit, morbi corporis inveterati non nisi longa & acri curatione sanantur: sic peccata inveterata diuturnâ abstinentiâ, assiduâ oratione, & acerrimâ animi contentione curari oportet, quod repetitis vicibus ac multo cum labore intinctum est, tincturam excipit pressius inhærentem, & quæ vix elui queat: obiter autem colore aliquo infectum, tincturam bibit facile nobilem: sic anima sanie peccatorum suppurata, & in habitu constituta malitiæ, nullo negotio elui potest. Petrus Apostolus cum pridem prævaricari ac abnegare salvatorem cœpisset, 1. respondet nescio quid dicis, 2. juratò abnegat magistrum suum. 3. detestatur & jurat denuò, quia non novisset hominem, cæterùm ut argumentis Theologicis hoc indicium concludamus, Gregorium in Homiliis Evangelicis audiamus, *Homil. in Joan. cap.* 12. *ibi*: prior historia est apud Joannem de Lazaro mortuo quatriduano, jam fœtente, manibus & pedibus ligato, ac existente in monumento,

mento, cui lapis erat impositus ad vitam post amotum lapidem lacrymis, oratione, & clamore Christi revocato, atque ab Apostolis vinculis soluto; in quam historiam sic scribit Augustinus: Moles illa imposita sepulchro, ipsa est vis dura consuetudinis, quâ premitur anima, nec resurgere nec respirare permittitur. Dictum est autem Quatriduanus est, reverà ad istam consuetudinem quarto quodam progressu pervenit anima. Prima est enim quasi titillatio delectationis in corde, secunda consensus, tertia factum, quarta consuetudo. Factum enim in consuetudinem vertitur, & fit quædam desperatio, ut dicatur quatriduanus. Venit ergo Dominus, cui utique facilia erant omnia, & difficultatem quandam ostendit. Ibi infremuit spiritu, ostendit multo clamore objurgationis opus esse ad eos, qui consuetudine induruerunt, tandem ad vocem clamantis Domini rupta sunt vincula necessitatis.

83 25. Indicium parit vestimenta, † arma, in loco patrati latrocinii, vel itinere, dum rei fugiunt cum prædâ, vel fugantur, relicta, *arg. art. 40. in const. crim. vide supra cap. 2. de indic. furt.* quæ hic pro re natâ in genere spectant, *vide part. de indic. generalib. cap.* At hæc armorum, vestimentorum, suppellectilium probatio debet esse evidens & manifesta, juratâ testium adsertione probatâ, uti indicium quodvis duobus ad minimum testibus est probandũ, priusquam quæstio instituatur, per notissima. Qua in parte siquidem negá-
84 rit reus assertionem testium, ad defensionales admittendus, † ut reprobet dicta testium, doceatq; non sibi competere arma, suppellectilia, vel sin arma, vestimenta sibi fuerint propria, eaq; adsertio vel attestatione, vel rei confessione jam stringat contra reum, proculdubio probare tenebitur, quo pacto arma, suppellex ad alios pervenerint; quod si non appareat, indicium fortiter operatur. Reus enim quicquid excipit in causa criminali, non secus uti in judicio civili jure est receptum, probare debet. *l. 1. 2. ff. de except. ubi gloss. Bart. & Dd. communiter.*

Cæterùm indicia, quæ ex vestigiis pedum, curruum, jumentorum depromuntur, uti fallacia sunt & obscura, hic potissimum obtinebunt, quandocunque ejusmodi concurrunt indicia, quæ illa signa verisimilia efficere queant, ut cum unà apparet, reos eorumque equos visos fuisse in vicinia, ubi delictũ patratum fuit, antè vel paulò post cõsummatum crimen; suppellectilem, de quâ modò dicebatur, spectare ad eum, cujus pedibus vestigia concinna & congrua esse proponuntur. Omne quippe indicium in verisimili radices agere debet. *c. quia verisimile. de præsumpt. Alciat. de præs. reg. 1. p. 22.*

Quod si verò delictum esset recens, ut quando latrocinium jam passus rogaret homines casu sibi obviam, vel cum decumberet prostratus ad se venientes, ut persequerentur latrones secundum vestigia nova & conspicua, illique explorarent, quinam commeassent vias ejusmodi, indicium nostro judicio minimè fallax & vanum hinc resultabit, quò spectat historia quæ accidit

dit 1856. referente *Joanne Wolffio. 2. lect. memor. cont. 16. pag.* 706. Prægnans (*ait*) quædam † mulier propè Monasterium urbem in pagum quendam, cō- 85
fitendi & communicandi gratiâ, ibat, inter eundem autem loculum pecuniâ plenum reperit: cum jam nunc sacramento more pontificio usa erat, sacerdoti tandem quoque se loculum nummis plenum invenisse indicat, & rogat, è suggestu proclamet, ut domino suo restituatur. Sacerdos respondens ait, si Deus tibi quicquam largitus est, retine & insume illud in usus puerperii, non est peccatum, quia reperisti. Mulier ita instructa, pecuniam retinuit, & domum reversa est. Cum autem in lusum quendam, quà via ducebat, venisset, partus doloribus obruitur, & loculo insidet, vix dum hæc fiunt, Nobilis, qui loculum amiserat, advenit, & eam, numquid loculum invenerit, quærit: illa autem Nobilem oravit, ut tanquam Christianus ocyus ad proximum pagum equo tenderet, & mulieres sibi accerseret, pariendum enim esse: de loculo non debere esse sollicitum, eum in promtu esse: Nobilis continuò avolat & mulieres convocat. Intereà sacerdos, Dæmone obsessus, mulierem hanc gravidam insecutus est, & in istis magnis doloribus offendit, & ex Sathanæ instinctu, evaginato gladio, in eam irruit, caput amputat, idque cum loculo sumens aufugit. Ut autem nobilis cum mulieribus advenit, mulierem ita miserabiliter mactatam reperit, & cum nix opportuna tunc cecidisset, vestigia homicidæ tegebantur, & ubi nobilis illum deprehendit, inclamat eum: Heus nebulo, ait, redde mihi meum loculum, vel te gladio confodiam. Hoc clamore constitit sacerdos, existimans, si loculum redderet, salvum se fore; Nobilis autem de equo descendens latronem prosternit, manus constringit reumque caudæ equi alligat, in pagum ducit, & magistratui tradit, qui cognito facinore ferventi oleo infusum sacerdotem morte addixit. Hactenus *Wolff. dicto loco.*

26. Indicium parit tessera † hinc inde à suspectis latrocinii data & 86
recepta, literæ verbis rectis & obscuris interceptæ vel repertæ apud viros diffamatos, ut se socii instant certo die & loco, bestiam capiendam, prædam dividendam esse, hac vel illac transvectum iri merces, pecunias, tempus adesse, quo socii maturent, profectionem, arma equos instructa habeant, & quæ similia alia figurata, vel dura verba. Vide *Paris. 4. consil. 54. Mascard. de probat. volum. 1. concl. 64. Joan. de Pined. in Job. cap. 35. vers.* 16. quod indicium uti in causa raptus virginum, in causa adulterii fortissimè stringit. *Mascard. Paris. loc. Mynsing. decad. 1. respons. 1.* ita quoque in præsentiarum suas exserit operationes, ubi enim par causa & ratio, effectus & jura eadem constitui debent. *2. ff. ad L. Aquil.* & æquiparatorum eadem est natura & indoles. *And. Knich. jur. territ. p. 34. n. 30.*

Spectat huc bombardarum emissus fragor ruri factus, ad colligendos dispersos socios, tesseræ, vel signi vice ex slopetis data responsio, quemadmodum

dum ab adverso campanas pulsare solent miselli coloni, vicinos prædonibus grassantibus, in auxilia vocantes, quarum pulsationem quoque ad res pravas cladesq; publicas patrandas sæpenumerò usurpatam constat, uti refert *Paul. Æmil. l.7.* dies, inquit, Domino resurgenti festus, cum ex templorum turribus campanæ sonitu consuetudine quotidianâ signũ ad vespertinos hymnos daretur, ater funestusq; Francis factus. Tota insula, cædes inermium nihil timentium, incautorumque Francorum uno temporis vestigio fœdæ factâ. Paulò pôst: Defectio Siculorum, ut frequentior fama prodit, à me commemorata est, sed non sunt contemnendi autores consternationis, initium à Panormitanis ortum: quâ die sanctæ resurrectionis ad templum, quod ad montem Regium tertio à Panormo lapide abest, religionis causâ promiscuè conveniretur, Francos per causam scrutandi si quis cum telo esset, etiam matronas virginesq; excutere, licentiusq; pertentare sinus, tractareq; cæpisse. Ea ex re ira viris motâ, primum lapidationem factam, mox ex urbe arma correpta & Francos cæsos. Hâc continuò famâ Siciliam totam pervagante, à nullo Franco usquam temperatum. Cum coram Papa hâc de re ageretur, legatisq; ad pedes ejus prostrati suppliciter tandem exclamassent. Qui tollis peccata mundi, miserere nostri, da nobis pacem, quibus verbis ter repetitis Papa respondit, Panormitanos agere, quod fecissent Judæi, qui cum Christum pulsarent, eundem Regem Judæorum salutarent, re hostes fundo salvere jubentes Vide *Camer. 1. hist. succiss. c. 83* sed hæc obiter.

87 17. Quod suprà diximus de indiciis à † suppellectile latronis reperta in loco delicti commissi, idem & longè fortius dicendum statuendumque erit de equis, quibus utplurimum hodiè utuntur prædatores ad res nefarias perpetrandas, relictis in itinere lassis, vel posthac penes aliquos visis & inventis caballis, quibus utpote insedere latrones, cum enim is indicius premitur, qui rem raptam, rem furtivam tenet pro suâ: quidni ille, qui rem, equum, prædatoris possidet, tenebitur? *Blanc. de ind. num. 16. Bart. in l. fin. ff. de qq. arg. consl. crimin. art. 38.* At quæstio hic emergit, quomodo & à quo proban-
88 dum sit hoc indicium, nempe equos prædatorum fuisse † tempore raptus, latrocinii? ratio dubitandi est, quod in causa propria nemo sit idoneus testis. Siquidem accusatori probandi onus incumbere diximus. *l. jusjur. C. de testib. Spec. de test. §. restat. num. 7. Crot. de test. n. 210. Cephal. consil 538. num. 31. lib. 3. & consil 685. num. 95. lib. 5. Dec. consil. 95. n. 2. & 23. lib. 2 Tiraquell de reb. mod. exig. in prin. sub versic. Secunda ratio est.* Hinc Scævola, vir excellentissimus, testis in reum productus, cum testimonium dixisset, discedens adjecit: ita sibi credi oportere, si & alii idem asseverassent, quoniam unius testimonio credere pessimi sit exempli. *Valer. Max. lib. 4. cap. 1. Covarruv. in pr. q. cap. 35. num. 3.* uti jus sacrum conforme est quoq; huic sanctioni, quod disponit, in ore duorum vel trium demum constare omne verum. *Deuter. cap. 17. & 19.*

Matth.

Matth. 18. *Paul. ad Corinth. cap.* 13. 2. Quod socii testimonium in causa consortis non sit solidum & sufficiens. *Felin. in c. insuper num.* 14, *ext. de test. Bald. in l. quoniam.* 11. *num.* 4. & *ibidem. Bart. n.* 2. *Cod. de testib.* quemadmodum nec familiaris. *Felin. & Abbas in d. c. insuper.* 3. Quod relatio unius, sit nullius Etenim unum quodq; indicium testibus duobus est probandum. *l.* 8. *§. oportet. C. de qq. l.* 1. *§. & §.* 4. *l.* 18. *§.* 1. *ff eod.*

Sed hæc utcunq; sese habent: existimarem, non obstante hoc, quod nemo in causâ propriâ testari possit, relationem accusatoris vim & latrocinia passi ad inquisitioné permovere & disponere omninò debere magistratum, cumprimis accusante antehac viro integro & veraci existente, indicium quidem non generabit relatio in præjudicium alterius facta, nec tamen concurrentibus suspicionibus & argumentis circumstantiarum flocci pendenda est, sed magni æstimanda ejusmodi denunciatio, *argum. l.* 2. *in fin. ff. quemad. test. aperiantur. l. Theopompus. ff. de dot. preleg. c. fin. de jurejurand. Spec de test. §. restat. n. vers.* 23. *Prosper. Farinac. de testib. lib.* 2. *tot.* 6. *quæst.* 63. *num.* 221. ubi limitat hujus quarti capitis regulam non procedere concurrentibus adminiculis aut aliis præsumptionibus, iis enim junctis, testis de facto proprio plenè probat. *Bart. consil.* 29. *numer.* 4. *lib.* 1. *Boër. decis.* 221. ubi desiderant in judice, ut jurato recipiat relationem accusatoris. *Farinac. d. loc.* ubi testatur, in hoc omnes convenire, qui hanc sententiam amplectuntur. *Tirnquell. d. jur. retr. §.* 1. *gloss.* 14. *num.* 47 *Ceph. consil.* 438. *num.* 48. *lib.* 3. *Menoch. de arbit. qq. lib.* 2. *cas.* 99. qui cum aliis judicis arbitrio committit, utrum & quæ adminicula relatoris fidem supplere jure possint ad inferanda indicia. *Farin. ex Monticell. in repet. test.* indistinctè docet, In casu abscondito & obscuro, ubi veritas aliter haberi nequit, in subsidium admittendam illam solius accusatoris relationem, &c.

Ad 2. distinguendum est, inter socium & comitē itineris, neq; enim socius propriè dici meretur, non contracta societate, *tot. tit. ff. pro socio*, quin quod socius extra † causam societatis, ubi commodum nullum sperat, rectè etiam 89
testificari possit pro socio. *Bald. in l. omnibus. n.* 2. *C. de testibus. Spec de test. §.* 1. *num.* 11. *Dec. in c. insuper. num.* 46. *ext. de testib.* Cæterùm, quod comes itineris de injuriâ illatâ concomiti testari queat, dilucidè demonstrat & docet *Bald. in l.* 11. *n.* 4. *vers. idem dico. de itineris socio, &c. C. de testib.*

Ad 3 quanquam depositio unius sit relatio nullius, & indicium unumquodque duobus probandum testibus: Sunt tamen casus, ubi utrumque hoc fallit, quos recenset *Farinac. de testib. lib.* 2. *tit.* 6. *quæst.* 63. *num.* 18. 31. *num.* 224. & *seqq.*

28. Indicium parit furtum † retrò commissum à reo, sic enim com- 90
binata sunt hæc maleficia, ut vix prædonem videris, qui furti maculâ non sese coinquinaverit, hinc raptor fur improbus dicitur, & furti quoq; actione tenetur,

netur. §. 1. *Inst. vi bon. rapt.* adeò ut hoc indicium in illud argumenti genus meritò coincidat, ubi ex consuetudine circa idem delicti genus solemus consequentia deducere; juxta illud tritum: qui semel malus, &c. cum raptores latrones, ut plurimum fures dicantur. Quatuor species furum esse, tradunt Dd. *in authent. sed novo jure. C. de serv. fugitiv. & in §. 11. Inst. de act. de quibus Joan. Schneidvv. in exposit. h. §. 1. Inst. vi bon. raptor. num.* 7. Quidam sunt fu-
91 res, † inquit, improbi, (quidam & sine armis & effractura furantur, & de jure communi pro tali furto regulariter non imponitur pœna mortis. *§. fin. Inst. de furt.* 2. quidam sunt improbiores, qui cum effractura furantur, & fures atrociores appellantur, qui gravius secundum arbitrium judicis puniuntur. *l. 1. §. 1. ff. de effract. & expilat.* 3. quidam sunt improbissimi, qui in stratis publicis furantur, sine tamen interfectione, & vocantur grassatores, qui puniuntur pœnâ capitis, si cum armis homines aggrediuntur, sin verò sine armis, deportantur. *d. §. grassatores.* 4. Quidam sunt plus quam improbissimi, qui in viis publicis cum interfectione furantur, & appellantur publici latro, qui furcæ affigendi sunt, in his locis, ubi grassati fuerint, ut conspectu alii deterreantur ab iisdem facinoribus. *d. l. capitalium, §. famosos. de jure Sax.* latrones rotæ tunduntur. *art. 13 lib. 2. quâ de re suprà cap. antecedenti.* hinc ad coërcenda, præcavenda latrocinia, in quæ furta simplicia facile prorumpunt, Divi Impp. Fridericus, & tandem Carolus V. pœnam mortis furibus dictitarunt, improbis etenim præter occasionem nihil deest, quæ videlicet facultatem præbeat iis ad atrociora, quibus adest perpetua nocendi voluntas. *Eras. in Epist. ad Frideric. Saxon. Ducem*, quam refert *Wolff tom. 2. lect. mem.*
92 *cent. 16. pag.* 148. Pravus uti lapis è manu † missus obviam quemque petit & facessit, pravus uti pila, per omnia malorum genera rotatur. *Johan. de Pined. in Job. c. 27. v. 20.* De hoc indicio *Lucanus canit:*

—— Nullus semel ore receptus
Pollutis patitur sanguis mansuescere fauces.

Et vulgò dici solet: quod canis semel lambens sanguinem, siti ad sanguinem relambendum indefessâ agitetur, vide *suprà cap. 2. num. 42. Hering. in discurs.*
93 *de homicid. volunt atrocit. cap. 1. nu. 116.* ubi ait: Quod tam † concatenata sint delicta, ut nec uno impetu, solummodo unum patretur crimen, sed quasi per gradus crimina criminibus cumulentur, nec non delinquens ex uno in aliud delictum prolapsus, tandem in baratrum interitus sese præcipitem agat, &c. Et *Idem d. c. n.* 118. Vah! quanta lerna peccatorum, & quam varii eorum gradus in uno homine, &c.

94 39. Cæterùm indicia latrocinii pariunt odia † & inimicitiæ, quæ in cædes clandestinas & insidias truculentiores passim degenerare solent, omnis qui odit fratrem suum, homicida est, ait *S. Scriptura 1. Johan. 4.* quâ de re fusius *Lens. in Panar. in verbo. odium, pag. 155. & seqq.* neq; interest, quânam ex

causa

causâ promergant odia & simultates, modò adversus indiciatum probentur stringántq; concepta odia, da einer dem andern den Todt geschworen hette/rc. *Vent. de Valent. in part. litig. 1. cap. 4. nu. 22.* lites forenses † quoq; inter cau- 95
sas hujus indicii refert, scilicet quâ turgeant immensâ irâ, odio & vindictæ cupiditate, quæ præparant, ait, homines ad arma & effusionem humani sanguinis. Nec tamen hic argumentum suppeditat lis quævis, sed magna, quæ movetur, vel mota fuit ab occiso, de omnibus bonis vel majori bonorum parte. *Mascard de probat. concl. 898. num. 7.* deinde considerabitur, quo motu, quo rigore lis agitata fuit? mortales hoc seculo sic comparati sunt regulariter, ut præter causæ merita insurgant in ipsas personas litigantium, quas rodere & fictis criminum imposturis divexare volupe est, hinc ex Tholosano 28. *syntagm. cap. 3. idem Valent. d. loc.* ait, lites quò magis acriusq; ventilantur, eò majores inde progerminate inimicitias & insidias capitales, cædes & latrocinia. Planè lites hodierno & corrupto hoc seculo cum sint penè immortales, tædio prolixitatis partes causæ eventum præveniunt, & quod jure dilatato consequi non poterant, canina fuste decidunt, quod deplorandum est. Mare turbatum quidem ventis algam & fucum rejicit, unde purgatur, at odio & inimicitia exæstuante, non nisi mala & prava quævis despumat amarulentos & scurriles motus, cædes & latrocinia. Porrò morbum deprehendimus eum esse gravissimum, qui faciem ægrotantis, quàm maximè mutat in diversum, ita conspicimur ob odia † immensa hominis sibi excidere faciem 96
immutantes. *Plutarch. in lib. de cohibend. iracund. Ludovic. Granetens. tom. 4. concion. pag. 146.* sic de Caino legitur *Genes. 4.* quod priusquam latrocinium vel parricidium committeret in agro, irâ exæstuante, vultum mutaverit. *ibi:* iratusq; est Cain vehementer, & concidit vultus ejus, dixitq; Dominus ad ipsum, quare iratus es? & cur concidit facies tua? &c. Non pauci præter textum *Genes. cap. 4.* respirantes, non addubitant affirmare, quin ex dissensione fidei magis, quàm invidia fratricidium illud crudele patratum fuerit. Sic enim paraphrasis Jeros. illum exprimit, † referente *Joanne de Pineda in Job.* 97
cap. 20. vers. 4. Cum egressi essent ambo in agrum, respondit Cain non est judicium, nec judex, nec seculum aliud, nec merces bona pro justis, nec pœna pro impiis, nec Dei misericordiâ creatus est mundus, nec regitur Dei misericordiâ mundus eò, quod suscepta est oblatio tua cum beneplacito. Respondit Abel & dixit ad Cain: Est judicium, † est judex, estq; seculum aliud, 98
merces etiam bona pro justis, & pœna pro impiis, misericordiâ quoque Domini conditus est mundus, atque misericordiâ illius gubernatur. Quia enim meliora fuerũt operâ mea tuis, suscepta est oblatio mea cum beneplacito, &c. quæ pro re natâ obiter addere volui. Vide *Hering. in discurs. de homicid. dolosè vel volunt. atroc. in fine.* ubi sufficit pluribus hoc colloquium, nec non dialogum Caini cum Salvatore Jesu Christo, cum in infernum descendisset tem-

pore passionis suæ. *pag. mihi* 185. *& seqq.* Cæterùm quod de concisione & mutatione vultus Caini diximus, addendum est hoc, quod scriptum reliquit *Levin. Lemn. in tr. de hab. & constit. corp. lib. 2. cap. fin.* scilicet sauciatæ & cau-
99 teriatæ conscientiæ † notam esse vultûs demissionem. *Vatab. Musc. & comment. ad lib. 1. cap. 4. Genes.* passim scribunt, quod demissio vultus non sit signum levitatæ, doloris, tristitiæ & perpetrati aut animo adhuc voluti sceleris. *Luther. in Genesin d. c. 4. Hering. in discurs. de homicid. dolos. & vol. atrocitat. pag. mihi 36. ibi:* omnes verò inter gradus homicidii numerant quoque istos externos gestus corporis, quibus tanquam signis & indiciis malevolentia erga proximum ostenditur. *Et pag. 38. ibi:* Daß die Mörder nach begangener Ubelthat gemeinlich eine andere Farbe bekommen / auch grimmig vnd heimtückisch außsehen / oder für redlichen frommen Leuten die Augen niederschlagen / &c. quæ externa animi indicina ἀσχημοσύνη dicitur. 1. *Corinth.* 13. Sic de Jacobo testatur, *Genes. cap.* 31. quod animadvertit faciem Labani, quod non esset sicut heri & nudius tertius, neque solum enim physiognomi hominum mores ex vultu & fronte observant, sed etiam facie confusâ aut truculentâ concurrentibus indiciis, vide *Hering. d. loc. num.* 65. *& seqq.* Spectat huc locus Erasmi Roterod. *in tract. de comparat. virgin. & Martyr. ibi:* animus integer & incorruptus vigorem suum transfundit in corpus, quemadmodum meus vitiis infecta quodammodo relucet, vel horret potius in ipsâ corporis specie, &c.

100 33. Denique uti furti, sic lattrocinii indicia sunt, victoriæ in duello † de innocentia indicto, perditio. Etenim antiquitus indiciis manifestioribus deficientibus, delator vel accusator singulari certamine dimicabat cum reo, qui convictus quæstioni, vel pro re nata, ultimo supplicio tradebatur. *c. consuluisti. ubi Canonistæ, & c. monomachia. distinct. 2. q. 5.* Hinc Frid. Imper. *in usibus feudor. de pac. tenend.* duella expressè permittit. In Muscovia duella li-
101 cita esse refert *Bodin. de rep. 4. cap. fin.* Carol. V. Imper. duellum † concessit ex jure & more regni Arragonici duobus Hispanis, cui ipse interfuit & spectatorem egit. *Camer. 2. med. hist. cap. 21.* Fronto Daniæ Rex legem tulit, ut omnes controversiæ, qualescunque etiam essent, duellis definirentur. *Idem Cam. 2. med. hist. cap. 30.* propter consuetudinem gentis Longobardorum, duella vetare non potuisse successores Luidprandi regis, qui auctor fuit legum de duellis, tradit *Paris. in tract. de duell. §. duellum. lib. 1.* Galli in Concilio Tridentino, quo quidem duella interdicuntur, toties quoties protestati sunt de non consentiendo in canones, de duellis sublatis, uti etiam legato Cardinali Lotharingiæ seriò & acerbè fuit exprobatum, domum redeunti, quod non sat superq; contradixisset huic sanctioni. *Pet. de Suav. in hist. Concil. Trident. cap finali. pag. mihi 957.* Hinc tempore Caroli V. Regis Gallo-
102 rum, duo regni proceres contenderunt duello † de innocentia adulterii al-

tesutrl

terutti insimulato. *Robert. Gaguin. lib. 9. histor. Franc. ibi:* Jaquetus Grisus (hic adulter erat) vel quod mulierem, quæ formosa erat, amabat, vel quod Johanni nocuisse aliquando gauderet, diluculo surgens, Argentosium mira festinatione contendit, ubi liberaliter exceptus, dicit se videndæ arcis causa advenisse, quam speciosam esse acceperat. Johannis uxor, amicum viro suo hominem, reserato ostio, in arcem sola intromittit. At Grisus, solitudine loci audacior factus, renitentem fœminam stupravit, statimq; libidine expletâ abeunti Griso, tu, inquit uxoris fœdissime adulter, stupri pœnas aliquando lues. Flagitium autem in adventum mariti cœlavit, cui tandem reverso jaqueti violentiam mærens detexit. Quâ re turbatus Joannes, assumptis secum aliquot ex suis & uxoris amicis, ad Ducem Alenconium rem omnem defert, petitq; aut adulterum corripi, aut in certamen descendere, pugnæ sortem experturus, id ubi Dux non admittit, ad Regium Parlamentum querelam retulit. Diem certamini Senatus edicit: Carolus Rex ex edito solio, duellum spectavit. Venerat quoque Joannis uxor, curru vecta, ad quam vir accedens; Tu, inquit, mulier, unica testis ades, illati in te stupri, cujus gratiâ duellum hoc ipse assumo. Dic palam: si justè adulterum aggredior Mi vir, ait uxor, meæ in te fidei securus accede; nihil tibi mentita sum. Ad hæc verba, osculo uxori dato, Carongius in duellum procedit. Qui equestri congressu mox in femore vulneratus; nec propterea segnitior factus, in pedes desiliens, adulterum humo prosternit, atque occidit. Carongium autem mille Francis, & annuo ducentorum Francorum stipendio Carolus donat. Hâc forte interiit fœdus adulter. Vide *Francisc. Hottoman. in usib. feudor. de pac. tenenda in constit. Frider.* Taceo duella Magnatum, ante vel sub prælio commissa, quâ de re Plutarch. *in vit. Alexandri.* Et plura exempla extant penes *Homerum & Virgilium* de duello Æneæ cum Turno: *Quintum Curtium lib. 7. Cornel. Tacit. de morib. Germanor.* Ejus gentis, inquit, cum qua bellum est, captivum quoquo modo interceptum, cum electo popularium suorum patriis quemq; armis committunt, victoria hujus vel illius pro præjudicio accipitur. Par periculum fecit † Alexander Magnus cum contra Darium mi- 103 litaret. *Plutarch. d. loc.* Ipsi exercitium Duces sæpenumerò duella subière. Sic Carolus V. Cæsar à Francisco Gallorum Rege ad duellum provocatus fuit, *Arnold. Ferron. lib. 8. rer. Gallic.* Marcellus ad duellum provocavit Hannibalem *Sil. Italic. de bello punic. lib. 12. pag. 430. ibi:*

Spectemur soli Marcellus prælia posco, &c.

Colandus Comes Palatinus cum Turca proceræ staturæ duellum commisit ante pugnam in Hispania, qui ita defessus & siti in illo certamine correptus fuit, ut mox febri interiret. *Joan. Wolff. 2. lect. mem. pag. 631.* Sic Georgius Castriotus, vulgò dictus Scanderbejus, certamine singulari sæpissimè cum Turcis dimicavit & victor abivit. Ex sacris notum est duellum Davidis cum

Mm 2 Goliado,

Goliado, 1. *Reg.* 17. cui simile est duellum Landæ Galli hominis parvuli, pygmæi instar, cum Zerbulo Genuensi, homine vasto corpore & pene Giganteâ staturâ, quod describit *Idem Ferron. in vita Caroli IIX. Camer. 2. medit. histor. cap.* 19.

Causam προκαταρκτικὴν horum duellorum statuit esse, *Ferret. consil.* 3. ut
104 in deveritas, uti antiquitus † certò creditum fuit, & judicia Dei inscrutabilia, nec non vindictæ justæ manifestarentur, qui enim justitiam fovet, mirabiliter conservari solet, ait *Alciat. in tract. de duello. c.* 7. & *c.* 43. opinione, inquit, humanâ passim receptum est, ut is, qui injustè in stadium descenderit, plerumq; succumbere soleat, & *Baldus in l.* 1. *ff. de ædil. edict.* cavendum esse suadet, ne quis sit provocator, cum in ore militum frequentissimum sit, Deum propitium esse provocato. *Alciatus cit. loc. allegans Aristotelem lib.* 2. *cap.* 5. *ad Theodoctem.* Quod Deus injuriâ vexatis opitulari credatur.

Neque hic obstat *c. significantibus. ext. de purgat. vulgari.* ubi refert te-
105 xtus, duos, quorum unus alterum accusabat furti, inter se probationis † causâ pugnasse duello, & justiorem cecidisse. Nam furtum inventum fuisse apud alium.

Resp. à particulari haud rectè inferendum esse, ne una hirundo ver facere videatur, *ex Aristotele. Pogg. Florent.* Quanquam enim arcano Dei judicio succumbere voluit accusatorem, & nihilominus furti maleficium detectum esse, non inde tamen id, quod ἐπὶ πλεῖστον accidere solet, everti & destrui debet, *arg. l.* 2. *ff. de ll.* Ecquis causam noverit accusatoris coram Deo, ipso fure in aliis excessibus deteriorem, ut hoc indicio utriusque reatus non celari debet amplius coram mundo: Deus enim justitiæ suæ vindex, fato submirando solet ipse exequi justitiæ immotæ leges & decreta: incerta & fluxa sunt nostra de divino judicio consilia, minimum est quod cernimus, sæpè coram nobis injusta videntur, quæ Dei respectu sunt justissima. *Æneas Sylv. in hist. Boëm. in princ.*

Sed cum ex prædictis constat, quæ de reduella adhuc tolerentur inter plures nationes exoticas, rem penitius intuebimur, & definitionem duelli subjiciemus, cum nonnullis aliis ad hanc causam spectantibus.

106 Definitur duellum † singulare certamen, pro defensione honoris vel purgatione objecti criminis, præmissâ solenni provocatione susceptum. Singulare certamen dicit definito, ut excludatur bellum, quod est inter plures, duellum inter binos dimicatio: duellum quippe quasi duorum bellum
107 propriè dicitur, parum vel nihil ab ordine judiciario distans. Ut † enim judicium actore, reo, & instrumentis probatoriis constat: ita duellum requirit provocantem, provocatum, & arma, ut dicit *Jul. Fer. consil.* 7. *Calcan. consil.* 2. litis contestatio prædicitur editione cartelli, & responsiones provocati. *Bernh. Bomb. de duell. p.* 2. *concl.* 3. In hoc autem differt duellum à judicio, quod in hoc

in hoc admittatur procurator, in illo non utique: ratio est, quod in casibus
ubi permittitur vindicta, ipsa non possit alteri committi. *Bald. in l. 3. ff. de just.
& jur.*

Porrò, ut in judiciis æqualitas, ita eadem in duello tenenda est. *Bald. de
pac. const. in usib. feud. in princ. col. 7. Jul. Ferr. consil. 5.* unde infertur, quod ense
provocatus, uti non prohibeatur clavâ † comparere, provocans enim pari 108
armorum specie se sistere tenetur: sic qui pugionibus, spathiis, rompheis, pi-
lâ, lanceâ, fuscinâ provocatus, eâdem armorum specie utatur, *Ferret. d. 15. loc.*
Porrò arcus, † sclopetas ideò non toleranda esse, statuit *Alciat. c. 39.* Quod 109
in tali armatura nō possit elucescere virtus & strenuitas illa, quæ decet veros
certatores, atque hinc constat, quid de certamine equestri non solenni & le-
gitimo sit judicandum, ubi virtus & fortuna magis in fato & feliciori globu-
lorum emissione atq; ejaculatione, nisi sclopeta fallat, consistit, quæ cuivis
jaculatori, aucupi, vel venatori, extra omne virtutis meritum familiarior &
communior esse potest, quam viro strenuo & forti. Armorum autem † ele- 110
ctio solius est provocati. *Alciat. cap. 6. Ferret. consil. 6. num. 5. Bombin. part. 3.
de duello, concl. 84. num. 1. & 6.* adeò ut eques provocans teneatur ad volunta-
tem provocati pedes † pugnare, & contrà *Bombin. d. loc.* In congressu autem 111
conviciis & verbis † contumeliosis se invicem afficere nón debent, *Bombin.* 112
p. 2. concl. 44. nu. 7. Cæterùm armis fractis vel excussis de manu alterutrius,
duellum pars altera nec nō arma reassumat, quanquam non pauci tradant hoc
ipso duellum finiri, quod ἁπλῶς non potest statui, cum vecors & imbellis
quasi arma sibi essent excussa manu, eadem projicere possit, at vecordiæ non
est adstipulandum, non malitiis hominum indulgendum est. Ergo. *Paris in §.
facta. lit. 8. Bombin. p. 5. concl. 99.*

Porrò personæ duellum inire possunt omnes, quæ jure non prohiben-
tur: prohibentur autem certare infames, † *ex dicto de his, qui notantur in-* 114
fam. cum pugnare in duello sit actus heroicus & honorabilis, *Alciat. lib. 18.
Bomb part. 2. concl. 41.* hinc provocatus † excipit contra provocatorem cri- 115
minosum, infamem, spurium, victum † semel in duello. *Bomb. concl. 74. p. 3.* 116
Consiliarii, Doctores, † Licentiati, Rhetores, &c. artium & linguarum Pro- 117
fessores provocati excusantur, ne cōparere cogantur: Clerici † se spontè du- 118
ello offerentes, deponātur. Sed quid si literati sciant tractare arma renuncian-
tes privilegiis suis, nonne admittendi ad duellum? omninò: adeò ut licet no-
bilis se excusare possit provocatus ab ignobili, non tamen audiatur, siquidem
Doctores & Licentiati aliæque personæ egregiæ allegarint nobilitatis jura,
cum parium idem sit judicium, & inter pares non sit discrimen. *l. 11. C. de ad-
voc. divers. jud. Lancel. concl. 72. pag. 3.* in eodem autem dignitatis loco consti-
tutos esse videamus nobiles prosapiâ, equites fortitudine, † Doctores virtu- 119
te comite, quos quoque equites appellitat jus Saxon. *apud gloss. Landrecht art.*

60.nu.9. Dann der Keyser nennet nicht allein die jenigen Ritter die Land vnd Leut durch Schwerdtschlag beschirmen / sondern auch die / welche sie mit der rechten Weißheit beschützen. Secus est, cum nobilis offendit ignobilem, à quo provocatus non potest declinare campum, nec excipere contra statum personæ. Ergo pugnare tenetur. *Alciat. in tr. de duell. cap. 50. Bombin. concl. 76. p. 3.*
120 Aliàs Imperator à Rege † vel Duce provocatus, licitè recusat duellum. *Bombin. concl. 78. p. 3.* hinc Carolus V. à Francisco II. Rege Galliæ provocatus, recusabat duellum. *Feron. de reb. gall. p. mihi* 208. tametsi non pauci statuant
121 duella hujusmodi magnatibus † non dissuadenda, scilicet ut majora scandala veluti strages multorum millium, depopulationes regnorum, inde præcaveantur. *Lancell. tr. concl. 68. part. 3. Camer. part. 77. p. 2.*

Modus provocandi consistit in solenni illâ in scriptis facta interpella-
122 tione, quam Chartellas vulgò nuncupamus. Est autem Chartellus † vel Chartella (utrumq; enim rectè sic dicitur) schedula provocationem continens, adversario transmissa, factâ commemoratione injuriæ vel expressione causæ, de quâ certandum sit.
123 Constare in primis debent † Chartelli subscriptione trium testium, qui per nuncios fideles transmittendi sunt provocato, *Jacob. Hisp. lib. 3. cap. 7.* Neque verò adeò necessaria est editio Chartellorum ad duellum legitimè
124 fundandum, quin provocatio † per signa, annulum, corrigiam, vel chirothe-
125 cam fieri jure possit. *Lancellot. p. 2. concl. 23. in fig. tr.* claris tamen & apertis † verbis, non obscuris conditionalibus edi debet. Quandoquidem Chartella generalis, obscuræ & incertæ negligi absque dedecore potest ab adversario. *Lancell. d. loc. & consil. 56.* Deinde chartula non debet esse injuriosis, sed modestis & honestis verbis concepta, aliàs enim ad eam comparere non tenetur provocatus.
126 Locus certandi est † in arbitrio provocantis, modò is sit liber & tutus,
127 non suspectus, hinc est, quod campi locus vulgo † sacer à Dd. appelletur, id est, ubi alter non subtimere queat vim, fraudes & auxilia sociorum, *arg. gloss.*
128 *in c. statutum. § cum verò verè scrip. in 6.* quoniam nedum per † substitutos possit pugnare provocator nec provocatus. Pellis quippe hic pro pelle, anima pro anima subjicitur. Cæterum cum insidiæ vel fraudes apparent sub duello, ne vis fiat, indictâ pœnâ capitali inhiberi debet, & siquidem sese ingerunt rebus ad se non pertinentibus, illi pacifici coguntur, ne fraus vel vis fiat; de pugnatore, qui exclamat nomen alicujus sancti, devicto alterutro pugnantium.
129 *vide Camer. 2. medit. histor. cap. 20.* Locus duelli † muniri debet palis vel hastis terræ infixis, nec demádari posse, cui lex hoc non permittat. *Lancell. d. loc.* quamvis nonnullos recenseat casus, quando per substitutum pugnari queat. *Par. in §. an ubi: lib. 5.* Ratio, cur loci electio competat provocatori est, ne provocatus hanc licentiam habens, differat fingatque se ad distrahendum duellum

lum non invenire campum, reorum enim est fugere. *l. inter.§.1.ff. de O.* quam rationem adfert *Lancell.concl.42.pag.2.* aliam reddit *Ferret.consil. 6. nu.5. Jacob.Hisp.lib.3. cap.3.* Locum silvestrem † aut solitarium non tutum appel- 130 lat, *Par. in §. an fi.l.2.* atq; hinc Lancell. ait, antiquitus locum duelli intra vel extra oppida fuisse designatum ab arbitris, funibus, lignis, vel muris, circumductum, in loco apto, plano vento soli & pulveri minus exposito, qui solitus sit etiam designari aratro, *concl.44.p.2.Ferr.consil. 6.num.6* nonnunquam custodes † vel plures camporum constituuntur unicuiq; parti quatuor, qui, ubi 131 necessitas flagitat, suæ parti dent indicium verbo, nutu, vel signo, ubi error commissus videtur. Cæterum si provocator non nominet campum, provocatus eligere potest in contumaciam locum duelli, *Lancell.concl.42 p.2.*

Statuto certandi die, provocans se summo † mane sistere tenetur, & 132 exspectare adversarium usq; ad solis occasum. *Jacob. Hisp.lib.3. cap. 5. Alciat. c.41. Ferr.consil.7.* Interea verò si impedimentum justum suppeditetur provocato, inde certiorari debet provocator, ne frustrà & cum ludibrio totâ die consistat in campo. Quot enim causæ sunt jure admissæ, unde quis non comparens in judicio excusetur, ob totidē quoq; excusatur provocatus, ne absens ignominiam incurrat. Debet autem, ut ait *Lancell.* tale impedimentum non procurari, id est, prohibitio à magistratu impetrari debet, quoties duelli licentia publicè est impetrata, ne comparere cogatur. *concl.46.* E diverso causæ legitimæ non pugnandi sunt, quoad provocantem ipsum, ut valetudo adversa, tutus ad campum perveniendi haud accessus, ingens tempestas, vis fluminis & impetus hostilis: item provocatus excipit, quando crimen insimulatum provocatori in continenti probari possit, idq; tale sit, ut interesset reipublicæ, cur ipsum manifestari deberet. *l. eum qui nocentem. ff. de injur.* quemadmodum provocator ante terminum duelli revocare potest sine infamia † 133 factam provocationem. Dd. *cit. locis.* Causa levis & non ardua, gravis & justa quoq; præbens excusationem, ne provocatus comparere teneatur, quo sensu statuta, qui duella indistinctè damnant, ut plurimum explicanda esse citati tradunt Dd. N. Florentiæ archidux generali constitutione paucos ante annos prohibuerat, ne duella, præsertim aulici sui, ingrederentur constitutâ lege capitali. Interea nobilis aulicus provocat collegam ad duella, veniam impetrans, ut pugnandi facultas sibi concederetur. Respondit Dux Florent. statuta ejusmodi in favorem timidorum condita fuisse non comprehendi eis viros fortes, & ad pugnandum justâ & gravi ratione adductos. Quamobrem cum levi de causâ † pugnaturi essent, de signis Gentiliciis nobiles quidam, 134 utriq; deferentes tauri caput, ab arbitro discordiam ita fuisse compositam, ut capitis taurini imaginem alter, alter vaccini, columbi alter, alter columbæ speciem insignis deferret, narrat *Alciat. d c.7. Jul. Ferr. consil.12. Lancell p.3. concl.67.* Præter: a causâ & lis † bonorum non est sufficiens ad duella com- 135 mittenda,

mittenda, quam conclusionem nonnulli ex nostris limitant, non habere lo-
136 cum in principibus viris de regno † vel ducatu contendentibus, per ratio-
nem, quod in re ardua recedatur à communibus juris regulis, præsertim ubi ingens scandalum & maximi futuri mali, ruinæ regnorum devastationis populorum interitus multorum subtimeretur periculum, *l. si hominem ubi Bart. ff. mandati. arg c.1. & 2. d.13.*

In campum quãdq descenderint, uter pri[illegible]o percutiat loco? nihil refert:
137 cum nemo † primum teneatur expectare ictum, campum verò nemo nisi utroq; consensu partium electus introeat, ad quod munus plerumq; vocandi sunt, qui antea certarunt victores duelli aliquando facti. Multa congesta penes Dd. sunt.

138 De persona judicis, † an & quando unà in campum transcendere debeat? uti ex concessione Martini Pontificii Romani Carol. Rex Gall. & Petrus Rex Arragoniæ, de regno Siciliæ contendentes, hinc inde centum militibus pugnarunt Burdegaliæ in Aquitanis, coram Rege Angliæ, judice ad hoc electo. *Joan. Villan Chron. pass.* quem refert *Alciat. c.3. de duell. cap.41.* Sic Pet. Torell. & Hieron. N. duo Hispani oblato Cæsari libello supplici petunt, ut liceat sibi singulare certamẽ inire pro regni Castellanai & Arragonici more. *Camer. 2. med. hist. cap.21.* qui Imperator Carolus V. cum solenni pompa ipse aspexit nobile illud duellum, & authoritate suâ diremit controversiam de victoria subortam. *Idem d. loc.*

139 Finis duelli est † vel ulciscendæ injuriæ, vel demonstrandæ innocentiæ criminis imputati. Alii victoriam finem eumq; e summum constituunt, propterea quod victoria à Deo Opt. Max. ad convincendum vel exculpandum reum in duello, ut maximè proveniat. Siquidem enim provocator vincebat, judicium erat certæ & indubitatæ innocentiæ, sin succumbebat, rea-
140 tus & criminis sibi objecti veritas. Inter victos † quoq; habentur fugientes vel extra stadium saltem cedentes, nisi confestim redeant ad stationem, vel prorsus extra campum confestim fugiant, cum aliâs fuga omnis turpis sit, præsertim viro militari extremam adferens ignominiæ labem. *Paris. in d. lib. 10* atque hinc accidit, quod ante solenne duellum partes jurare teneantur, præsentibus arbitris & judicibus ad hoc constitutis, quod in certamen descẽdant opinione defendendæ justæ causæ, & etnec sese ullo usuros fuco doli mali, præstigiarum, nec lapidum potestate, sed corporis ingeniiq; tantùm viribus, pro victoriâ Dei & sanctorum & instructorum suorum auxilio annixuros. *Camer. lib. 2. medit. histor. cap. 21.* videatur *Schenckbaro de feudis 39. lib. 2. feudor. §. fin. Hottoman. de feud. lib. 3. pag. mihi 606. & seqq. Joan. Borcholt. de feud. cap. 7. num. 50. & seqq. part. 1. hujus tractatus. cap. 45.* pro dilucidiori causæ hujus explicatione adjicere insuper mihi volupe est verba *Sonsbecis de feudis. part. 15. pag. mihi 106. ibi:* purgatio fiebat quoq; per humanum judicium, hoc est,

est, per pugnam, seu duellum: putabat enim quod verum dixisset, aliàs si succumberet esse reum, &c. Hæc purgatio pugnæ multis fiebat olim ex causis, ut videre licebit apud Baldum. Sed maximè in delictis, quum infidelitas vel felonia plenè probari non poterat per accusatorem: Ut ergo raptim quoque hac de re aliquid indicem, cum plerisq; in locis hodie etiam sibi locum vendicet, sciendum, duelli provocatorem infamem esse non posse, & ita non furem, prædonem, sicarium, vel simili macula contaminatum: nam ut hi accusare non possunt, ita quoque nec in duellum provocare. In provocato verò hæc non obstabunt: nam qui scelestum invitat, ejus congressum detrectare non debet, habet enim quod sibi imputet, qui hujusmodi virum compellaverit. Sed quibus armis pugnabunt? Certè dicendum militaribus, si milites fuerunt, non etiam fustibus: interim electio armorum, quibus uti desiderat, penes provocatum erit: & hæ, ne assuetus insuetum illiusq; artis inhabilem supprimat & incautum pessundet, ita tamen ut provocanti, si provocatus duplicibus uti instrumentis affectat, idem concedatur, tunc temporis tantum, quantum satis illi esse posset, in eo armorum ludo, quo nunc provocatus est, usum aliquem comparandi, vel à lanistis chironomiæ, vel acrochiristis. Atq; hoc quoque curandum maximè fuerit, ut si provocatus monoculus aut unimanus existat, ut provocanti unus occludatur oculus, & una manus stringatur. Quod tamen non observabitur in provocante defectuoso, cum is sibi imputare possit, quod integrum talem provocarit. Is enim non necessitate, ut provocatus: hoc est, cavendum erit, alter ne lapide alectorio ex ventriculo galli gallinacei cæso, ore gerat, quem ejus esse naturæ Marcellus Ficinus autor est, ut in duello insuperabilem perduellem efficiat, nec herbis, ut pæonia, nec aliis magicis instrumentis, corpus, quibus à læsione immune redditur. Atq; ideo hæc si alter veretur ab altero, juramento coarctandus erit, ut abjiciat: qui tamen fidem non habent jurato, limen stadii saltu transilire solent, quo magica, & id genus similia occulta, nulla irritaq; faciant. Duello jam incepto finem imponet solis occasus, uno si die confici consuetudo, statutum, vel lex habeat: dum enim si provocator non prostravit, ut reus condemnabitur provocato absque pugnæ reiteratione, dummodò tempore legitimo, hoc est, phœbo manè apparente uterq; vel solus provocatus præstò fuit, nec quicquam detrectavit. Porrò quis provocans, & quis provocatus propriè dicatur, docet satis *Rebuff. & Alciat.* Interim deficiens provocator superstes, nec provocatus superstes deficiens, capitali tamen ex hoc afficietur supplicio, cum incertum sit, uter eorum causam justiorem foverit, propter inopiam probationis. Ut enim in criminalibus probationes luce clariores esse debent: ita quoque nec hic capitaliter condemnari oportet, quare justius in eo constitutum à Lombardis arbitror, qui superatum deportandum aut pœnâ pecuniariâ jam potius mulctandum censuere, quod & Rebuff.

 sequi-

ſequitur. Altero verò occiſo, nec *legi Cornel. de Sicar.* nec *legi Aquil.* locus erit. Cæterùm collectis ſpoliis adverſarii invocatâ Nemeſi, domum ſuperato hoſte, victor exultans non ſecus atque trigeminorum alter Horatius triumpho redibit, & hæc obiter demonſtraſſe nobis ſat fuit.

141 34. Indicium ſuggerit † timiditas, quæ latitationis & fugæ ſoror eſſe ſolet: quâ de re *part. 1. cap.* 48. De hoc indicio agens *Hering. in d. diſcurſ.*
142 *pag.* 59. At ſanè (ait) omnis † homicida eſt timidus, ſuſpicax, & quovis modo crudelis, omneq; timidum exiſtit propenſum ad cædem, tutiusq; eſt dimicare cum forti, quàm timido milite, ſi ipſum in particulari conſideraveris. Unde effatum Germanorum: Daß der jenige/ſo einen perverſum timorem hat/ ſey heimbtückiſch vnd mörderiſch/ auch ein verzagter Mann/ welcher nicht ehrlich in ſchlag. Quam ob rem latrones nonnullis dicuntur, quod adverſo
143 latere inſultent incautos, quo ſenſu olim ſicarii † quoque dicti, qui ſicas & mucrones breviores ſub veſte reconditos geſtabant, ad ſubvertendos ex improviſo, quibus inſidiabantur, homines. *Barnab. Briſſ. 2. antiquit. Rom. cap. 11.* Alludunt huc Claudiani verſus *in paneg.* 4.

Qui terret, plus ipſe timet, ſors iſta tyrannis
Convenit, invideant claris, fortesq; trucident,
Muniti gladiis vivant, ſeptiq; venenis
Ancipites habeant arces, trepidiq; minentur.

Vide *ſuprà indic. 14. num.* 40. Timiditas ejuſmodi utplurimum ita eſſe ſolet comparata, ut latro captivatus ſeſe prodat ipſum, ſeipſum deferat magiſtratui nondum captus, quâ de re *ſuprà part. 1. cap.* 14 quibus adde exemplum memorabile, quod refert *Godelman. de mag. & venef. 3. cap. 3. ibi:* Ein natürliche löbliche inquiſition war die/ welche ein Italiäniſcher Fürſt von Mantua/ mit Namen Ferdinandus Gonzaga, gebrauchet/ vnter etlichen war ein vnbekandter Todtſchläger / die läſt er alle für ſich kommen / heiſt einem jeden die Bruſt blöſſen/ gehet hernach vmbher/ greifft eim jeden mit der Hand daran / kompt zu einem/ dem zappelt vnd klopfft das Hertz für andern / zu dem ſpricht er/ du haſts gethan/ der bekennet alßbald / dann das böſe Gewiſſen macht jhm das Hertz vnruhig.

Cæterùm de Caino fratricidâ hoc indicium timiditatis maximoperè prædicatur, *Geneſ. 4. ibi:* omnis qui inveniet me, occidet. Vides lector, ait *Hering. d. loc. pag.* 71. ex ſe alios judicat vel metuit legem talionis naturalem, quem tortorem ſenſit in ſinu, quod nempe à quovis obvio viciſſim trucidaretur, vel terram ſaltem quærit & vitam momentaneam, parum aut potius nihil ſollicitus de æternâ. Fortaſſe etiam hic timor inde venit, quod animus
144 quaſi præſagit, homines † ſanguinarios haud diu vivere, &c. quò tritus ille verſiculus ſpectat:

Nequitia eſt, quæ te non ſinit eſſe ſenem.

H nc

Hinc *Ecclesiastes cap.* 8. Non benè erit impio, nec longi erunt dies ejus: sed sicut umbra transibunt omnes qui non timent faciem Domini, &c. Et scribit *Chrysostom. in cap.4.Genes. sermone* 19. quòd Abel jam occisus & defunctus, plus timoris intulerit Caino superstiti, quàm si adhuc viveret, & armatus stipatusq; lictoribus persequeretur maleficum & impium fratrem. Nonnulli ex Patribus exponunt signum Caino à Deo tributum, de quo *vers.15. d. c. 4. ibi:* Vnd der Herr machet ein Zeichen an Cain / &c. de tremore & † me- 145
tu, quo percelluntur impii post patrata flagitia, conjecturantes, Cainum visis hominibus subitâ consternatione fuisse affectum, tremuisse latronem nō capite saltem, sed toto corpore ejusq; membris, prout etiamnum homicidæ facies & oculi (quæ duo in piis pariter ac impiis manifesta bonitatis vel malitiæ signa sunt, ut ait *Hering. d.loc.*) mutantur & quasi alterantur.

Heu quàm difficile est crimen non prodere vultu!

Ego prolixius *part. 1. nostri tractat. cap.* 13.

35. Indicium parit circumvagatio † & incertis sedibus transacta man- 146
sio, quæ fugæ species est. *part.1.c.11.d.cap.4.Genes. ibi:* Sihe du treibest mich auß dem Lande / vnd muß vnstättig vnd flüchtig seyn auff Erden / &c. quin quod inevitabilis Dei vindicta latrones vagos & profugos efficiat, *d.c.4.ibi:* (ad Cainum Jehova) vnstätt vnd flüchtig soltu seyn auff Erden / &c. quâ de re iterum *Her.d.loc.pag.57.ibi:* cum superior pœna videri poterit communis aut levior, quod nepe hic latro Cainus non uno alterôve loco, sed per universum orbem instabilis, vagabundus & extorris, sine sede certa fixaq; esse debeat, nullibi inveniens manendi locum, sicuti latronibus adhuc nusquam est tuta mansio, sed quasi gladius ipsorum cervicibus immineat, qui gladii pœnâ digni sunt, welche Land- vnd Standflüchtig seyn / auch allenthalben verjagt / erschrocken vnd zittern gehen vnd stehen. Hinc Jehova † alibi minatur latroni- 147
bus: dabo pavorem in cordibus eorum, in regionibus terrebit eos sonitus folii volantis, & sic fugient, quasi ensem ultionis, cadent nullo persequente, & corruent super fratres suos quasi bella fugientes, nemo vestrum audebit inimicis resistere. *Levit. cap.26.* Textus Græcus *d.cap.4.Genes.* hanc fugam ipsam animi trepidationem, motusq; vagos & inconstantes exprimit per voces στένων καὶ τρέμων. Equidem justâ Dei vindictâ accidit, ut qui ad effundendum sanguinem justi veloces habuêre pedes, ad evitandam sanguinis proprii profusionem pedes nanciscantur longè celeriores. Inde vicissim *Hering.d.loc.pag.73.* non num vel quænam creaturæ divinitus à Deo excitatæ fugent latrones quærendum est, sed simpliciter statuere præstat latrones sic esse attonitos mente, ad circumvagationem necessariò propensos, nullibi locorum pedem stabilem figentes, Alldieweil sie vermeinen / wie jhnen die Welt zu enge were / vnd der Himmel auff sie fallen werde / oder in jeden Winckel ein Mensch / Thier / Stock oder Stein stünde / so sie ebenmessig vmbringẽ müste / &c.

Apprimè huc ſpectat dictum Jobi *cap.15:* Sonitus terroris ſemper in auribus illius, & cum pax ſit, ille ſemper inſidias ſuſpicatur. Et *Sapient.* 17. Timida
148 eſt † omnis nequitia, quæ dat teſtimonium condemnationis: ſemper enim præſumit ſæva & perturbata conſcientia. Et *Chryſoſt. homil.* 22. *de nequitiâ depulsâ.* Quid improba conſcientia, inquit, moleſtius? nihil profectò. Nihil adeò nos frangere vel urgere conſuevit, quam rei adverſæ aut mali imminentis expectatio: nihil unquam adeò nos ſublevat, & quaſi volitare facit, quàm recti conſciẽtia, quod quidem facilè poteſt in rebus humanis animadverti. Nam qui in carcerem ſunt capitis damnati, vel ſi deliciis abundè fruuntur, vitam agunt longè moleſtiorem, quàm qui mendicando, nullius mali conſcii, victitant. Ita *M. Tullius pro Milone* ait: Magna eſt vis conſcientiæ, & magna in utramque partem, ut neque timeant, qui nihil commiſerint, & pœnam ſemper ante oculos verſari putent, qui peccaverint. Et *Seneca ad Lucilium epiſtol.* 97. Bona conſcientia prodire vult & conſpici: Ipſas nequitia tenebras timet. Et *infrà:* Proprium eſt nocentium trepidare.

149 36. Indicium parit † triſtitia, quâ de re *part.* 1. *cap.* 101. *& part.* 2. *cap. de indic. hæreſ. Hering. d. loc. pag.* 124. *ibi:* Fit hoc in atrocioribus peccatis, & experiuntur ſimiles ſenſus, quos apprehendit triſtitia, his enim omnes creaturæ videntur immutatæ, quando etiam cum notis hominibus loquuntur, nosq; viciſſim audiunt, ipſe ſonus oris videtur alius eſſe, videntur immutati vultus, nigreſcunt & horrent omnia, triſtitiâ, quæ metus comes eſt, prædominante. Idem accidit, ait ille, omnibus homicidis, qui patratâ cæde ita furiis agitantur, ut putent cœlum & terram aliam induiſſe faciem. Quamob-
150 rem † Cainus, ut exemplum antecedens retineamus, jubetur gementem eſſe ſuper terram. Evidens generalisq; ratio, ait *Idem Her. d. loc. pag.* 57. quòd
151 omnis † improbo mala adſint, adfutura ſint, quæ adſunt triſtitiam operantur, quæ futura, formidinem. Sed improbum plus præſentia quàm futura ſollicitant. Huic vitio triſtitiæ, *inquit Johan. Buſa. in panar. in verbo veneficia pag.*
152 *mihi* 527. maximè obnoxiæ ſunt mulieres, † ſi quando in magnam aliquam calamitatem incidant, & abſint, qui conſilio eas juvent.

153 Aliàs triſtitia, † quæ facilè & ut plurimum abrumpit vitam hominis, adjuncta eſt timori, efficitque ne longævos vivat latro dies, quâ de re *paulo antè.* Hinc populare effatum, daß die Todtſchläger vnd Bluthunde jhr Leben nicht zur helffte bringen / *Caſſiodor. Titelm. & Bellarm. in Pſalm.* 54. *in fine.* (*ibi:* juſtum Dei judicium eſt, ut qui vitam eripiunt, vitam perdant) conteſtantur. Quod
154 latrones † non abſolvant metam vitæ, ſibi ante cædem prædeſtinatam, idq; vel 1. mœrore & conſcientiâ, unde triſtitia, quæ ſpiritus vitales evacuat. 2. Supplicio & pœnâ legum, quia homicida, quod fecit, exſpectet. 3. Vel vindictâ inimicorum (amicorum occiſi.) Quamobrem ex *Anton. ſumma tit.*
155 7. *cap.* 8. *de homicid.* Hering. ſcitè infert *d. loc. pag.* 92. quod homicidæ & † ſophi-

sophistæ non sint diu superstites, nec diu vivant, adinstar luporum homines devorantium, qui annos septem haud excurrere dicuntur. De Julii Cæsaris occisoribus historiæ † prodidêre, quod nullus eorum supervixerit trien- 156 nium. *Hert. d. loc.* Proinde versus *Lucilii, ibi:*

—— Ut multos mensesq; diesq;
Non tamen ætatem tempestate hac scelerosi
Letentur, &c.

Sic de Papis † Romanis scribitur: quod perraró vitam transigant longæ- 157 vam. *Spigel. ad Gunt. lib. 6. vide Camer. 1. medit. histor. cap.* 100. nam solus Brazutus 9. Pontifices veneno extinxit, uti demonstrat *Justin. Justinop. in considerat. consider.* quæ & misteria iniquitatis dicuntur. *in princip.* Et licet aliquando contingat, quod impii & maligni homines ad seram perveniant ætatem, interim tamen certum est, quod hæc matura ætas non videatur ætas sufficiens morti, nam † improbus quocunque tempore decedit, obitus ei re- 158 gulariter immaturus videtur, utpote qui immortalitatem sibi pollicebatur, cum è contrà homini frugi & integro nunquam sit mors immatura, vitæ enim integritas vel in adolescentia tempus mortis maturum & opportunum adfert, neque vir pius & bonus haud & sat diu vixisse censebitur, siquidē sanctè & benè degerit. Hinc vulgò dicimus: Quod vir bonus, sive senex sive juvenis decedit, tempus suum expleat, nempe qui paratus est quovis momētō discedere, & sat maturam æstimet mortis horam, quacunque Deus eum avocaverit: quò alludit *Ecclesiastes cap. 6. ibi:* Est justus periens in justitia sua, & est sceleratus prorogans dies suos in improbitate, &c.

34. Cæterùm ne alia etiam antiquitatis argumenta prætereamus, non oblivioni tradenda sunt indicia, eorumque ad casus similes & in usu occurrentes applicationes, cum in primitivâ Ecclesiâ, ubi Christiani † solo 159 Christianitatis nomine & titulo, cujusvis delicti arguebantur rei, cumprimis latrocinii, quod præ aliis eisdem falsò & temerè insimulatis criminibus imputabatur, fuerunt suspecti. quâ de re *Tertullian. lib. 5. apolog. ibi:* nomen non crimen in nobis damnatur, & ignotam sectam vox sola prædamnat, quia nominatur, non quia convincitur, odium est in hominibus innocuis, nomen innocuum. *Idem eodem loco:* Quid de tabella recitatis illum Christianum, cur non & homicidam, latronem? Sed homicida Christianus? cur non & incestus vel quodcunque aliud nos esse creditis? In nobis solis pudet aut piget ipsis nominibus scelerum pronunciare, &c. Quamobrem hujus rei monumentum positum fuit olim in Hispania Pisoræ vel Pisvergæ, in quo Christianismus latrocinio æquiparatur. Inscriptio vetus sic sese habet: Neroni Claudio, Cæsari August. Pont. Max. ob provinciam latronibus & his, qui novam sectam, & novam generi humano superstitionem inculcabant, purgatam. Vide *Phil. Camer. 3. med. hist. cap. 1.*

Nn 3 Dixl

Dixi, hoc indicium priscum ad casus hodiernos applicari jure posse, id habet hanc sententiam, nempe si quando concurrunt diffamatus (latro) & occisus, diversæ & heterogeneæ sectæ, illæ Pontificius, hic Lutheranus, latro quà indiciis magis magisque scateat, qui uti perpetua experientiæ argumenta evincunt, *ἀντιπάθεια* quasi sibi ingenitâ succenset Lutheranis, eosque odio persequitur plusquam Vatiniano, hinc tandem cantilena tragica: Quos oderunt, periisse exoptant, quâ de re *alibi in hoc tractatu*.

160 Notatum verò hic cumprimis esto: Quod adversus Judæos, † respectu Christianorum, hoc indicium fortissimè operetur: utpote quorum regula Thalmutistica sic sonat: Judæus gentilibus neque boni neq; mali quicquam faciat, Christianum verò omni studio conetur de vita tollere. *ord. 4. in Thalm t. 8. distinct. 8. Sixtin. Senens. in Biblioth. sa. r. lib. 2. pag. 144 vide part. 1. suprà cap. 52. Christoph. Mandel. Ofens. quem refert & citat Joan. Wolff 2. lect. memor. pag.* 416. Judæos in genere latrones appellitar, vide *Sixtin. Senensem*

161 *in Biblioth. sanct. lib. 6. annot.* 98. ubi invidiam † latrocinii indicium esse scribit, statuens Judæos non per ignorantiam, sed per invidiam Dei filium crucifixisse. Hinc *Anton. de Guevar. in Epist. aur. pag. 48. part. 1. ibi:* Viel hefftiger vnd grösser ist die Feindschafft/ so gegründet ist auff den Neid/ als die/ welche etwa von einer Schmache vnd Verachtung herrühret.

162 37. Indicia sunt, quandocunq; occisi cadaver latrone præsente † sanguinem effundit, juxta *Blanc. de ind. ad l. final. de qq. num.* 438. *Mascard. de probat. volum. 2. concl.* 867. *n.* 24. *Menoch. de arb. jud. qq. cas.* 270. *nu.* 16. *Marsil. in pract. crimin. §. diligenter. num.* 181. *Gomez. 1. var. resol. cap.* 13. *Farinac. in pr. crimin. lib. 1. tit. 5. quæst.* 36 *num.* 61. *Godelman. de Sagis & venef. lib. 3. cap. 1. Chilian. Koning in process. jur. cap. 2 num. 12. Roschitz. in process. c. 2. art. 11. sect. 2. vide part. 2. nostri tractat. in cap. de ind. homicid. volunt.* Post argumenta hinc inde à nobis ventilata non pauci pro adstruendâ hâc sententiâ adducunt lo-

163 cum *Genes.* 4. ubi † dicitur: Sanguinem Habelis clamasse ad Deum super Cainum, fratricidam, quâ de re *Hering. in tract. de homicid. dolos. atroc. p.* 130. *ibi:* Ac licet Melander statuat, hunc locum directò superius sanguinis profluvium minimè probare, attamen analogum quid cum figurato clamore habet, nec simplex phrasis est Hebraica, & cum sanguis in terram sparsus de ea provocaverit ad cœlum, quid faceret in corpore adhuc retentus inter homines, & quidem adversario proximè adstante? tum prædictus Gregorius Tholozanus istam sanguinis ebullitionem, non tàm ad ejus naturam, quàm divinam vindictæ rationem transfert, quæ sanè in utroq; casu satis clara & mirabilis existit. citat ibidem *Lyserum in hæc verba:* Præcipuè de homicidio Deus adhuc hodie ostendit sanguinem clamare, quando mirabiliter etiam occultissimi homicidæ seipsos produnt, & ad pœnam rapiuntur. Nec sunt ineptæ cogitationes eorum, qui putant, huc pertinere illam quæstionem, quæ à mul-

tis

tis agitatur: qui fiat, quod injustè occisi sanguinem sudent & emittant, sicubi
latro ad cadaver adducitur? Et hinc Medici atq; Physici causas hujus *συμπα-
θείας* inquirunt, easq; alii has, alii alias referunt. Sed sine dubio verior dari
non potest, quàm quæ ex hoc loco sumitur, ubi sanguis ad Deum clamare, &
de vindicta sollicitare dicitur. Et licet hæc signa non semper, nec perpetuò
eveniant: tamen Deus iis, quoties accedunt hominem admonere vult, se san-
guinis injustè effusi non oblivisci.

38. Indicium patit latrocinii † desidia, inertia, commessatio & com- 164
potatio frequens, quâ de re *constit. criminalis Caroli V. art. 39. ibi:* So Reis-
sig oder Fußknecht gewönlich bey den Witten liegen/ vnd zehren/ vnd nicht sel-
che redliche Dienste/ Handtierung oder Güter die sie haben/ anzeigen können/
davon sie solch Zehrung ziemlich thun mögen/ die seind argwonig vnd verdäch-
tig zu viel bösen Sachen/ vnnd allermeist zu Rauberey/ als sonderlich auß vn-
serm vnd deß Reichs gemeinen Landfriede zumercken/ quæ exhibetur *Recessu
Imperii, de anno* 1521. §. Von der einspennigen Knechte wegen/ ꝛc. ubi idem
indicium fundatur, quia vita militaris, uti prædationi & latrociniis assueta,
rarò vel nunquam remittit mores, quibus animus depravatus semel imbu-
tus fuit, vide *supra indicium quintum huic argumento affine & conjunctum.* Imò
vita militaris illecebris & delitiis dedita, quibus commilitones inescantur, &
quasi hamis constringuntur, ne facilè dilabantur, & castra deserant, latibu-
la, & quamcunque occasionem quærit, ne indigeat, quocunq; pacto vel mo-
do id fiat, parum curans, vide *Besold. de art. & jure belli. pag. 16. & pag. 7. ibi:*
ne nomina rerum ad ignaviam mutantes, otium pro servitio appelletis. Gra-
viter de hoc indicio discurrit Guevara, Caroli V. Chronista, uti ipse testatur
part. 1. pag. 5. inquisitor Hispanicus *pag. 14.* Consiliarius, Concionator Cæsa-
ris, nec non Episcopus, *pag. 100.* Theologus insignis, *pag. 138.* & in aula Cæ-
saris annos 38. versatus *pag. 26.* Sequentia verba, quæ adscribere placuit, ha-
bet *in parte 3. pag 84. & seqq:*

O Rom/ wie viel Vbels entstehet dir auß einem einigen Vbel? Wer er-
füllet die grosse † Statt mit so viel Schelmen/ die Fürstl. Höffe mit so vielen 165
vntauglichen/ die Welt mit so vielen Raubern/ die Theatra vnd Schawplätz
mit so vielen Gauckleren vnnd Schalcknarn/ die gemeine Häuser mit so vielen
vnzüchtigen Weibern/ die Gassen mit so viel Müssiggänger vnd Spatzmär-
sern/ als eben der Krebs deß Müssiggangs? Glaubet mir/ daß der Müssiggang
ein Brunnen ist aller Laster/ ein verderber der Frommen/ ein Wecker der bö-
sen/ vnd ein Wegweiser der Dieb vnnd Räuber. Kein Laster vnter allen La-
stern kan ein grössers Fewer ziegeln vnder der Jugend/ noch ein schädlichern
Wurm vnter den Alten/ noch grösser Gefahr vnter den Frommen/ als eben der
Müssiggang. Wer verursacht den Auffruhr in den Stätten/ wer setzet Erger-
nüssen im gantzen Lande/ als eben die Müssiggänger/ welche da essen den
Schweiß

Schweiß deren die arbeiten? Wer erfindet den vbermässigen Tribut/ als eben die vnnütze wollustbarliche Münche? Denn weil sie nicht wollen arbeiten mit jhren eigenen Händen/ so ersinnen sie allerhand List vnnd Practicken. Wer macht Vneinigkeit zwischen den Nachbarn/ als eben die Müssiggänger? Wer imaginiret vnd erdenckt anjetzo zu Rom so viellerhand Boßheit/ die niemahln erhört sein worden von vnsern Vorfahren/ noch gelesen in den Büchern/ als eben die Müssiggänger/ dann weil sie jhren Verstandt nicht brauchen/ so gedencken sie nur an das böse. Wer macht so viel Bettler in allen Gassen/ als eben die Müssiggänger? Dann wann man die Leute zu der Arbeit/ besser anhielte/ vnd nicht einen jeglichen den Bettel verstattet/ so würden weniger Bettler, vnd noch viel weniger Meußköpffe gefunden werden.

Woferns ein Kayser dahin bringen könte/ daß er alle Müssiggänger auß seinem Reich vertriebe/ so könte er sich selber berühmen/ daß er alle Laster vertrieben hette auß der gantzen Welt. Nichts liebers wolte ich von den vnsterblichen Göttern wündschen/ als daß an statt aller Triumphen/ die ich gehalten habe zu Rom/ vber viel Frommen/ ich die macht hette/ alle Müssiggänger zu vertreiben auß Rom. Eine denckwürdige antiquitet will ich euch erzehlen. Vnsere Vorfahren hatten ein altes Gesetz/ daß man keinen dörffte zu Rom für einen Bürger annehmen/ der nicht zuvor vom Prætore oder Statt Schultheiß/ nach notturfft examiniret were werden. Wann einer zu deß Catonis Censorini Zeiten begerte Bürger zu werden zu Rom/ pflegte man jhnen nicht zu fragen von wannen vnd wer er were/ noch was für ein Geschlecht vnnd Herkommens/ noch wie viel er Gelts vnd Guts habe/ sondern man tastet jhn vnd griff jhm an seine Händ/ vnd wo etwa seine Händ weich vnd lind waren/ alsdann so ließ man jhn wiederumb hinziehen/ als einen Müssiggänger/ wofern er aber harte Hände hatte/ alßdann so namen sie jhn für einen Bürger auff. Ja was mehr ist/ wann sie auch etwa einen Vbelthäter oder Mißhändler gefänglich einlegten/ so pflegten sie an statt eines Vntergerichtes/ seine Hand zu beschawen/ vnd wofern er harte Bawern Hände hatte/ so linderten sie jhm seine verdiente Straff: Wofern er aber weiche linde Hände hatte/ alßdann strafften sie jhn von eines schlechten Verbrechens wegen desto schärffer. Der vorbemelte Cato pflegt zu sagen: Wer schöne linde Hände hat/ der ist selten begabt mit schönen Tugenden.

166 13. Sic peregrinatio † latrocinii indicia parit, non tàm vigore constitutionis antedictæ, quàm *recessum Imperii antedictorum de anno* 1521. §. Von Einspändigen Knechten. in idioma latinum translatum à Justino Goblero, ibi: Sed alibi degentium, aut quos sibi arrogant vendicantq; dominos, hi quidem in illos nihil jurisdictionis habent, quin hinc inde (ut peregrini) in ditionibus vagantur, &c. vide *Hortled. lib.* 1. ubi describit Italos in Germaniam missos ad corrumpendos veneno fontes. Lycurgus osor strenuus peregrinatio-

grinationis & desidiæ, qui tandem seipsum præcipitavit in mare non aliâ de causâ, quàm ut inde legum à sese conditarum perpetuitatem conservaret, post facta sua, qua de re *Anton. de Guevar. in epist. aureis. pag. mihi* 10. peregrinum pro hoste edixit, pro latrone, fure & proditore. vide *cap.* 44. *de indic. general. part.* 1. *p.* 22. idem inhibuit, ne subditi gentem exteram & exoticâ visitarent, nedum sub specie & rectâ figura alicujus honestæ negotiationis. *Idem Guevar. pag.* 52. *dict. loc. ibi:* Licurgus befahl den Lacedæmoniern / daß sie weder in frembde Land verreisen / noch andere frembde Leute in das jhrige dorfften einlassen / dann sie vermeinten / ob schon ein Ort durch frembder Nation Handthierung vnd Gewerb wechst vnd zunimbt / daß es doch hergegen an Tugenden vnd guten Sitten abnimbt. Dann wann man die Warheit frey vnd vnverholen reden darff / sage ich daß ich noch wenig auß Italia vnd frembden Landen habe sehen widerkommen / welche nicht alle verkehret noch verendert seyn worden. Die Vrsach aber dessen ist nicht das Ort / oder der Mangel vieler Gottseligen Männer vnd Heiligen (si Diis placet) so daselbst seyn / sondern vielmehr die grosse vnd vielfältige Freyheit / die daselbst im Schwange gehen / vnd gleich wie der Glocken Ampt vnnd Eigenschafft ist / daß sie die Leute zu der Predigt rufft / vnd doch selbst hörloß ausser der Kirchen bleibt / also ist auch meines erachtens Italia / in deren viel Oerter seyn / aber die Jnwohner ein schlechte Andacht führen.

Ac uti ab exteris contrahuntur peregrini & forsan depravati mores, qui quoq; rempublicam solent sæpenumerò infestare: Sic peregrini ad nos convolantes, præsumuntur nostrates nedum corrumpere, sed, quod in quæstione est, dum peregrini existunt, insidiari non tam his, quibuscum conversantur societate contractâ, quàm aliis, in communi hominum consortio degentibus. Solet peregrinantium genus sese eximere legibus & statutis, ubi verò ejusmodi libertas prædominatur, nullus est magistratûs, ordinarii respectus, nulla disciplina, jus, ejusq; executio nulla, quâ negatâ tollitur pax publica & privata, hâc demptâ, non nisi cædes, sacrilegia, proditiones, latrocinia supersunt. Libertate omnes licentiores sumus, † quam, ubi in flagitia 167
degenerare pridē cœpit libera peregrinatio, seriò detestabimur, serò deplorabimus licentiam. In propatulo equidem causa hæret, ut quò liberior, eò quis laxior & remotior sit à disciplinâ, statutis, & moribus provincialibus. Sanè ecquis ignorat effrenatam vivendi licentiam in speciem reatus quamvis non fore propensam, licentia hæc motus pravos & fastuosos suggerit, fastus dedignationem & despectum concivis parit, hinc odia & execrationes capitales, quæ non nisi cædes & latrocinia spirant, & passim producunt, quos oderunt, perisse satagunt. *Joan de Pineda in Job cap.* 23. *vers.* 13. *num.* 2. Unum inconveniens profert plura. Ex mœcho latro factus, de Davide viro Dei loquitur *Drexel. in Niceta cap.* 7. At quæ terra, si exemplum Guevaræ suprà

citatum retinemus, plures Venereos, sodomitas & mœchos produxit & disseminavit unquam, quàm ipsa Italia merum sanctitatis, ejusq; hypocritiæ nomen potius, quàm ἐνέργειαν crepans & præ se ferens. Nunquid Propheta ex Samaria vel Galilæa quondam surrexit, *Joan.* 8. Annon pater noster erat Amorrhæus, mater Chetæa? *Joan. Spira. de tranquill. anim. lib.* 12. *p.g.* 75. Papæ oppositum fuit, ubi refert *Alvear. exam. pontif. part.* 1. *cap.* 1. *ibi*: Mulus es tu, quia pater tuus latro erat, mater meretrix: quomodo huc intrasti: nonne inde ut maculam hanc abstergeres: peperit mater scortatorem, qui Papirii Capizucchi conjugem pro pellice sustentas, vescens ostreis, & vinum bibens fortissimum, quod vocatur mangeguerra, ad excitandam Venerem: Tandem præpostera Venere fatigatus, & nihilominus vespere nobilem illam fœminam post ostrea sumpta compressurus non surrexisti, sed mortuus elapsus es, proinde meritus tale Epitaphium:

Ladonne Lumagi & Mangaguerra
M'hanno Levato della sedia & posto in terra, &c.

Vide Joan. Wolff. *tom* 2. *lect. mem. pag.* 624.

Atq; tantum quoq; de hac parte indiciorum tertia. Promisi aliquoties partem quartam, de processu & praxi indiciorum, majori quidem ex parte elaboratam, abruptam verò per curas & onera domestica, quæ amissâ conjuge, Annâ de Berckhausen, quam uti vitam & cor alterum mihi ex hac mortalitate ereptam adhuc deploro, in me passim sunt devoluta. Faxit Deus misericors & æternus, ut hic labor exiguus cedat ad nominis sui gloriam, & proximi mei salutem. Deo Sancto, Sancto forti, Sancto immortali, sit Laus & Honor in secula seculorum, Amen.

INDEX CAPITUM, QUÆ IN HAC Parte tertiâ continentur.

DE INDICIIS SPECIALIBUS.

CAP.

FINIS.